
BULLARII ROMANI
CONTINUATIO
SUMMORUM PONTIFICUM
CLEMENTIS XIII. CLEMENTIS XIV. PII VI. PII VII. LEONIS XII. PII VIII. ET GREGORII XVI.

CONSTITUTIONES, LITERAS IN FORMA BREVIS
EPISTOLAS AD PRINCIPES VIROS, ET ALIOS
ATQUE ALLOQUUTIONES COMPLECTENS
QUAS COLLEGIT
USQUE AD PONTIFICATUM PII VIII.

ANDREAS ADVOCATUS BARBÈRI
CURIÆ CAPITOLII COLLATERALIS
ADDITIS SUMMARIIS, ADNOTATIONIBUS, INDICIBUS
OPERA, ET STUDIO
RAINALDI SEGRETI I. C.

TOMUS DECIMUS SECUNDUS
CONTINENS PONTIFICATUS
PII VII.
ANNUM QUARTUM AD SEXTUM





ROMÆ
EX TYPOGRAPHIA REVERENDÆ CAMERÆ APOSTOLICÆ
1846.

INDEX RUBRICARUM

OMNIUM CONSTITUTIONUM

QUÆ

IN HOC TOMO CONTINENTUR



PII VII.



ANNO IV.

ANNO V.

INDEX VOCABULORUM

INITIALIUM

OMNIUM CONSTITUTIONUM

QUÆ

IN HOC TOMO CONTINENTUR



A

C

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

PIUS VII.

ANNO QUARTO



Dat. die 22 martii 1804 1803 anno IV.

CXCII.

Approbatio piæ congregationis puellarum sub invocatione Conceptionis beatæ Mariæ virginis pro Joseph Brotons procuratore generali fratrum excalceatorum s. Francisci in Hispania.

Venerabili fratri archiepiscopo Valentino

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Quum sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus frater Joseph Brotons procurator generalis, ut asserit, fratrum excalceatorum nuncupatorum ordinis s. Francisci in Hispania, pia quædam sodalitas, seu congregatio puellarum sub invocatione Conceptionis beatæ Mariæ virginis, ac sub directione prædictorum fratrum excalceatorum cœnobii de Liria istius Valentinæ diœcesis, plus quam quinquaginta ab hinc annis instituta existat: quæ quidem puellæ conveniunt invicem in cœnobii ejusdem oratorio seu cappella magnifice extructa, et Conceptioni ejusdem beatissimæ virginis dicata, ubi per eas fit in singulos menses sacramentalis confessio, et generalis communio, aliæque quam plurimæ, ac magna cum frequentia populi, sacræ per annum exercentur functiones, cupiatque propterea dictus exponens, quo magis magisque in Christifidelibus ad recolendam nostræ dominæ Conceptionem augeatur devotio, prædictam sodalitatem seu congregationem per Nos approbari, Nostræque auctoritatis præsidio communiri.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos ipsum exponentem, puellas, ac cæteros omnes ad dictam congregationem quomodolibet spectantes, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut constito tibi de narratis, et quatenus spirituali animarum emolumento, ac majori Deiparæ venerationi id cessurum fore perspexeris prædictam puellarum sodalitatem, seu congregationem auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium pro tui arbitrio, et prudentia approbes, atque confirmes, ac ratam, approbatam, confirmatamque decernas, atque declares; nec non eidem, ut omnibus, et singulis privilegiis, gratiis et indultis, quibus piæ aliæ per apostolicam Sedem approbatæ, et confirmatæ sodalitates, seu congregationes utuntur, fruuntur, et gaudent, similiter uti, frui, et gaudere possit, ac valeat, auctoritate et tenore prædictis indulgeas, atque concedas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima secunda martii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 28 martii 1793 anno IV.

CXCIII.

Concessio speciosiorum insignium, et privilegiorum pro dignitatibus, et canonicis ecclesiæ cathedralis Civitatis Castelli.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Ad sublime apostolicæ Sedis solium divina miseratione imparibus licet meritis evecti, inter plurimas gravissimasque muneris Nostri curas, quibus continuo premimur, eam nullo modo prætereundam esse putamus, ut in ecclesiis omnibus præsertim cathedralibus quantum fieri potest divinus cultus, et sacrorum ministrorum decor et reverentia semper augeatur. Nos itaque ad expostulantium preces Nostrae considerationis aciem dirigentes nonnulla interdum annuendo concedere convenit, prout rerum et locorum qualitas ac personarum divino cultui in eisdem cathedralibus ecclesiis addictarum dignitas, et honorificentia exigit, et Nos arbitramur in Domino salubriter expedire.

Expositio precum.

§. 2. Sane pro parte dilectorum filiorum modernorum capituli et canonicorum cathedralis ecclesiæ Civitatis Castelli, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Civitas ipsa Castelli Tiphernium nuncupata, quam olim municipium, et coloniam Romanorum extitisse communis fama refert tum ob illius vetustatem, et situs amœnitatem, tum nobilium familiarum, quarum plures inclyti militaris et hospitalaris sancti Joannis Hierosolymitani, aliisque equestribus ordinibus adscriptæ reperiuntur, tum denique clarissimorum hominum numerum, qui literis et armis, ac vitæ sanctimonia summopere floruerunt, quos inter sanctæ memoriæ Cælestinus secundus pontifex maximus, et unus qui ad regium Poloniæ solium evectus fuit, ac duodecim S.R.E. cardinalium collegio aggregati, sexaginta episcopi, et quinque archiepiscopi, aliique etiam plures enumerantur, quos inter beatorum et sanctorum numerum relatos civitas ipsa habuisse gloriatur, adeo proinde celebris evasit, ut inter primarias Umbriæ provinciæ civitates merito adnumeretur. Ipsa quoque cathedralis ecclesia tum originis antiquitate et magnificentia, tum etiam conspicuo canonicorum cætu, qui ex primariis nobilibusque dictæ Civitatis Castelli familiis desumuntur, valde pro se ipsa elucescit, illiusque capitulum præposito scilicet præposituram inibi post pontificalem majorem, et archidiacono archidiaconatum secundam etiam inibi dignitates respective existentes, atque septendecim canonicos, totidemque canonicatus, totidemque præbendas respective in ea obtinentibus componitur, qui omnes una cum mansionariis, aliisque ministris, et clericis Altissimo famulantes divina officia, cæterasque ecclesiasticas functiones in ipsa cathedrali ecclesia summo cum decore et honorificentia explere non desinunt.

Descriptio vestium quibus utuntur canonici, et dignitates.

§. 3. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat præpositus, et archidiaconus, ac canonici prædicti, qui jam præpositus et archidiaconus prædicti videlicet mantelletta nigri coloris super rocchettum; canonici vero prædicti cappa magna pellibus armellinis ornata hyemali, æstivo vero temporibus rocchetto cum cotta ex concessione apostolica utuntur, quique in temporum miserrimo statu et calamitate, optima, spectatissimaque fide sese gesserunt, et huic divi Petri cathedræ præclaræ obedientiæ specimina præbuerunt. Considerantes quod plurimum dictæ cathedralis ecclesiæ decori et vetustati, ipsiusque capituli nobilitati conveniat, ut ipsi speciosioribus signis et privilegiis ad divinum cultum, et ecclesiæ splendorem, nec non ejusdem civitatis ornamentum augendum condecorentur, et ad hoc ut tam civitatis prædictæ celebritas, quam dictæ cathedralis ecclesiæ decus et honor, ac dignitas et nobilitas capituli hujusmodi clarius effulgeat, plurimum cupiant eis per Nos, et Sedem apostolicam, ut infra, benigne indulgeri prout ipsemet venerabilis frater Noster modernus episcopus Civitatis Castelli id maxime exoptat, et dilectus filius Antonius ex comitibus Berioli modernus ejusdem cathedralis ecclesiæ præpositus peculiare suæ benemerentiæ signum ergà ipsam cathedralem ecclesiam exhibere desiderans, infrascriptas honorum

prærogativas, a prædicta Sede apostolica propriis sumptibus impetrare paratus existit. Quare pro parte dictorum præpositi, et archidiaconi, ac canonicorum dictæ cathedralis ecclesiæ Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis in præmissis favorabiliter annuere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur, qui pro Sanctæ Matris Ecclesiæ honoris augumento omnem expendimus operam, ipsosque modernos præpositum et archidiaconum, ac canoninos dictæ cathedralis ecclesiæ specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, ipsosque et eorum singulos, a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innovati existunt ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, eisdem modernis et pro tempore existentibus, præposito et archidiacono ac canonicis dictæ cathedralis ecclesiæ ut ipsi, eorumque in præpositura, et archidiaconatu, ac singulis canonicatibus, et præbendis dictæ cathedralis ecclesiæ respective successores, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus palmatoria, et canone, præpositus videlicet in divinorum officiorum et missarum tam solemnium quam lectarum celebratione, aliisque ecclesiasticis functionibus tam publicis quam privatis tam in dicta cathedrali ecclesia quam extra eam, et archidiaconus in missarum tam solemnium quam lectarum in dicta ecclesia tantum, canonici vero, eorumque respective successores præfati in missarum solemnium tantum respective celebratione, in ipsa pariter cathedrali ecclesia tantum uti libere et licite possint et valeant; nec non præpositus et archidiaconus præfati vestem oblongam seu subtanam, et mantellettam laneam hyemali, æstivo vero temporibus sericam violacei respective coloris et tam ipsi, quam canonici nunc et pro tempore existentes præfati crucem lamine cupreo aurato efformatam, numisma in medio continentem, in cujus recto imago B.M.V. Gratiarum nuncupatæ, in inverso vero imago divi Floridi dictæ cathedralis ecclesiæ titularis, totiusque civitatis patroni insculpta sit, ac alias juxta præfatæ crucis formam in præsentibus, et in earum calce delineatam, eamque redimiculo serico nigro et flavo respective coloribus intexto alligatam de collo pendentem ad pectus, tam super vestes chorales et talares, non autem super paramenta sacra, et dummodo minor sit, et forma differat a cruce episcopali, quam super vestes succinctas tam in præfata cathedrali ecclesia, quam extra eam etiam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus capitularibus tam publicis quam privatis, semper ubique etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque conciliis editis vel edendis, etiam in præsentia S.R.E. cardinalium, et de latere legatorum, vicelegatorum, ac Nostrorum, et Sedis apostolicæ prædictæ nunciorum, archiepiscoporum, episcoporum, et ordinariis etiam propriis deferre, et ad hoc ut ipsius cathedralis ecclesiæ capitulum a clero totius diœcesis distinguatur, eidem præposito et archidiacono, singulisque canonicis nunc et pro tempore respective existentibus prædictis, ut ipsi collare ejusdem violacei coloris, et pileum fasciola itidem serica prædicti violacei coloris ornatam, etiam ubique quotidie pariter deferre et gestare, illisque etiam uti respective possit et valeat, et quilibet eorum etiam respective possit et valeat apostolica auctoritate perpetuo concedimus et indulgemus.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 5. Ipsosque præpositum et archidiaconum, ac canonicos, eorumque respective successores prædictos desuper a quoquam quavis causa vel occasione, aut quovis prætextu et quacumque auctoritate molestari, perturbari, inquietari, impediri, nullatenus unquam posse vel debere. Præsentes quoque semper et perpetuo validas et efficaces esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque modernis, et pro tempore existentibus præposito et archidiacono, ac canonicis dictæ cathedralis ecclesiæ in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, nec illas sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi vel confundi, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ ema-

nabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per dictos modernos, et pro tempore existentes præpositum, et archidiaconum, ac canonicos præfatos dictæ cathedralis ecclesiæ quandocumque eligendos concessas esse et fore. Sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes, ac honore et præeminentia fulgentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem S.R.E. cardinales etiam, de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios præfatos, judicari et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus quibusvis etiam in eisdem synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis vel edendis specialibus vel generalibus, constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis in genere vel in specie, aut aliis in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorumque omnium et singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum nil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime ac specialiter et expresse, nec non opportune et valide, hac vice dumtaxat harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, concessionis, indulti, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ, millesimo octingentesimo tertio, quinto kalendas aprilis, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCIV.

Dat. die 1 aprilis 1803 anno IV.

Confirmatio decreti defuncti episcopi Tudertini pro Philippo Angeli rectore ecclesiæ villæ de Turre Ceccona Tudertinæ diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum sicut dilectus filius Philippus Angeli parochialis ecclesiæ villæ de Turre Ceccona Tudertinæ diœcesis rector Nobis nuper exponi fecit a bo. me. Hieronymo Formaliari, dum vixit, episcopo Tudertino, ad ecclesiæ prædictæ redditunm summam viginti novem scutatorum, et obuli octoginta quatuor cum dimidio monetæ Romanæ tunc temporis non excedentium, tenuitatem reficiendam, ejusque rectoris indigentias sublevandas per suum decretum in actu sacræ visitationis editum die xxiv maii MDCCLVIII unum ecclesiasticum simplex beneficium sub titulo sancti Laurentii intra limites parochiæ villæ Cloani ejusdem Tudertinæ diœcesis erectum cum omnibus illius redditibus, juribus, et pertinentiis eidem parochiali ecclesiæ univerit, et incorporaverit, ejusque pro tempore existenti rectori assignaverit, reservato tamen, et successive obtento consensu dilectorum filiorum capituli, et canonicorum ecclesiæ cathedralis Tudertinæ, ac alias, prout ex eodem decreto, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur. Cumque dictus Philippus rector, quo idem decretum, et omnia inde secuta firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ pa-

trocinio communiri plurimum desideret.

Tenor confirmationis apostolicæ.

§. 2. Nos ipsum Philippum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, idem decretum, et singula in eo contenta, et expressa, atque etiam inde rite secuta auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis, et perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes et singulos juris, et facti, si qui desuper in eo intervenerint defectus auctoritate, et tenore prædictis supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dicto Philippo, aliisque ad quos spectat, et pro tempore spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus quatenus opus sit felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 5. Volumus autem, et declaramus, ut literis apostolicis per novos futuros rectores pro provisione dictæ ecclesiæ in posterum expediendis beneficii quoque hujusmodi provisio eorum favore comprehendi omnino debeat, secus præsentes nullæ sint eo ipso. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima aprilis millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCV.

Dat. die 1 aprilis 1803 anno IV.

Concessio favore canonicorum ecclesiæ collegiatæ terræ Mercatelli, ut loco almutiarum et cottarum magis insignes vestes gestare valeant.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Procemium.

§. 1. Quantum splendoris, et venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est christiani populi frequentia, sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad earum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii archipresbyter, canonici, et mansionarii insignis, ut asseritur, collegiatæ sub titulo sanctorum apostolorum Petri, et Pauli terræ Mercatelli Urbaniensis diœcesis, collegiata ipsa antiquitatis laude, sacerdotum probitate, et doctrina, populique frequentia, ac devotione non mediocriter floreat, multum honorificentiæ et splendoris ad ipsam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora susciperet incrementa, si ejusdem collegiatæ unica dignitas archipresbyter, canonici, et mansionarii novis insigniis, novisque decorationibus donentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, moderais, ac pro tempore in perpetuum existentibus archipresbytero, et canonicis dictæ col-

legiatæ sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, ut loco almutiarum, et cottarum, quas adhuc deferre consueverunt, archipresbyter rocchetum, et mantelletam, ac vestem oblongam violaceas, itemque fasciam cum floccis sericis ejusdem violacei coloris: canonici vero rocchetum, et mozzetam violaceam tela serica cremisini coloris subsutam, cum globulis, et asulis sericis ejusdem cremisini coloris, ac demum mansionarii mozzetam nigram supra cottam tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque archipresbyterum, canonicos, et mansionarios desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima aprilis millesimo octigentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



CXCVI.

Dat. die 5 aprilis 1803 anno IV.

Facultas episcopo Narniensi transferendi ad ecclesiam matricem sodalitium Sacramenti terræ Stronconis, et assignandi ecclesiam ejusdem sodalitii monasterio Ursolinarum ipsius oppidi.

Venerabili fratri episcopo Narniensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Expositum Nobis fraternitatis tuæ nomine fuit, quod tu in episcopali istius tuæ diœcesis visitatione sodalitatem Sacramenti terræ Stronconis in tantam temporalium æque ac spiritualium perturbationem comperiisti collapsam, ut cum non omnibus una posses statim consulere, ea tantum, quæ urgentiora videbantur, reparare curaveris, reliqua vero ad aliud tempus opportunius componenda transtuleris. Quia tamen sodalitatis ejusdem ecclesia præter expoliationem supellectilium plane universam eo ob dudum anteactas clades jacebat in statu, ut officia divina ullo amplius modo exerceri in ea nequirent, tu illam monasterio monialium Ursulinarum nuncupatarum, ubi oratorium vix perangustum ac numeroso ejus oppidi populo ad sacras functiones illuc confluenti prorsus impar existit, cedi statuisti, sodalitatem autem in collegiatam, et curatam ecclesiam s. Michaelis Arcangeli transferri: quod quidem adeo gratum acceptumque illi capitulo fuit, ut per actum capitularem ad id expresse consenserit, et cappellam cum altari in ecclesiam, ac quædam in ecclesiæ æde conclavia sodalitati pro ejus usibus designaverit. Accedit, quod per translationem hujusmodi proprius atque facilius suæ satisfacere institutioni poterit dicta sodalitas, quoties sacrosanctum viaticum infirmis deferendum eam comitari contingat; nam etsi comitatui hujusmodi præsto quoque esse debeat quoad alteram simul collegiatam et parochialem ecclesiam sancti Nicolai, huic tamen aliud sodalitium, quod dicitur de Suffragio, manet ad-

junctum. Hinc quo isthæc omnia firmius, solidiusque subsistant, nec ullo unquam tempore, ulloque sub titulo possint in jurgium, ac disputationem adduci, Nobis humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis, opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur te specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attenta super præmissis relatione tua, ac dilecti filii magistri Emmanuelis De Gregorio secretarii congregationis Concilii, fraternitati tuæ per præsentes committimus, ut veris existentibus enarratis, ad enunciatam translationem sodalitatis prædictæ, et ad ecclesiæ ad eam spectantis cessionem favore monasterii monialium Ursolinarum pro tuo arbitrio et conscientia devenire libere ac licite possis et valeas; Nos enim tibi facultates omnes ad id necessarias auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, atque impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta aprilis millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



CXCVII.

Dat. die 5 aprilis 1803 anno IV.

Facultas præposito, et canonicis collegiatæ B.M.V. de Suffragio Privernensis civitatis gestandi rocchetum, et mozzetam violaceam in perpetuum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

§. 1. Quantum splendoris, ac venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis præscripsit vestes, sed etiam in iis templis, in quibus major est populi christiani frequentia, sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii Paulus Pandolfo præpositus, ac Dominicus Baratta, Petrus Spadaro, Franciscus Gabioli, Antonius Reale, Jacobus Pasquarelli, Joseph Rosa, Dominicus Uliva, et Joannes Lucatelli canonici ecclesiæ collegiatæ sub titulo B. M. V. de Suffragio civitatis Privernensis, ejusdem collegiatæ ecclesiæ canonicis ex eo tempore, quo ipsa in collegiatam ut asseritur, auctoritate apostolica fuit erecta illud inter cætera literas apostolicas præscriptum remanserit, ut successive aliqua ex insigniis collegiatibus pro se ab hac sancta Sede obtinerent deferenda, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, prædictis moder-

nis, et pro tempore in perpetuum existentibus præposito, et canonicis prædictæ collegiatæ B. M. V., ut ipsi rocchetum, et mozzetam violaceam cum globulis, et asulis sericis cremisini coloris tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque præpositum, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta aprilis millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCVIII.

Dat. die 23 aprilis 1803 anno IV.

Novæ leges super modo procedendi adversus debitores R. C. A.

NOTIFICAZIONE

Alessandro Lante della Santità di Nostro Signore, e sua reverenda camera apostolica tesoriere generale.

R.P.D. thesaurarius chirographum exequendum rece pisse declarat.

§. 1. La morosità de' debitori della R. C. A. e l'indugi, che sotto varj pretesti sogliono molti frammettere nel pagamento di ciò, che le devono o per censi di appalti, o per altri diritti camerali, recando non lieve disagio, e pregiudizio al pubblico erario, specialmente nelle circostanze, nelle quali deve supplire a spese, e pesi gravissimi, esiggevano dalla sovrana providenza di Nostro Signore qualche opportuno rimedio. Quindi la santità di Nostro Signore ha giudicato esser necessario con suo moto proprio richiamare ad osservanza le precedenti leggi, e costituzioni sul pronto pagamento de' censi, e debiti verso la R. C. A., e sulla speditezza de' giudizj di mano regia, aggiungendovi quegli altri savj provvedimenti, che ha conosciuti a proposito per togliere ogni abuso, e sotterfugio, come più diffusamente apparisce dalla cedola del lodato moto proprio segnato li 23. del passato mese, che è del seguente tenore.

PIUS PAPA VII.

Motu proprio

Tenor chirographi.

§. 2. Essendosi riconosciuto il pregiudizio, che risente la Nostra camera dal ritardo de' pagamenti dovuti dagli appaltatori, e dagli altri suoi debitori, i quali per trattenere i giudizj e la esecuzione della mano regia loro intimata avanti monsignor tesoriere generale dai procuratori del fisco, sovente allegano esser pendente avanti il tribunale della piena camera, talvolta anche con Nostro rescritto, l'esame stragiudiziale de' loro debiti o di questioni, che vi hanno rap-

porto: abbiamo giudicato doversi evitare questo pregiudizio, ed inconveniente. Pertanto colla presente cedola di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà primieramente confermando le costituzioni dei Nostri predecessori, e la disposizione del diritto comune per la pronta esazione de'tributi, e degli altri crediti fiscali, e segnatamente le costituzioni di Gregorio XIII., e di Sisto V., le quali non permettono, che si ritardi la esecuzione de' giudicati del tesoriere generale, e di chi giudica per esso, nè che si possa ammetterne l'appellazione se non in devolutivo, e quelle richiamando in uso, e volendo che onninamente debbano osservarsi. Di più ordiniamo che qualunque estragiudiziale pendenza si ritrovi ora, anche per Nostro pontificio rescritto, e speciale delegazione introdotta, o s'introduca in avvenire, sia su negozj principali sia sulle domande di bonifici o defalchi, e qualsivoglia altra cosa connessa o emergente avanti il tribunale della piena camera, o collegio de' chierici di camera, o qualsivoglia altra congregazione, o tribunale, non possa mai in modo alcuno impedire la introduzione dei giudizj ad istanza della Nostra camera, ed erario pubblico avanti il tribunale di monsignor tesoriere generale pro tempore, ed altri giudici fiscali del Nostro stato contro gli appaltatori, finanzieri, enfiteuti, amministratori o detentori de' beni camerali, o di spogli ecclesiastici, o contro altri debitori della camera apostolica, e dell' erario publico, nè possano ritardare gli atti, e la esecuzione reale, e personale della mano regia, e di altri rimedj fiscali, e la consumazione della subasta, e di qualunque altro atto occorrente all' oggetto della pronta esazione dei diritti, e crediti suddetti: ma solamente permettiamo, che le risoluzioni, che intanto si emanassero dal tribunale della piena camera o da altro, a cui fossero state tali delegate cognizioni stragiudiziali, si possano allegare, e produrre per prove, e documenti di ragioni, e diritti avanti il tesoriere generale, e chi giudica per lui nelle cause contro i debitori dell' erario, e camera apostolica, e non mai per impedire la introduzione di quelli, o sospenderne il progresso e fine; essendo Nostra assoluta volontà, che tutti gli appaltatori, e altri debitori suddetti, e chiunque si trova obbligato verso l' erario publico, e camera apostolica debba essere sempre sollecitamente astretto al pagamento, senza che possano attendersi simili pendenze estragiudiziali, e neppure qualunque avocazione di causa, o inibizione, che col pretesto ed occasione di tali pendenze si venissero ad intentare formalmente, le quali potranno sempre impunemente disprezzarsi dai difensori del fisco, quando non siano formali inibizioni segnate di Nostra mano, o di Nostra piena intelligenza, e dei Nostri successori.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§ 3. Volendo, e decretando, che la presente cedola di Nostro moto proprio ammessa, e registrata in camera a norma della costituzione di Pio IV. *de registrandis* vaglia, e debba osservarsi, ancorchè non vi sia stato citato monsignor commissario della camera, o chiunque altro vi avesse, o pretendesse avervi diritto, o ragione, e che così, e non altrimente debba sempre osservarsi, giudicarsi, e definirsi da monsignor tesoriere generale, dalla piena camera, e rm̃o camerlengo, dal rm̃o segretario di stato, dal Nostro uditore, a cui inculchiamo di non concedere alcuna inibizione su tali oggetti senza preventivo Nostro ordine, e da qualsivoglia altro giudice ordinario, o delegato, tribunale, o congregazione, anche di rm̃i cardinali, togliendo ad ognuno la facoltà di arbitrare, definire, o interpretare diversamente; e dichiarando nullo ed invalido tutto ciò, che altrimente si decidesse o interpretasse: non ostante qualsivoglia legge, canone, costituzione, ordine, consuetudine, o stile, che facesse, o sembrasse fare in contrario, alle quali cose tutte, avendone il tenore qui per espresso, per l'oggetto della presente Nostra disposizione, espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 23. aprile 1803.

PIUS PP. VII.

Executio.

§. 4. Mentre adunque noi facciamo nota al pubblico questa sovrana disposizione, anche per autorità del nostro officio ne inculchiamo a tutti

la più esatta osservanza. E questa nostra notificazione affissa, e pubblicata nei luoghi soliti di questa capitale, e in tutte le altre città, e luoghi principali dello stato Ecclesiastico, obbligherà ciascuno, come se fosse stata ad ognuno personalmente intimata.

Data dalla nostra residenza questo di 4. maggio 1803.

Alessandro Lante tesoriere gen.

G. Pecci commissario generale della R. C. A.

F. Gregorj segretario, e cancelliere della R. C. A.

Dat. die 26 aprilis 1803 anno IV.

CXCIX.

Concessio indulgentiæ plenariæ assequendæ a monialibus excalceatis ordinis B. M. V. de Mercede redemptionis captivorum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum, sicut dilectus filius Christophorus a s. Serapione nuncupatus procurator generalis ordinis B.M.V. de Mercede redemptionis captivorum excalceatorum nuncupatorum pro parte monialium ejusdem ordinis monasterii Ursaonensis Hispalensis diœcesis Nobis nuper exponi fecit, dictæ moniales pluribus ab hinc annis quoddam pium exercitium in adorationem, venerationemque sanctissimi Eucharistiæ sacramenti, ac in honorem sacri Cordis Jesu piè instituerint, distribuendo videlicet unicuique earum unum diem, ab ipsis appellatum solitudinis, seu secessus, quem integrum, exceptis tamen horis, in quibus moniales choro intersunt, ad assiduam venerationem, et adorationem sanctissimi Eucharistiæ sacramenti insumunt; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut ad majus tam pii operis incrementum, non solum monialibus dicti monasterii Ursaonensis, sed etiam aliorum monasteriorum ejusdem ordinis B.M.V. de Mercede excalceatarum nuncupatarum cælestes Ecclesiæ thesauros de benignitate apostolica reserare dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur prædictarum monialium devotionem magis excitare volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Nobis a Domino tradita, deque omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, unicuique ex monialibus tam dicti Ursaonensis, quam aliorum monasteriorum ejusdem ordinis, quæ talem devotionem amplexæ fuerint, die, ut præfertur, ab ipsis appellato solitudinis, seu secessus, si vere pœnitens, et confessa sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserit, et coram eodem sanctissimo Eucharistiæ sacramento e choro, seu e cratibus propriæ respectivæ ecclesiæ pias ad Deum preces effuderit, eumdemque diem integrum, ut præfertur, in piis meditationibus, gratiarum actionibus, aliisque orationibus, prout unicuique earum suggeret devotio insumpserit, ac pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione oraverit; plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

§. 3. In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel ejusdem procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta aprilis millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 29 aprilis 1803 anno IV.

CC.

Facultas episcopo Leiriensi faciendi reservationes, easque seminario applicandi ejusdem diœcesis.

Venerabili fratri Emmanueli episcopo Leiriensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio concessionis.

§. 1. Fraternitatis tuæ in seminarium clericorum, unde utiles operarios vinea Domini præstolatur, et accipit, cura sollicita jure a Nobis expostulat, ut te ad ea, quæ pro salubri ejus tuitione provido moliris consilio, expedite perficienda omni, qua cum Domino possumus, juvare ope nitamur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis fecisti, tuæ istius ecclesiæ seminarium in tam arcta pauperie versari, ut annui ejus redditus ad quadraginta circiter monetæ Romanæ scutata tantum pertingant: patere idcirco evidenter periculum, patere etiam detrimentum diœcesis universæ, ad quam maxime refert, ut qui ex adolescentulis clericali se vitæ devoveant, æque habeant diversorium, atque palestram, ubi moribus, literis, ecclesiæque institutis, teneram agentes ætatem opportune instruantur, bonæque eorum educationis fructum omnes communiter deinde percipiant. Qua propter in re tanti momenti pastorali te zelo permotum seminario isti tuo per sequentia remedia prospicere statuisse, scilicet reservando.

I.

Tenor reservationum factarum ab episcopo favore seminarii.

§. 3. Decimam partem redditnum episcopalis tuæ mensæ.

II.

Decimam itidem partem redditnum tuæ cathedralis ecclesiæ dignitatum, et canonicatuum integram præbendam habentium.

III.

Quintam partem reddituum fabricæ ejusdem cathedralis.

IV.

Dimidiam decimam reddituum ad dignitates et canonicatus insignis, ut ajunt, collegiatæ ecclesiæ de Ourem spectantium: loco autem dimidiæ decimæ quartam tantum partem reddituum dignitatis cantoratus nuncupat. ipsius collegiatæ.

V.

Dimidiam pariter decimam redditus beneficiorum in collegiatis ecclesiis sanctæ Mariæ, s. Johannis, et s. Petri Portus de Moz, nec non prioratus villæ de Alpedriz existentium.

VI.

Sub lege tamen quod decimæ, dimidiæ decimæ, quartæ, et quintæ partes prædictæ præstari omnino debeant tum libere prorsus ab omni onere, sive impositum illud jam sit, sive imponatur in posterum; tum in eadem specie fructuum, qua fructus ipsi e propriis fundis prædiisque sumuntur.

VII.

Demum cum declaratione, quod reservationes hujusmodi super redditibus dignitatum canonicatuum, et beneficiorum, quæ sunt recensita superius, non habeant locum, nec suum sortiantur effectum, nisi quum eædem dignitates, canonicatus, et beneficia quam primum vacaverint, ut nempe actuales eorum possessores, quoad ipsi vixerint, omni vacui molestia permaneant. Quoniam vero etiam de tractis, reservatisque decimis, dimidiis decimis, quartis et quintis partibus enarratis, multum adhuc de dd. dignitatum, canonicatuum, et beneficiorum redditibus superest, quod eorum possessores futuros sat congrue ac honeste valeat sustentare, ideo te ad illa, quæ animo intendis, canonicæ executioni mandanda apostolicæ auctoritatis præsidium vehementer cupere, humiliterque a Nobis expetere.

Landat consilium pontifex illudque exequendum esse declarat.

§. 4. Nos igitur laudabilibus votis tuis hujusmodi plene obsecundare, teque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes; supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati fraternitati tuæ omnes, et singulas decimas, dimidias decimas, quartas, et quintas partes redituum tam mensæ tuæ episcopalis, quam dignitatum et canonicatuum, quibus integra inest præbenda, tuæ cathedralis ecclesiæ ejusque fabricæ, nec una dignitatum, canonicatuum, et cantoratus collegiatæ insignis de Ourem, ac beneficiorum quoque aliarum collegiatarum portus de Moz, et prioratus villæ de Alpedriz tuæ istius diœcesis, easque modo et forma, ac conditionibus supra expressis, auctoritate Nostra apostolica reservandi, et in dotem seminarii clericorum diœcesanorum perpetuo assignandi, atque constituendi, plenam, et amplam facultatem juxta petita eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes propterea easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac tibi, et seminario prædicto ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non prædictarum mensæ, fabricæ, et ecclesiarum dignitatum, canonicatuum et beneficiorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis fundationibus, exemptionibus, privilegiis, statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona aprilis millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto

---

CCI.

Dat. die 10 maii 1803 anno IV.

Indulgetur canonicis, et beneficiatis collegiatæ Mevaniæ Spoletanæ diœcesis, ut loco mozzetæ, quam adhuc deferre consueverunt dignitates mantelletam nigram, canonici cappam magnam, æstate autem cottam supra rocchetum, beneficiati vero cappam magnam supra cottam gestare possint.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Quantum venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum sacerdotibus suis sacra facientibus præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est populi christiani frequentia sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insigna deferenda concessit.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici parochialis, et, ut asseritur, insignis collegiatæ sancti Michaelis Arcangeli oppidi Mevaniæ Spoletanæ diœcesis, in qua prior, et præpositus dignitates, quatuordecim canonici, sex beneficiati, ac duo cappellani chorales existunt, collegiata ipsa antiquitatis laude, sacrarum supellectilium copia, sacerdotum probitate, et doctrina, populique frequentia, et devotione, ita floreat, ut jure merito una ex illustrioribus, et vetustioribus dictæ diœcesis ecclesiis habeatur, multum honori-

ficentiæ, et splendoris ad ipsam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora susciperet incrementa, si ejusdem collegiatæ prior, et præpositus, ac etiam canonici, et beneficiati novis insignibus, et honorificentiis per Nos, et hanc apostolicam Sedem donentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus priori, præposito, et canonicis dictæ collegiatæ, ut loco mozzetæ, quam adhuc deferre consueverunt, duæ dignitates prædictæ mantelletam nigram supra rocchetum in omnibus anni temporibus, canonici vero cappam magnam violaceam, vulgo *di saja pavonazza*, cum asulis, et globulis sericis cremisini coloris, et cum pellibus armellinis hyemali, aestivo autem tempore cottam supra rocchetum, beneficiati autem cappam magnam cum pellibus armellinis cineracei coloris, vulgo bigio, supra cottam tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque priorem, præpositum, canonicos, et beneficiatos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima maii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCII.

Dat. die 10 maii 1803 anno IV.

Instante rege catholico, facultas eidem tribuitur incorporandi suæ regiæ coronæ, ac etiam in perpetuum alienandi singula bona stabilia ad unam commendam militiæ de Alcantara spectantia, supportatis tamen oneribus.

Carissimo in Christo filio Nostro Karolo Hispaniarum regi catholico.

Pius PP. VII.

Carissime in Christo fili Noster Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Majestatis tuæ nomine expositum Nobis nuper fuit, quod tanta pecuniæ vis per te, qui militiæ ordinis de Alcantara administrator perpetuus auctoritate apostolica deputatus existis, ad regiæ tuæ coronæ decus sustinendum, ac tuos subditos, religionemque ipsam catholicam in tuis florentissimis regnis tuendam adhuc impendi debuit, ut ad aliquantulum subsidii eidem coronæ pro aliis necessariis hujusmodi impensis comparandum omnia bona commendæ, seu præceptoriæ de Casas de Calatrava dictæ militiæ de Alcantara ad præsens vacantis annui redditus novendecim circiter mille, septingentorum nonaginta novem regalium de Vellon eidem regiæ coronæ perpetuo uniri, et adjungi, ac etiam in perpetuum vendi, et alienari posse plurimum desideres. Nobis propterea humiliter supplicatum tuo nomine fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur tuis votis, quantum cum Domino possumus benigne annuere, teque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, a quibusvis excommunicationis, et inter-

dicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem majestati tuæ omnia, et singula bona stabilia, et fructifera ad dictam commendam, seu præceptoriam de Casas spectantia in prædiis, domibus, et in quibusvis aliis rebus consistentia cum respectivis eorum juribus, et pertinentiis universis dictæ tuæ regiæ coronæ ad tibi benevisum etiam in perpetuum tempus uniendi, et incorporandi, nec non (si tibi id expedire visum fuerit) in perpetuum quoque tam conjunctim, quam divisim distrahendi, et alienandi, ac domum tamquam de propriis tuis bonis, regiisque familiaribus rebus pro tuo arbitrio, et prudentia disponendi, supportatis tamen semper in perpetuum, prout nunc sunt, singulis eidem commendæ, seu præceptoriæ adnexis oneribus, quamcumque necessariam, et opportunam, plenamque, et amplam facultatem auctoritate apostolica, tenore præsentium tribuimus, et impertimur; ita ut dictorum bonorum fructus, redditus, et proventus quoscumque percipere, exigere, et levare, ac in tuos regios usus convertere libere, et licite possis, ac valeas, futurique eorum emptores pariter possint, et valeant eadem auctoritate concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac S.R.E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus fel. recor. Pauli II., et aliorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non ejusdem militiæ, et ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima maii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCIII.

Dat. die 12 maii 1803. anno IV.

Concessio deputandi personam laicam in administratione nonnullorum bonorum ecclesiasticorum ad conventum fratrum s. Francisci de Mafra nuncupatum, et penes regium palatium regis fidelissimi existentem.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Ingenua sæcularium principum devotionis obsequia, quæ Nobis, et huic apostolicæ Sedi incessanter exhibere non desinunt, adeo quidem Nos excitant, ut ad singulas eorum preces aures Nostras gratanter inflectere, novisque semper favoribus, et gratiis eos prosequi studeamus.

Memorantur præcedentes literæ ad eumdem effectum latæ.

§. 2. Alias siquidem ad preces dilectissimi in Christo filii nostri Joannis Brasiliæ principis, ac regnorum Portugalliæ, et Algarbiorum regentis, per dilectum filium Alexandrum De Souza et Holstein, ipsius Joannis

principis ac regentis, apud Nos, et Sedem apostolicam oratorem Nobis porrectas, ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine per alteras Nostras in simili forma sub plumbo expeditas literas apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo secundo, quintodecimo kalendas januarii, pontificatus Nostri anno tertio, dilecto filio moderno, et pro tempore existenti Nostro, et prædictæ Sedis apostolicæ nuncio in civitate Lisbonensi commoranti facultatem tribuimus, ut tot ex infrascriptis dignitatibus, archidiaconatibus, canonicatibus, et dimidiis canonicatibus supprimeret, et extingueret, quot opus foret ad conflandam annuam liberam summam tresdecim millium septingentorum quatuordecim ducatorum auri de camera, et juliorum quinque monetæ Romanæ summæ sexaginta millium cruciatorum monetæ regni Portugalliæ respondentium convertendam in firmum, et stabile subsidium conventus fratrum sancti Francisci reformatorum sancti Petri de Alcantara nuncupatorum provinciæ de Arabida penes regium palatium de Mafra existentis, videlicet tres ex dignitatibus principalibus, prælaturis nuncupatis, patriarchalis ecclesiæ Lisbonensis, quæ, prout et canonicatus, ac præbendæ, aliaque beneficia ejusdem patriarchalis ecclesiæ de jurepatronatus pro tempore existentis eorumdem Portugalliæ, et Algarbiorum regis fidelissimi respective existunt, primo loco respective vacaturis; nec non in Bracharensi uno de Barrozzo, ac alio sanctæ Christinæ, ac alio de Fontearcada, ac alio de Labnege, ac alio de Neiva, ac alio de Villanova de Cerveira, et alio de Vermoim, et reliquo de Braga: ac in Elborensi uno de Seixa, et altero de Bago, seu Baculo: ac in Visensi uno sancti Petri de Franza, et altero etiam de Baculo: ac in Ægitaniensi uno de Guarda, ac alio de Salovito, et reliquo de Covillam: et in Lamacensi uno etiam de Baculo, seu di Valdiguera, et altero de Cova: ac in Portugallensi respective cathedralibus ecclesiis uno etiam de Baculo, et altero de Oliveira respective nuncupatis archidiaconatibus dignitatibus, non tamen post pontificalem majoribus, aliisque similibus archidiaconatibus in supradictis, vel aliis regnorum Portugalliæ ecclesiis forsan sub specialibus aliis denominationibus existentibus, quorum tamen archidiaconatuum nonnullæ tunc expressæ respectivæ fructuum applicationes dignitatibus, et canonicatibus, ac præbendis patriarchalis ecclesiæ Lisbonensis præfatæ alias apostolica auctoritate factæ fuerant in hujusmodi archidiaconatuum respective vacationum eventus: et insuper uno canonicatu, et una integra præbenda in qualibet ex Ægitaniensi, et Visensi, et Lamacensi, et Portugallensi præfatis, et aliis etiam Elvensi, Pharaonensi, et Leyriensi respective cathedralibus ecclesiis, primo loco pariter vacaturis: ac duobus dimidiis canonicatibus nuncupatis, in qualibet ex Bracharensi, et Elborensi præfatis, et in altera etiam Colimbriensi respective cathedralibus ecclesiis, itidem primo loco respective vacaturis: illisque ad numerum tantummodo necessarium, sic suppressis, et extinctis, illorum respective bona, res, proprietates, fructus, redditus, proventus, distributiones quotidianas, jura, obventiones, et emolumenta quæcumque quovis nomine nuncupata, in quacumque re consistentia, et undecumque provenientia, et quoad prædictos archidiaconatus, pro quantitate unicuique eorum superextante, detractis iis, quæ dignitatibus, ac canonicatibus, et præbendis dictæ patriarchalis ecclesiæ Lisbonensis applicati fuerant, et satisfactis omnibus, et singulis, non tamen personale servitium requirentibus oneribus, in prælaudati conventus, illiusque ecclesiæ, ac religiosorum stabilem manutentionem, et substentationem converterentur, quorum omnium singulorum supradictorum bonorum, ac fructuum, redditnum, et proventuum administratio per personam ecclesiasticam, ab ipso Joanne principe, ac regente, ad id pro tempore ad sui libitum deputandam, et successive ab eodem moderno, et pro tempore existente nuncio prædicto in officio hujusmodi instituendam integre exerceri deberet, prout in Nostris prædictis literis, quibus omnimoda habeatur relatio, plenius continetur.

§. 3. Quum autem prædictus Alexander nomine ejusdem Joannis Preces porrectae pro sub-

rogatione laicae personae. principis, ac regentis Nobis exposuerit, optari ab ipso Joanne principe, ac regente, suisque magis favere votis, ut prædicta administratio supradictorum bonorum per personam ecclesiasticam explenda, a Nobis præscripta, etiam per aliquam dignam, et idoneam personam laicam iis tamen qualitatibus præditam, quæ pro hujusmodi exercendo munere requiruntur, valeat expleri: proindeque novas ad id ejusdem Joannis principis, et regentis ad Nos preces detulerit.

Tenor concessionis. §. 4. Nos qui egregii hujus principis eximias virtutes, animique dotes satis perspectas habentes, omne studium, omnemque sollicitudinem in ejus vota, quantum in Domino possumus conferre non dubitamus, eumdem Joannem principem, ac regentem amplioribus gratiis, et favoribus prosequi volentes; ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine eidem Joanni principi, ac regenti, ut ipse, ejusque in regnorum Portugalliæ, et Algarbiorum regimine successores, personam vel ecclesiasticam, vel etiam laicam, idoneam tamen, ac spectatæ probitatis, in administratione supradictorum bonorum, ab eodem moderno, et pro tempore existente apostolico nuncio præfato instituendam, servata in reliquis omnibus supradictarum literarum forma, deputare libere, ac licite valeant apostolica auctoritate tenore præsentium facultatem concedimus, atque impartimur.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 5. Decernentes has præsentes literas apostolicas perpetuo validas, et efficaces esse, suosque integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, privilegiis, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis; quibus omnibus, et singulis, scientia, et potestatis plenitudine paribus, tenore præsentium specialiter, et expresse, ad præmissorum validissimum effectum, derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 7. Volumus autem, ut earumdem præsentium Nostrarum literarum transumptis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si originaliter exhibitæ forent.

Sanctio pœnalis. §. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ concessionis, decreti, et facultatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, quarto idus maii, pontificatus Nostri anno quarto.

CCIV.

Dat. die 13 maii 1803 anno IV.

Conceditur rectori, et religiosis, eorumque successoribus collegii fratrum Eremitarum s. Augustini Lisbonensis civitatis indultum nominandi in perpetuum ad duas parochiales ecclesias duos religiosos sui ejusdem ordinis loco presbyterorum sæcularium.

Dilectis filiis rectori, et religiosis collegii, seu conventus sancti Augustini Lisbonensi civitatis ordinis fratrum Eremitarum ejusdem s. Augustini nuncupatis professoribus.

Pius PP. VII.

Dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Expositum Nobis nuper vestro nomine fuit, quod per apostolicas fel. rec. Clementis pp. XI. prædecessoris Nostri sub plumbo expeditas literas beneficium quoddam ecclesiasticum in ecclesiis parochialibus sanctæ Annæ de Vimieiro, et sancti Stephani de Bastucos Bracharensis diœcesis erectum, suppresso commen-

dæ titulo, quo illud antea concedebatur, sancti Augustini collegio, seu cœnobio vestri Eremitarum ordinis Olyssipone existenti unitum, incorporatumque in perpetuum fuit sub certis modo, et forma, prout latius eisdem in literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius dicitur contineri. Ratione autem unionis hujusmodi rectores, et religiosi pro tempore ejusdem collegii duos sæculares presbyteros cum titulo vicariorum ad nutum ad binas prædictas parochiales ecclesias, tamquam patroni, ut asseritis, nominare, ac præsentare consueverunt. Sed ob plura, quæ variis occasionibus adversus collegium oborta sunt istis ex vicariis jurgia, vos commune iniistis consilium ad eas ecclesias loco presbyterorum sæcularium nominandi in posterum religiosos ipsius ordinis vestri professos cum titulo curatorum, qui ad certum tantum in iis duraturi sint tempus, si apostolicæ Sedis facultas suffragetur; Nobis propterea humiliter supplicari fecistis, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur vos, ac singulos vestrum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus vestro nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, vobis, ac futuris quoque dicto in collegio successoribus vestris, ut si, et quando parochiales ecclesias prædictas sive per obitum, sive per abdicationem, seu cessionem, aut alia quacumque ex causa vicariorum eas ad præsens obtinentium vacare contigerit, tunc ad easdem servatis servandis, ac salva auctoritate provincialis capituli, seu definitorii ordinis viros cum titulo curatorum ad tempus nominare, ac præsentare libere, et licite possitis, et valeatis, prædictique etiam successores æque possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; religiosisque sic, ut præfertur, nominandis, et præsentandis earumdem ecclesiarum administrationem suscipiendi, atque gerendi facultatem ex speciali dispensationis gratia nunc pro tunc tribuimus, ac impertimur.

Declaratio specialis.

§. 3. Cum declaratione tamen, ac expressa sub lege, quod jura ordinarii quoad ecclesias parochiales, earumque curatas hujusmodi sarcta tecta ac illæsa permaneant; quodque religiosi curati in dictis ecclesiis non minus quam per triennium, excepto gravi, et rationabili casu per eos, ad quos spectat definiendo, commorentur; secumque socium semper ejusdem ordinis, saltem conversum, seu, ut ajunt, laicum habeant: et quoad usque ibidem resederint, rectori pro tempore cœnobii Bracharensis, qui possit, uti proximior, super ipsos inspicere, immediate subjaceant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac vobis, et successoribus vestris, curatisque prædictis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, recentis memoriæ Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictarum ecclesiarum, dictique ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter

expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die decima tertia maii, millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCV.

Dat. die 20 maii 1803 anno IV.

Instante præposito generali congregationis ss. Crucis, et Passionis tribuuntur facultates ad providendum in vacatione munerum.

Dilecto filio moderno præposito generali congregationis clericorum discalceatorum ss. Crucis, et Passionis Jesu Christi nuncupatorum.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Quum, sicut Nobis tuo est expositum nomine, ne quid detrimenti congregatio tua ex incidentibus patiatur vacationibus munerum, operæ prætium sit ea quantocitius denuo impleri, neque id facile fieri possit, nisi opportune tibi, ac successoribus tuis provideatur a Nobis, ac benigne, ut infra, indulgeatur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos te specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, tuisque pro tempore successoribus, ut si quando officium consultoris tum generalis, tum provincialis, ac officium quoque procuratoris generalis memorata in congregatione quomodolibet vacare contigerit, et ad deliberandum de subrogatione officiorum hujusmodi consultores, seu eorum aliquis aliquo impedimento detentus personaliter intervenire nequiverit, tunc ab eo, ut suum scripto mittat suffragium, quod sic latum validum perinde sit ac si ipse præsens suffragatus fuisset, postulare, ac exigere. Rursus siquis rectoratus in domibus congregationis sive per obitum, aut abdicationem, vel qualibet alia ex causa vacaverit, superiorem amovibilem ad nutum vestrum, non ultra tamen tempus provincialis capituli proxime celebrandi, pro vestro arbitrio vacantem in locum delegare, ac substituere; in domo vero generalitia hujusmodi rectorato vacante, similem delegationem, ac simili modo, forma, et duratione prædictis, demandare, istique domui etiam consultoris, aut procuratoris generalis officio fungentes similiter, uti supra, præficere libere, ac licite possitis, et valeatis auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, omnesque ad id necessarias facultates tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes propterea easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac tibi, tuisque successoribus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes,

illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima maii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 27 maii 1803 anno IV.

CCVI.

Instantibus canonicis collegiatæ s. Syri oppidi s. Remi Albinganensis diœcesis, eriguntur in eorum collegiata ecclesia septem novi canonicatus ex totidem cappellaniis de jurepatronatus laicorum, et indulgetur eisdem canonicis, ut rocchetum, et cappam magnam gestare valeant.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

§. 1. Quantum splendoris, ac venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis sacra facientibus præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est populi christiani frequentia, sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia concedere consuevit.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici parochialis, et, ut asseritur, insignis collegiatæ ecclesiæ sub tituto sancti Syri oppidi civitatis nuncupatæ sancti Remi Albinganensis diœcesis, in qua præpositus, et canonici tredecim, atque octo beneficiati, seu cappellani adhuc existunt, ipsa collegiata ecclesia antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, sacrarum supellectilium copia, sacerdotum probitate, doctrina, ac religionis zelo vel difficillimis temporibus probato, devotique populi frequentia ita floreat, ut quoad habitantium numerum post civitatem Januensem, quoad vetustatem post cathedralem Albinganensem prima in diœcesi censeatur, atque insuper tantam erga Nos, et hanc sanctam Sedem devotionem præseferat, ut medietatem sumptus pro comparandis palmis eidem Sedi a pro tempore existente episcopo Albinganensi annuatim mitti consuetis semper ipsa collegiata sustinuerit, et sustineat, multum honorificentiæ, et splendoris ad eam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora susciperet incrementa, si canonicorum numerus ibi augeatur, ipsique canonici novis prærogativis, novisque decorationibus donentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Erectio novarum praebendarum canonicalium.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes, ac etiam infrascriptarum cappellaniarum possessores specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: septem cappellanias de jurepatronatus laicorum in dicta collegiata sub respectivis Nostræ Dominæ Pietatis, sancti Romuli, Corporis Domini, sancti Sebastiani, Nostræ Dominæ Lauretanæ, sancti Erasmi, et sancti Joannis Baptistæ titulis erectas in totidem præbendas canonicales perpetuas, et in collegiatæ prædictæ canonicatus cum omnibus, et singulis honoribus, et oneribus, privilegiis, et gratiis, favoribus, et indultis canonicis hujusmodi quomodolibet concessis, et in posterum concedendis, illæsis tamen, salvisque semper remanentibus juribus patronatus prædictis, firmisque pariter restantibus singulis oneribus cappellaniis hujusmodi ex lege respectivarum fundationum adnexis, aliisque præscriptis, quæ venerabilis frater Angelus Vincentius episcopus Albinganensis pro data sibi a Domino prudentia in actu executionis præsentium perpetuo servanda esse statuerit, auctoritate apostolica, tenore earumdem præsentium erigimus, et

modernos, ac pro tempore existentes cappellaniarum prædictarum possessores dictis capitulo, et canonicis adjungimus, unimus, et incorporamus, ipsosque canonicos vocari, et fore decernimus; eidemque episcopo pro reliquis desuper componendis quamcumque necessariam, et opportunam tribuimus facultatem.

Concessio novorum indumentorum magis insignium.

§. 4. Præterea modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus præposito, et canonicis dictæ collegiatæ illis etiam, ut supra, erectis, ut ipsi cottarum, et almutiarum loco, quas adhuc deferre consueverunt, rocchetum, et cappam magnam violaceam vulgo *di saja pavonazza* cum pellibus armellinis albis, vel tela serica ejusdem coloris ante pectus coopertam, prout idem episcopus specificaverit, hyemali, æstivo vero tempore, et feriatis diebus rocchetum, et mozzetam itidem violaceam cum globulis, et asulis cremisini coloris, ac semper etiam vestem oblongam violaceam cum globulis, et asulis nigris, beneficiati autem cottam cum almutia tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac S. R. E. etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; necnon dictarum cappellaniarum fundationibus; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentes jurapatronatus prædicta non intendimus in aliquo approbare. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima maii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCVII.

Dat. die 27 maii 1803 anno IV.

Confirmatio privilegii concessi terræ Carassai Firmanæ diœcesis celebrandi nundinas in festo s. Barnabæ protectoris ejusdem loci.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii universitas, et homines terræ Nostræ Carassai Firmanæ diœcesis, quod eorum majores a die xxix. maii MDC. a bo. me. Petro dum vixit S. R. E. diacono cardinali Aldobrandino nuncupato tunc temporis ejusdem S. R. E. camerario privilegium obtinuerunt sequentis tenoris videlicet.

Tenor privilegii.

§. 2. Petrus sancti Nicolai in Carcere diaconus cardinalis Aldobrandinus S. R. E. camerarius.

Dilectis Nobis in Christo comunitati, et hominibus terræ Carnasciali Firmanæ diœcesis salutem in Domino sempiternam.

Fides, et devotio quas erga sanctissimum dominum Nostrum papam, ac Nos, et reverendam cameram apostolicam gerere comprobabimini promerentur, ut vos specialibus favoribus, et gratiis prosequamur, ac comodis quantum in Nobis

est opportune consulamus. Nuper siquidem hujusmodi propositionem in camera apostolica facere curavistis, videlicet: communitati terræ Carnasciali Firmanæ diœcesis impartiri licentiam celebrandi nundinas in festo sancti Barnabæ apostoli advocati dictæ terræ duraturas octo dies ante, et post dictum festum cum solitis exemptionibus expediri literas patentes, et committi. Cui propositioni ac petitioni Nos una cum rmis dominis decano, præsidentibus, clericis cameralibus ibidem Nobiscum more solito congregatis: simile decretum fecimus videlicet. = Ad dominum centurionem citato commissario, et sic hujusmodi negotio illustrissimo, et reverendissimo domino Alexandro centurione ejusdem cameræ locumtenenti commissario, et coram admodum illustrissimo excellentissimo domino Laudisio Zacchia ejusdem cameræ generali commissario addicens, et excipiens quidquam verbo, vel in scriptis contra præinsertum cameræ apostolicæ decretum dicere, sive excipere volebat; nec non videndum, ac audiendum juxta illius formam impartiri licentiam iisdem communitati et hominibus faciendi dictas nundinas, vel dicant, vel alligant causam, si quam haberent rationabilem; quare præmissa non teneant per unum ex sanctissimi domini Nostri papæ cursoribus prius legitime citato ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem, et horam infrascriptam. Quibus advenientibus, eadem præcedente propositione pro parte Nostra in eadem camera interim facta, dictaque reverendissimo domino Alexandro centurione citato et a judice prædicto interim de præmissis informato, hujusmodi negotium in eadem camera referente, postulationeque per dominum Nostrum commissarium facta non obstante per Nos, ac eosdem decanum, præsides ipsos, et alios supradictos iterum ibidem congregatos simile decretum factum fuit videlicet.

Decretum latum in camera pro concessione gratiae.

§. 3. Ad dominum centurionem qui expediat juxta mentem cameræ, et subsequenter eodem illustrissimo, et reverendissimo domino centurione pro parte vestra instante, requisito, ut juxta decretum cameræ apostolicæ decreti formam, et resolutionem licentiam hujusmodi impartiri, literasque desuper necessarias, et opportunas concedere dignaretur.

Executio ejusdem decreti.

§. 4. Qui dominus judex satisfaciendo istantiæ et decreto hujusmodi dictam licentiam, prædictasque literas decernendas, et concedendas fore duxit, et concessit, ac nos etiam de mandato sanctissimi domini Nostri papæ vivæ vocis oraculo nobis desuper facto, istantibus camerariatus officiis, et ex decreto in eadem camera matura deliberatione præhabita satisfacto, vobis, ut in dicta vestra terra, ac extra eam, et in festo sancti Barnabæ apostoli mensis junii cujuslibet anni, ac octo antecedentibus, et aliis octo subsequentibus diebus ejusdem festi inclusive publicas nundinas, ad quas omnibus, et singulis personis utriusque sexus, et cujuscumque status, gradus, et conditionis in civitatibus, oppidis, terris, castris, et aliis locis, tam mediate, quam immediate sanctæ Sedi apostolicæ subjectis habilitatis libere accedere, ac vina, olea, legumina cujuscumque generis, ac blada, utrumque frumentum, nec non boves, vaccas, vitulos, bubulos, equos, mulos, cervices, asellos, sues, pecudes, agnos, hædos, capras, cæteraque animalia quatrupeda, tum domestica, quum silvestria, ova, gallinas, pullos, cupones, anseres, aves, pipiones, pavones, et alia animalia volatilia, cæteraque alia mobilia, et semoventia, serica, lanea, linea, et cujuscumque alterius generis, et speciei bona ex dictis civitatibus, oppidis, terris, castris, villis, casalibus, et eorum respective territoriis contrahere, et ad dictam terram Carnasciali pro dicto festo sancti Barnabæ et octo antecedentibus, et subsequentibus diebus ejusdem festi inclusive cujuslibet anni, quibus hujusmodi nundinæ celebrantur absque solutione aliquarum gabellarum ad alteram terram, seu verius ad civitatem Firmanam ejusdem terræ, seu castri in temporalibus dominium spectante et pertinente, asportare, et conducere libere liceat, servatis tamen solitis, et laudabilibus locorum statutis, et consuetudinibus facere, et celebrare licentiam, et facultatem omnimodam tenore præsentium in perpetuum concedimus, et impertimur, cum facultate etiam concessione, et indulta hujusmodi nundinarum manutentione, ac pacifico, et quieto commercio mercatorum, et

aliarum personarum illuc concurrentium aliquem probum virum sorte extraendum ex pluribus ad id vocatis, et selectis a vobis in capitaneum dictarum nundinarum, et per quindecim dies ante illarum adventum deputare, in recognitionem hujusmodi officii scuta quinque monetæ anno quolibet dare, et consignare valeatis, et quod dictus capitaneus quævis genera armorum non tamen prohibitorum, una cum aliis militibus per ipsum desuper eligendis absque ullo pœnarum incursu deferre, et quascumque lites, causas, et differentias inter quascumque personas mercatores, occasione dictarum nundinarum, et ipsas nundinas concernentes quomodolibet movendas summarie, simpliciter, et de plano, sola facti veritate inspecta, nullo juris ordine servato ejus arbitrio, et absque ullo præmio, et mercede etiam privative ad quascumque alios judices ecclesiasticos, et seculares Nostræ terræ, tempore dictarum nundinarum dumtaxat durante, cognoscere, decidere, et fine debito terminare, et quoscumque mercatores etiam artistas, ac alias quascumque personas dictæ vestræ terræ ac territorii, ad interessendum cum eorum mercibus in dictis nundinis, earumque apothecas, et fundaca aperienda, et animalia quæcumque ad ea conducenda sæpe dictis nundinis durantibus, et sub pœnis ejus arbitrio imponendis, et locis piis applicandis cogere, et compellere possint, ac valeant.

Mandatum de obediendo, et executio literarum.

§. 5. Mandantes propterea Nostra etiam auctoritate, et ex decreto præsenti quibuscumque dominis temporalibus dictarum civitatum, terrarum, castrorum, et locorum, eorumque locumtenentibus, seu auditoribus, potestatibus, vicariis, commissariis ecclesiasticis, et secularibus quacumque auctoritate fungentibus et functuris; nec non universitatibus, hominibus, officialibus, barisellis, capitaneis, executoribus, subsecutoribus, cæterisque militiæ, et justitiæ ministris, et eorum cuilibet in solidum sub mille scutorum auri in auro cameræ apostolicæ pœnis, in eventum contraventionis applicatione mandati executivi, et juris subsidium, quatenus opus sit, quod universitates interdicti ecclesiastici, quorum ad alias excommunicationes, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis arbitrio Nostro imponendis, fulminandis, moderandis et applicandis vos, et alias quascumque utriusque sexus personas ad dictas nundinas pro tempore accedentes, ac vina, blada, præterque frumenta, legumina, ac alia bona prædicta, ut præfertur, portantes, et conducentes, seu asportari, et conduci facientes, ac inde redeunte, quovismodo commorante, alioque jure, causa, ingenio, vel quæsito colore impedire, molestare, vexare, et perturbare, seu ipediri, molestari, vexari, et perturbari, nec aliquam excomunicationem realem, et personalem vigore cujusvis mandati executivi, seu suspicionis fugæ contra dictam personam, et mercatores, et loco dictarum nundinarum commorantes ad istantiam eorum creditorum pro quavis pæcuniarum, rerum, et bonorum summa, et quantitate per quoscumque tam Romanæ curiæ quam status ecclesiastici judices, et tribunalia decerni, et relaxari, seu decernendi, et relaxandi dictis nundinis durantibus, nec in judicio pro dictis debitis civilibus convenire, seu conveniri facere, minime permittere audeant, seu præsumant, aut eorum aliquis audeat, seu præsumat; immo præsentes Nostras, et in eis contenta quæcumque inviolabiliter observent, et ab aliis ad quos spectat, et spectabit in futurum observari curent, et faciant, ac celebrationem dictarum nundinarum quotiescumque pro parte vestra fuerit requisita per edicta, bannimenta in locis opportunis pubblicent, et pubblicum facient, et mandent alioquin contra præmissa non observantes, ac contradicentes quoslibet rebelles ad pœnam præscriptam incursos declarationem, et executionem procedemus, quod si secus factum fuerit ad totum revocare, et in pristinum statum reducere curabimus justitia mediante. In quorum omnium, et singulorum fidem, et testimoniales præsentes fieri, et per infrascriptum Nostrum, et cameræ apostolicæ notarium subscribi sigilloque ejusdem reverendæ cameræ apostolicæ quo in talibus utitur jussimus, et facimus munire. Datum Romæ in camera apostolica anno a nativitate Domini millesimo sexcentesimo, indictione tertia, die vero vicesima nona mensis maij, pontificatus autem sanctissimi in Christo, et patris, et domini Nostri domini Clementis

divina providentia papæ octavi anno nono.

Confirmatio apostolica.

§. 6. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat dicti exponentes, quo præinsertum privilegium firmius subsistat, et servetur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentim dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, idem privilegium, et singula in eo contenta, et expressa auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos tam juris, quam facti si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint defectus, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales de latere legatos sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, et ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus Nostris etiam ex motu proprio editis, aliisque constitutionibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictæ terræ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præsentem effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima maii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCVIII.

Dat. die 1 junii 1803 anno IV.

Commissio emo cardinali Caprara ad carissimum in Christo filium Nostrum Naupoleonem Bonaparte primum Galliarum reipublicæ consulem apostolicæ Sedis de latere legato reductionis nonnullarum ecclesiarum episcopalium in Pedemontana provincia existentium.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Dilecto filio Nostro Joanni Baptistæ tituli sancti Honuphrii S. R. E. presbytero cardinali Caprara nuncupato archiepiscopo Mediolanensi, et episcopalis ecclesiæ Æsinæ administratori ad carissimum in Christo filium Nostrum Naupoleonem Bonaparte primum Galliarum reipublicæ consulem Nostro, et apostolicæ Sedis de latere legato salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum et ratio concessionis.

§. 1. Gravissimis causis adducimur, ut ecclesiis in Pedemontana provincia constitutis apostolicæ potestatis plenitudine, indulgentia, atque ope Nostra, id exigentibus earum circumstantiis, provideamus. Cum expositum fuerit Nobis nomine gubernii reipublicæ Gallicanæ, cujus nunc imperio paret Pedemontana provincia, sexdecim ecclesias episcopales, videlicet Albensem, Aquensem, Alexandrinam, Astensem, Augustanam, Bobiensem, Bugellensem, Casalensem,

Fossanensem, Ipporegiensem, Montis Regalis, Pinaroliensem, Salutiarum, Secusinam, Derthonensem, Vercellensem, et unam metropolitanam Taurinensem, quæ in supradicta provincia continentur, haud posse omnes diutius in posterum in eadem subsistere, atque idcirco (cum quinque jam ex ecclesiis illis, nempe Vercellensis, Montis Regalis, Salutiarum, Fossanensis, Secusina suo pastore viduatæ sint, atque ex reliquis superestitibus episcopis tres, nempe Alexandrinus, Casalensis, Augustanus libere, ac libenter in manibus Nostris suam ecclesiam dimiserint, et episcopatu se abdicarint) ab eodem gubernio postulari, ut Nos in hoc rerum statu apostolica auctoritate Nostra præfatas sexdecim ecclesias episcopales, atque unam metropolitanam ad octo redigere dignemur, nimirum ad unam matropolitanam, et septem ejus suffraganeas, servatis tamen absque ulla imminutione earumdem supprimendarum ecclesiarum, earumque capitulorum, seminariorum, collegiatarum, ac paræciarum, nec non fabricarum, cæterorumque locorum piorum bonis, ac possessionibus, sicut nunc fruuntur et gaudent, ita tamen, ut quod pertinet ad mensas ecclesiarum supprimendarum earum bona congrua distributione mensis ecclesiarum servandarum applicentur, quæ cum amplioribus finibus augendæ sint, amplioribus etiam subsidiis indigent, ut ecclesiarum respectivarum necessitatibus, ab episcopis provideri possit: cumque ad has postulationes accesserint etiam, dilecte fili Noster, plures literæ tuæ ad Nos datæ, quibus, et ea, quæ Nobis nomine præfati gubernii exposita fuerunt luculentissimo testimonio confirmasti, et illud præterea addidisti etiam venerabilem fratrem modernum archiepiscopum Taurinensem Parisiis nunc degentem suum consilium, atque operam in hunc finem contulisse.

Temporaneæ providentiae ad rem capiuc.

§. 2. Nos perspectum habentes haud aliter stabili illarum ecclesiarum bono prospici posse, eique pro præsenti temporum exigentia prospicere satagentes, divini numinis auxilio primum implorato, ac adhibitis deinde in consilium venerabilibus fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus congregationis ad id specialiter deputatæ, cumque iis rerum omnium pondere, ac circumstantiis ea qua par est maturitate serio perpensis, præfatæ reductioni duximus annuendum. Cum autem ex una parte celeriter a Nobis necessitatibus ecclesiarum illarum occurrendum sit, ex alia vero cum non omnia sint in promptu, quæ ad negotium hujusmodi numeris omnibus de more conficiendum Nobis essent necessaria, de eorumdem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio tibi uti speciali Nostræ, et Sedis apostolicæ legationis a latere apud Gallicanæ reipublicæ gubernium, cujus nunc sub imperio est dicta Pedemontana provincia, officio fungenti, in cujus fide, doctrina, prudentia fiduciam Nostram collocatam habemus, ex certa scientia, ac matura deliberatione, deque apostolicæ potestatis plenitudine auctoritatem committimus, prævia solutione Nostro nomine facienda uniuscujusque ex iis episcopis, qui suas sedes sponte et libere in manibus Nostris dimiserunt, a vinculo, quo earum respectivis ecclesiis tenebantur, procedendi ad suppressionem, extinctionem, ac perpetuam annullationem novem ex prædictis sexdecim episcopalibus ecclesiis, eorumque respectivorum capitulorum, cathedralium, etiam derogando ipsorum capitulorum consensui (quatenus canonici capitula componentes requisiti illum præstare renuant) atque earumdem sic suppressarum diœcesium parochias, collegiatas, monasteria, clerum, ac populum universum antedictæ metropolitanæ, et septem superextituris ecclesiis episcopalibus cum suis capitulis, ac seminariis uniendi, applicandi, et incorporandi libere, ac licite eo modo, ac forma, et in ea respective quantitate, quam dignoveris fore magis opportunam.

Consulitur locis subjectis jurisdictioni ordinariorum extantium extra provinciam Pedemontanam.

§. 3. Et cum in supradicta Pedemontana provincia nonnulla reperiantur loca ab ordinaria jurisdictione dependentia aliorum archiepiscoporum, atque episcoporum sedes suas habentium extra limites memoratæ provinciæ, et expediens visum sit, ut cura animarum christifidelium in hujusmodi locis degentium ab ipsis præsulibus antedictæ Pedemontanæ provinciæ exerceatur, facultatem tibi quoque impertimur eximendi, ac liberandi supradicta loca ab exterorum

supradictorum archiepiscoporum, atque episcoporum jurisdictione accedente eorum consensu, et spirituali regimini unius, vel plurium Pedemontanæ provinciæ episcoporum subjiciendi, atque eorum diœcesibus perpetuo uniendi atque incorporandi. Item cum justa, et rationabili causa impellente, a Nobis etiam postulatum fuerit, ut unam ex memoratis septem superextituris sedibus episcopalibus permutare, eamdemque ex uno in alium locum transferre concedamus; ideo tibi potestatem etiam facimus, ut prævia suppressione, atque extinctione tituli, ac denominationis hujus permutandæ sedis episcopalis, ipsiusque capituli cathedralis, eamdem sedem cum suo capitulo ad aliam civitatem transferre, et in ea ecclesiam principalem, quæ capax sit, ac decenter ornata, et sacris supellectilibus instructa, in novam cathedralem ecclesiam erigere, ibique sedem episcopalem cum capitulo, ac seminario, et cum congrua diœcesis assignatione pari apostolica delegata facultate perpetuo stabilire itidem possis, ac valeas. Quoniam vero nonnullæ ex antedictis ecclesiis episcopalibus subjectæ ad præsens reperiantur juri metropolitico venerabilium fratrum archiepiscoporum degentium extra provinciam Pedemontanam ad quæcumque obvianda impedimenta, et ad ecclesiasticas res expeditius omni ex parte componendas; tibi præterea auctoritatem impertimur, ut accedente eorumdem archiepiscoporum assensu, præfatas episcopales ecclesias a quocumque ipsorum metropolitico jure prorsus eximere, ac liberare, illasque metropolitico juri archiepiscopi Taurinensis perpetuo subjicere, ac supponere delegata apostolica facultate similiter possis, ac valeas, ita ut septem enunciatæ episcopales ecclesiæ in dicta provincia superextantes debeant omnes esse in posterum suffraganeæ memorati archiepiscopi Taurinensis. Tibi præterea committimus, et potestatem facimus, ut cujuscumque generis res, redditus, proventus, bona hucusque ad supradictas novem supprimendas episcopales ecclesias, illarumque capitula, cleros, fabricas, ac seminaria respective spectantia, collatis cum Gallicanæ reipublicæ gubernio consiliis, antedictæ metropolitanæ, aliisque septem superextituris episcopalibus ecclesiis, illarumque capitulis, cleris, fabricis, et seminariis inspecta prius majori cujusque necessitate, ac utilitate, ac firmiter proviso ipsarum ecclesiarum jam cathedralium decenti conservationi, ac manutentioni, itemque congruæ ecclesiasticarum personarum servitio earum tam antea addictarum, quam in posterum adjiciendarum substentationi simili delegata facultate apostolica perpetuo respective applicare, unire, et appropriare, atque incorporare possis, ac valeas, si ita necessitas exigat, atque illud curans, ut quantum fieri potest, ea bona ei fidelium utilitati, cui præcipue ab iis, qui ea largiti sunt prospectum est, inserviant, neque in alios usus convertantur.

Decernitur unio ecclesiarum pastore viduatarum.

§. 4. Quoniam vero attentis rerum omnium circumstatiis, permagni interest, ut singulæ ex prædictis septem cathedralibus ecclesiis superextituris proprium, nullo interposito temporis intervallo, habeant episcopum, qui catholicorum spirituali regimini sollicite incumbat; idcirco si forte accidat, ut unam, seu plures ex iis ecclesiis, quæ sive per obitum, sive per liberam in manibus Nostris dimissionem suo sunt viduatæ pastore in nova diœcesium circumscriptione servare, atque e contra plures ex iis, in quibus adhuc episcopi existunt, eorum accedente consensu, supprimere opportunum videatur (siquidem unam saltem ex his supprimere, ejus episcopi pariter accedente consensu, necessarium est, ut septem tantum in posterum supersint episcopales ecclesiæ) tibi specialem quoque tribuimus facultatem, ut bono illarum ecclesiarum consulendo, unum, seu plures exisentium episcoporum a propria ecclesia, quæ in nova circumscriptione supprimenda sit, ad aliam ecclesiam ex iis, quæ servandæ sunt, accedente ejus, sive eorum assensu, eoque, vel iis ab ecclesiæ supprimendæ vinculo, per te Nostro nomine, ut supra, respective soluto, seu solutis, prævia professionis fidei, ac juramenti fidelitatis emissione, pari apostolica delegata facultate transferre itidem possis, ac valeas; injuncta tamen cuique obligatione Nobis per idoneum procuratorem infra quadrimestre spatium exhibendi hujusmodi translationis patentes literas a te sub-

scriptas, illarumque confirmationem per alias Nostras sub plumbo expediendas literas impetrandi.

Constitutio novarum diœcesum, et inscriptio fructuum in libris cameræ decernitur

§. 5. Volumus autem, quod novus cujusque diœcesis circuitus, novique fines clare, et distincte constituantur in quolibet decreto a te in singulis hujusmodi actibus emittendo, atque ut id rite, ac facilius exequi possis, facultatem tibi unam, seu plures ecclesiasticas personas ad hoc aptas, et idoneas subdelegandi impertimur. Injungimus tibi ulterius, ut completa nova uniuscujusque mensæ metropolitanæ, et cathedralis respectiva stabili dotatione, authenticum exemplar decretorum, quæ in hanc rem emiseris ad Nos perferri cures, ut nova itidem earumdem ecclesiarum taxa in consistorialibus libris queat usitata ratione constitui.

Monitum speciale.

§. 6. Porro non dubitamus quin singula acta vigore præsentium literarum a te conficienda omni studio, ac diligentia opportuno modo, ac forma expleantur, eorumque exempla serventur hisce apostolicæ Sedis archiviis de more inserenda. Interea in tua fide, doctrina, prudentia, atque animi integritate confidimus, te rectissimis curis Nostris omni qua fieri possit, meliori ratione esse obsecuturum.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 7. Nos enim si suppressionem, extinctionem, annullationem, unionem, applicationem, et appropriationem hujusmodi, aliaque præmissa vigore præsentium per te fuerint executioni demandata, ea omnia etiam ex eo, quod quilibet jus, aut interesse habentes, vel habere prætendentes vocati, et auditi non fuerint, vel ex alia quavis juridica, et privilegiata, ac privilegiatissima causa, colore, et prætextu nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut quolibet alio substantiali, substantialissimo, et inexcogitato, ac specialem, et individuam mentionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, aut alias quomodolibet infringi, retardari, aut ad viam, et terminos juris reduci, seu illis etiam in aliquo derogari, aut quidquam aliud in contrarium disponi, vel alias suspendi, restringi, limitari, aut in controversiam vocari, seu adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, ac justitiæ remedium impetrari, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, aut declarationibus generalibus, aut specialibus quibusvis de causis pro tempore factis minime comprehendi, sed semper ab illis excepta esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque, et non aliter per quoscumque judices quavis auctoritate fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus, et inane decernimus. Atque insuper tibi potestatem facimus, ut super quacumque quæstione, quæ in earumdem præsentium executione quomodolibet oriri forsan poterit, etiam definitive, quacumque appellatione postposita, pronunciare possis, ac valeas.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus de jure quæsito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, aliisque Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non dictarum ecclesiarum per te, ut præfertur supprimendarum, et extinguendarum confirmatione quoque apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, concessionibus, et donationibus eisdem ecclesiis, ut præfertur, supprimendis, et extinguendis, aut quibuscumque personis quacumque ecclesiastica, vel mundana dignitate fulgentibus quantumvis specifica, et individua mentione dignis, etiam Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum sub quibuscumque tenoribus, et formis etiam motu proprio, et de apostolicæ potestatis plenitudine, vel consistorialiter in contrarium præmissorum concessis, et emanatis: quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis expressa mentio habenda, vel alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, præsen-

tibus pro expressis habentes, ad præmissorum effectum scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 9. Volumus etiam, ut ipsarum præsentium transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis. §. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ delegationis, commissionis, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, kalendis junii, pontificatus Nostri anno quarto.

CCIX.

Dat. die 14 junii 1803 anno IV.

Instante magno magistro hospitalis s. Joannis Hierosolymitani incorporantur præeminentiæ trium dignitatum conventualium eidem magno magistro.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Procemium. §. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus constituti, illud quoque præcavendum Nobis esse arbitramur, ut in proxima, et a Nobis vehementer optata hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani reaperitione nihil ibi veteris regiminis ordo perturbetur, sed omnia feliciter, tranquilleque restituantur, atque procedant.

Ratio decernendae unionis. §. 2. Cum itaque, sicut accepimus, ex recenti pernotissimas temporum circumstantias sequuta suppressione trium dicti hospitalis linguarum Proventiæ, Alverniæ, et Franciæ tres conventuales dignitates antea linguis hujusmodi inhærentes, magni scilicet commendatariatus, marescallatus, et magni itidem hospitalariatus vacantes remaneant, et suspensæ, Nos dissentiones omnes, quæ super præeminentias dictis dignitatibus adnexas suboriri possent, præcavere, communique ejusdem hospitalis concordiæ consulere volentes, motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine omnes, et singulas trium dignitatum hujusmodi magni commendatariatus, marescallatus, et magni itidem hospitalariatus, ut præfertur, vacantium præeminentias cum suis respectivis juribus, et pertinentiis universis magno magisterio dicti hospitalis provisorie tantum adjungimus, et incorporamus, ita ut interim dilectus filius modernus magnus magister præeminentiarum, ac jurium hujusmodi dictis dignitatibus quomodolibet antea adnexorum possessionem per se, vel per alium, seu alios apprehendere, atque donec, et quoad Nobis, et huic sanctæ Sedi quidquam aliud firmius desuper statuere visum fuerit, retinere, ac pro suo arbitrio, et prudentia disponere libere, et licite possit, et valeat, motu, et potestate similibus decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, et naturis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus,

cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta junii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCX.

Dat. die 17 junii 1803 anno IV.

Pia unio presbyterorum secularium s. Pauli apostoli de urbe erigitur in archiconfraternitatem.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni officiales, et sæculares presbyteri piæ unionis sancti Pauli apostoli de urbe nuncupat. quod cum ipsi ad majorem Dei gloriam, et spiritualem christifidelium, naucleroram præsertim, et militum, ac etiam infirmorum in publicis nosocomiis existentium (quorum sacramentales confessiones statis diebus excipiunt, deque rebus sacris eos privatim, et publice instruunt, aliaque perplura charitatis officia exercent) utilitatem congregationem, seu piam unionem sub titulo ejusdem sancti Pauli apostoli in ecclesia sanctæ Mariæ in Cappella de eadem urbe canonice, ut asseritur, erexerint, congregationem, seu piam unionem hujusmodi archiconfraternitatis titulo per Nos, et hanc apostolicam Sedem decorari plurimum desiderant.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, congregationem, seu piam unionem sancti Pauli apostoli prædictam in archiconfraternitatem cum omnibus, et singulis prærogativis, honoribus, et præeminentiis solitis, et consuetis; auctoritate apostolica, tenore præsentium erigimus, et instituimus; ac ipsius archiconfraternitatis sic erectæ officialibus, et congregatis præsentibus, et futuris, ut ipsi alias quascumque congregationes, et confraternitates, seu pias uniones ejusdem instituti extra urbem ubique locorum tam erectas, quam erigendas eidem archiconfraternitati, servata tamen forma constitutionis recolendæ memoriæ Clementis pp. VIII. prædecessoris Nostri aditæ, aggregare, illisque omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes ipsi piæ unioni, seu congregationi sancti Pauli sic in archiconfraternitatem erectæ concessas communicare libere, et licite possint, et valeant auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus, constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, supradictæ piæ unionis s. Pauli apostoli, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo

robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima junii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 17 junii 1803 anno IV.

CCXI.

Facultas præposito, et canonicis collegiatæ de Taggia Albinganensis diœcesis addendi cuculliolum mozzetæ, deferendi rocchetum, et cappam ad instar aliarum collegiatarum civitatis Januensis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Ratio concessionis.

§. 1. Cum ad venerationem divinis officiis conciliandam, et ad fidelium mentes in rerum altissimarum, quæ in ipsis significantur, contemplationem erigendam Catholica Mater Ecclesia vestes, et sacra indumenta inter cætera attribuerit, Romani pontifices prædecessores Nostri sacros earum potissimum ecclesiarum, quæ propter antiquitatem, vel populi christiani frequentiam, et devotionem inter cæteras quodammodo excellerent, ministros peculiaribus vestium, et indumentorum insigniis decorare consueverunt.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii præpositus, et canonici insignis, ut asseritur, collegiatæ ecclesiæ sub titulo sanctorum apostolorum Jacobi, et Philippi de Taggia Albinganensis diœcesis, ipsi nullis aliis choralibus, præter mozzetam violaceam sine cuculliolo, distincti reperiantur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus præposito, et canonicis dictæ collegiatæ, ut mozzetæ prædictæ parvum cucullum addere, ac rocchetum deferre, et cappam ad instar collegiatarum civitatis Januensis, nec non vestem violaceam oblongam cum asulis, et globulis nigris tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque præpositum, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima junii millesimo octingentesimo tertio pontificatus Nostri anno quarto.



Dat. die 17 junii 1803 anno IV.

CCXII.

Indulgetur canonicis collegiatæ ecclesiæ s. Agathæ Feltriæ Feretranæ diœcesis, ut loco almutiarum et cottarum quas adhuc deferre consueverunt, rocchetum, et mozzetam violaceam gestare valeant.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quantum splendoris, et venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis in sacris faciendis præscripsit vestes, sed etiam in templis ubi major est christiani populi frequentia, sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici, ecclesiæ collegiatæ s. Agathæ Feltriæ Feretranæ diœcesis, collegiata ipsa antiquitatis laude, sacerdotum probitate, et zelo, populique frequentia, ac devotione floreat, multum honorificentiæ ad ipsam accederet, ac divinus cultus, populique devotio majora ibi susciperet incrementa, si ejusdem collegiatæ canonici novis decorentur insigniis.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, ac pro tempore in perpetuum existentibus canonicis dictæ collegiatæ, ut loco cottarum, et almutiarum quas adhuc deferre consueverunt, rocchetum, et mozzetam violaceam, etiam sericam, eadem tela serica cremisini coloris subsutam, cum asulis, et globulis, ejusdem cremisini coloris, tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ipsius collegiatæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima junii millesimo octigentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio contrariorum.

CCXIII.

Dat. die 21 junii 1803. anno IV.

Indultum utendi facultatibus, quibus ex privilegio apostolico presbyteri congregationis Missionis s. Vincentii a Paulo diœcesis s. Severinæ gaudent.

Dilecto filio Hieronymo Pedullo rectori recessus Mesoracensis diœcesis s. Severinæ.

Pius PP. VII.

Dilecte fili, salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Expositum Nobis nuper tuo nomine fuit, te in sacro presbyteratus ordine constitutum pia quadam in domo Mesoracæ diœcesis sanctæ Severinæ ubi plurimis ab hinc annis sacer recessus una cum ecclesia publica fundatus est, præesse communitati, quæ constat ex presbyteris sæcularibus titulo patrimonii ordinatis, ex novitiis, ex fratribus laicis, et ex adolescentibus illuc in educationem perductis; recessum ordinarii loci subiacere jurisdictioni, et presbyteros

Expositio precum.

ibi receptos operam navare assiduam vineæ excolendæ Dominicæ, ac præter exercitia spiritualia missionibus, atque prædicationibus passim per omnem Calabriam christifideles ad pænitentiam, et divinorum observantiam mandatorum revocare. Ut autem zelo, et labori operariorum hujusmodi major undique fructus accrescat, visum tibi esse fructum mirifice uberem colligi per eos posse, si eædem ipsis tribuantur facultates, quibus presbyteri congregationis Missionis s. Vincentii a Paulo nuncupatæ in sacro eorum ministerio uti ex concessione apostolica solent: Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis, opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quaqumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eisdem præmemoratis presbyteris, ut ipsi de tui, tuorumque successorum, qui pro tempore in dicto recessu rectoris officio fungentur, licentia, ac salva in omnibus jurisdictione ordinarii locorum, dum vel spiritualia exercitia ministraverint, vel sacras missiones peregerint, vel id alias animarum necessitas quomodolibet postulaverit, omnes, et singulas facultates, quibus de apostolicæ Sedis privilegio presbyteri dictæ congregationis Missionis utuntur, et gaudent, habere, ac exercere in perpetuum libere, ac licite valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus, constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima junii millesimo, octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXIV.

Dat. die 21 junii 1803 anno IV.

Erectio duorum canonicatuum in ecclesia confraternitatis s. Joannis Baptistæ de Balnearia Viterbiensis diœcesis ex duabus cappellaniis ejusdem confraternitatis.

Dilecto filio vicario capitulari ecclesiæ Viterbiensis, illius episcopali sede vacante legitime deputato.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni officiales, et confratres confraternitatis sub titulo s. Joannis Baptistæ vulgo de Confalone terræ de Balnearia Viterbiensis diœcesis, quod ipsi ad majorem Dei gloriam, divinumque cultum augendum duas ex tribus cappellaniis de suo jure patronatus in duas præbendas canonicales perpetuas, et residentiales sub ssmi Crucifixi, et sancti Bonaventuræ titulis in ecclesia (ut asseritur) collegiata dictæ terræ, quas cappellanias dilecti filii Vincentius Ragonesi, et Nicolaus De Rossi presbyteri de præsenti obtinent, erigi posse, ejusdemque collegiatæ capitulo, et canonicis perpetuo uniri, et incorporari plurimum desiderant, addito nunc, et pro tempore existentibus illarum possessoribus onere interessendi choro singulis festis diebus, et assignata ex prædiis rusticis, atque urbanis triginta annuorum scutatorum monetæ Romanæ congrua; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur attenta desuper tua ad dilectum filium magistrum Emmanuelem De Gregorio congregationis Concilii secretarium transmissa relatione, ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fo-

re censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, discretioni tuæ, attento quod sedes episcopalis Viterbiensis ad præsens vacat, per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, enunciatas duas cappellanias in duos canonicatus dictæ collegiatæ perpetuos, et residentiales cum omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, favoribus, et indultis spiritualibus, et temporalibus aliis canonicis ejusdem ecclesiæ quomodolibet concessis, accedente tamen prius (quatenus nondum accesserit) capituli prædicti, et omnium interesse habentium consensu, servataque in reliquis forma respectivarum fundationum, nec non facta per confratres prædictos obligatione in forma juris valida supplendi ex aliis confraternitatis redditibus memoratam congruam scutatorum triginta annuorum liberam, et immunem a publicis oneribus impositis, et imponendis, etiam si redditus ex assignatis bonis decreverint, auctoritate Nostra apostolica, pro tuo arbitrio, et conscientia gratis erigas, dictosque Vincentium, et Nicolaum juxta præmissa ad canonicatus hujusmodi perpetuos cum omnibus, et singulis honoribus, et insigniis, quibus alii canonici dictæ ecclesiæ utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere poterunt in futurum, illæso tamen semper, et integro remanente ipsius confraternitatis jure patronatus pro eorum successoribus nominandis, et præsentandis.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictarum ecclesiæ collegiatæ, et confraternitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima junii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXV.

Dat. die 25 junii 1803 anno IV.

Providentiæ captæ pro recta administratione, et supportatione onerum universitatis Hebræorum urbis, et solutione æris alieni ab eadem universitate improvide contracti.

Alessandro Lante protonotario apostolico, della Santità di Nostro Signore, e sua reverenda camera apostolica tesoriere generale.

R. P. D. thesaurarius chirographum exequendum recepisse declarat.

§. 1. Ad oggetto di dare il necessario sistema alla troppo sconcertata economia della università degli ebrei di Roma, e di rimediare efficacemente non meno alla ripugnanza, e negligenza di molti di essi nell' accettare ed esercitare gli uffici, che alla morosità degli ebrei debitori; si è degnata la Santità di Nostro Signore papa Pio VII. aggiungere a Noi tutte le opportune facoltà con quelle ulteriori sovrane disposizioni, che distesamente si leggono nel suo chirografo del tenore seguente.

Monsignor Alessandro Lante Nostro, e della Nostra camera apostolica tesoriere generale.

Tenor chirographi.

§. 2. Ci avete rappresentato il dissesto da voi ravvisato nella economia della università degli ebrei di Roma, della cui soprintendenza per chirografo del pontefice Innocenzo XII Nostro predecessore di fel. memoria segnato li 20 luglio 1699 sono incaricati i tesorieri generali: poichè si trova in somma difficoltà di soddisfare al pagamento de' molti debiti arretrati, e correnti rispettivamente verso la Nostra camera apostolica, e la camera Capitolina, e verso la pia casa de' Catecumeni, del monastero delle Convertite, ed altri; e ciò per la morosità degli ebrei individui nel soddisfare alle tasse e dazj loro imposti, la qual morosità proviene massimamente dalla trascuratezza, ed anche dalla contumacia di coloro, i quali venendo assunti alle cariche pubbliche nella loro università o ricusano di intraprenderle, o le esercitano con molta lentezza e negligenza. Ci avete perciò supplicato, che alle facoltà già competenti a voi, ed a tesorieri pro tempore in virtù del suddetto chirografo Innocenziano vi aggiungessimo anche delle altre, che sembrassero più opportune all' oggetto di rimediare energicamente e stabilmente a tali inconvenienti.

De officiis in universitate non recusandis, et de interventu in unionibus ad suffragium ferendum.

§. 3. Pertanto Noi conoscendo molto giusta la vostra istanza, e lodando il solito vostro zelo così in questo, come negli altri oggetti della vasta, e laboriosa vostra carica; col presente Nostro chirografo, in cui abbiamo per espresso il tenore di quello del prelodato Nostro predecessore, e quello confermando ed ampliando di certa scienza e pienezza della Nostra suprema potestà vi ingiungiamo di ordinare a nome Nostro, come Noi espressamente ordiniamo a tutti gli ebrei del Ghetto di Roma, che chiunque di essi colle solite regole, e con altre da voi giudicate più opportune venga eletto, e destinato a qualunque carica della università, ed officio, che abbia rapporto all'azienda, ed interessi di quella, non possa scusarsi, o disimpegnarsi d'intraprenderlo subitamente, e di esercitarlo con tutta la esattezza, fedeltà e attività; e così ancora vogliamo, che niuno possa esimersi dall'intervento alle congreghe, e a qualunque altro congresso generale o particolare, ove si abbiano a trattare gli affari della università, secondo che sia prescritto, e generalmente vogliamo, che da ognuno degli ebrei di Roma sempre si eseguiscano tutti gli ordini, e regolamenti, che per il governo economico della istessa università si faranno da voi, e da' tesorieri pro tempore, ed a tale effetto vi comunichiamo tutte le necessarie facoltà di costringere i disubbidienti e contumaci, e di punire i negligenti colpevoli con gravatorie, multe, carceri, ed altre pene proporzionate alla qualità delle mancanze anche economicamente, e senza strepito di giudizio: riserbando però a voi, e così ai tesorieri pro tempore la cognizione delle vere, ed urgenti cause, che possano scusare taluno dall' intervenire alle congreghe, dall' assumere ed eseguire gli officj, o alcuna altra obbligazione ne' casi particolari.

De exactione taxarum, et datiorum solvendorum in comodum universitatis.

§. 4. Ad oggetto poi, che ora ed in avvenire vengano prontamente esatte ed incassate le tasse, e dazj, o proventi dell' affitto de' macelli detto volgarmente della polpina, del pretatico, delle doti, del dodici per cento sulle pigioni delle case, e generalmente qualunque credito della università maturato, o da maturare in appresso contro qualsivoglia ebreo, ed ogni altra imposizione ordinaria, e straordinaria, o già esistente, o che per i vantaggi, e bisogni della università in avvenire da voi, e da tesorieri pro tempore, sempre però con intelligenza, ed approvazione Nostra, e de' Nostri successori, si giudicasse doversi ordinare, per tale oggetto, stabiliamo, che per il debito arretrato e decorso sino a tutto il prossimo passato anno 1802. si conceda ai debitori un mese di dilazione dal giorno dell'editto, e notificazione, con cui farete nota al Ghetto di Roma questa Nostra disposizione, passato il qual termine senza altra notificazione, o intimazione farete eseguire la mano regia contro i morosi. Pel debito poi decorso dal principio del corrente anno 1803. e che maturerà e decorrerà in qualunque tempo avvenire, dovrà sempre eseguirsi la mano regia dopo la rispettiva intimazione colla dilazione di soli tre giorni.

De executione mandatorum etiam per vim, adversus debitores morosos.

§. 5. Stabiliamo inoltre, che per la esecuzione della mano regia tanto pel debito arretrato, quanto per quello, che scaderà nel tempo avvenire contro chiunque degli ebrei debitori, possiate senza nuova citazione, o intimazione farci apporre anche il mandato di aprire *per vim* le porte delle rispettive loro case, qualunque sia la somma del debito, e di fare la esecuzione anche sulla persona del debitore, ancorchè il debito non provenisse da obbligazione fatta *in forma cameræ*, purchè per altro ecceda la somma di scudi 8. 40. senza che debba attendersi alcuna eccezione, inibizione, o altro impedimento. E con tali facoltà pubblicherete editti, e farete tutto ciò, che sarà espediente per la esecuzione di questa Nostra suprema volontà.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 6. Volendo e decretando, che il presente Nostro chirografo ammesso e registrato in camera a norma della costituzione di Pio IV. *de registrandis* vaglia ed abbia il suo pieno vigore, nè gli si possa opporre vizio di orrezione e surrezione, o altro difetto ancorchè non vi sia stato citato nè sentito monsignor commissario generale, o chiunque altro vi avesse, o pretendesse avervi diritto, ed interesse, e che così, e non altrimenti debba giudicarsi, e definirsi da voi, e da ogni altro giudice ordinario o delegato, rota, camera, Nostro uditore, e da qualunque altro tribunale anche composto di eminentissimi cardinali togliendo ad ognuno la facoltà di giudicare o interpretare diversamente, e dichiarando invalido e nullo tutto ciò, che altrimenti si definisse o interpretasse.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non ostanti le costituzioni de' Nostri predecessori *de rebus Ecclesiæ et cameræ non alienandis*, le costituzioni di Benedetto XIV. sopra il modo di concedere gli appalti de' proventi e beni camerali, la Nostra costituzione *Post diuturnas*, e qualunque altra costituzione, legge, e stabilimento, uso, o stile, che facesse o sembrasse fare in contrario, alle quali cose tutte avendone il tenore qui per espresso per l' oggetto del presente Nostro chirografo deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo di venticinque giugno 1803.

PIUS PP. VII.

Executio, et sanctio pœnalis.

§. 8. Mentre però ci facciamo dovere di rendere a tutti note le sovrane dispozioni valendoci delle facoltà che ci attribuisce il sopra esposto pontificio chirografo, stabiliamo la multa di scudi dieci da incorrersi irrimisibilmente da chiunque in avvenire mancherà d' intervenire alle congregazioni o congreghe; ed altresì la gravatoria di scudi tre al giorno da eseguirsi immediatamente contro chiunque ricuserà, o differirà di assumere le cariche, officj e incombenze della università, o non l' eseguirà nel tempo prescritto. Chiunque poi usasse colpevole trascuratezza, e molto più se si diportasse con parzialità verso alcuno, o con infedeltà nel suo offizio, ed incombenza, sarà soggetto alla carcerazione, e quelle pene, che a nostro arbitrio saranno proporzionate alla qualità, e gravezza delle mancanze e delinquenze, riserbando a noi, ed ai tesorieri nostri successori tutti gli altri espedienti, e stabilimenti, che in avvenire si giudicheranno opportuni, si per gli effetti suddetti che per tutto ciò, che concerne la esecuzione delle pontificie disposizioni, e per il miglior regolamento di questa università. Avverta pertanto ognuno di esattamente obbedire, mentre vogliamo, che il presente nostro editto affisso ne' luoghi soliti del Ghetto di Roma abbia il suo pieno effetto, e vigore come se fosse stato ad ogni individuo personalmente intimato.

Dato dalla Nostra solita residenza questo di 7. luglio 1803.

Alessandro Lante tesoriere gen.

G. Pecci commissario generale della R. C. A.

F. Gregorj segretario, e cancelliere della R. C. A.

Dat. die 1 julii 1803 anno IV.

CCXVI.

Indultum pro dignitatibus basilicæ Lauretanæ utendi veste oblonga, et mantelletta violaceis, pro canonicis veste oblonga, et cruce ante pectus appensa, pro beneficiatis numismate.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti ad statum ecclesiarum omnium quarum Nobis a Domino commissa est solicitudo, personarumque in eis Altissimo famulantium propensis studiis animum intendentes illarum honorificentiæ, et decori libenter consulimus.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici ecclesiæ basilicæ Lauretanæ, ipsa basilica non modo quia intra suos parietes continet Almæ Domus sanctuarium in universo terrarum orbe celeberrimum, emineat, sed etiam templi majestate, patrimonii amplitudine, sacrarum supellectilium copia, sacerdotum numero, probitate, et scientia, atque chistifidelium eo undique, vel ex remotissimis regionibus confluentium frequentia perexcellat, non parum splendoris, et ornamenti ad ipsam accederet, et divinus in ea cultus, populique devotio majora susciperet incrementa, si ejusdem basilicæ dignitates, canonici, et beneficiati novis prærogativis, novisque decorationibus donentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, canonicis, beneficiatis, clericisque beneficiatis basilicæ prædictæ mantellettam, et vestem oblongam violaceas cum asulis, et globulis ejusdem violacei coloris tam intra, quam extra dictam ecclesiam in quibusvis functionibus, et actibus publicis quibuscumque; canonici autem vestem oblongam similiter violaceam intra ecclesiam prædictam, atque in processionibus, et singulis functionibus capitularibus, dumtaxat gestare; præterea dignitates, et canonici crucem ante pectus pendentem cum flocculo nigro tam in choro, et intra basilicam, et civitatem Lauretanam, quam extra eas, ac tandem beneficiati, clericique beneficiati ovale numisma ante pectus itidem pendens, in quarum, et quorum antiqua deiparæ Lauretanæ imago, in postica vero idem basilicanum conopæum juxta formas Nobis exhibitas sint insculpta, pariter deferre, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant apostolica auctoritate perpetuo concedimus et indulgemus, dictosque dignitates, canonicos, beneficiatos, et clericos beneficiatos desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, ejusdem basilicæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima julii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 5 julii 1803 anno IV.

CCXVII.

Avocatio litis pendentis coram A C. et concessio tituli confalonerii, seu vexilliferi favore priorum oppidi Canthiani Eugubinæ diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Pastoralis Nostra solicitudo postulat, ut Nostrorum, et S. R. E. in temporalibus etiam subditorum quieti, et concordiae, prout res, tempusque exigit, consulamus, atque honorificentia illorum oppidorum, quæ habitantium frequentia, civium splendore, ac in Nos, et hanc apostolicam Sedem devotione, et fide non mediocriter eminuerunt, et eminent, prospiciamus.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, iterum excitata sit vetustissima controversia inter dilectos filios modernos confalonerium, collegas, et consules communitatis antiquissimæ civitatis Nostræ Eugubinæ ex una parte, et priores universitatis pervetusti oppidi Nostri Canthiani Eugubinæ diœcesis ex altera, quarum partium prima contendit, ne primus priorum Canthianensium contra epistolam ducis Urbinatensis datam die decimanona novembris 1619., et contra unam, seu duas res judicatas, atque fel. rec. Clemente XIII. prædecessore Nostro per suas in simili forma Brevis expeditas literas confirmatas confalonerii, seu vexillarii titulo utatur, et gaudeat; cum litis hujusmodi decisio coram filio magistro Carolo Pelagallo uno ex locumtenentibus auditore causarum palatii Nostri apostolici adhuc pendeat.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos attentis peculiaribus circumstantiis animum Nostrum merito moventibus, dictos priorem, et universitatem oppidi Canthiani, quod olim civitas Luceoli fuisse dicitur, specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine controversiæ, seu liti hujusmodi, cujus actualem statum in præsentibus pro sufficienter expresso haberi volumus, perpetuum silentium imponentes, causam, seu causas præfatas nullo unquam tempore coram quocumque Romanæ curiæ judice, et tribunali, aut apostolico delegato agitari, et proponi decernimus, atque mandamus. Ac dilecto filio moderno, et pro tempore in perpetuum existenti primo ex prioribus dicti oppidi Canthiani, ut ipse posthac confalonerii, seu vexillarii titulo uti, frui, et gaudere, atque in quibuscumque actibus tam privatis, quam publicis, necnon in quibusvis literis apostolicis tam gratiam, quam justitiam quomodolibet concernentibus per dictos priorem, et universitatem pro tempore impetrandis, vel sibi singulatim, aut generaliter etiam ex simili motu proprio concedendis se confalonerium, seu vexillarium inscribere, et denominare, ac vicissim ab aliis quibuscumque inscribi, et denominari libere et licite possit, et debeat, motu, et potestate similibus de speciali dono gratiæ concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, neque causæ propter quas ipsæ præsentes emanarint sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis legitima, juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptione, vel obreptione, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, quantumvis magno, et substantiali, ac individuam expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas quodcumque juris, et facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut

etiam ex motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine concesso, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suumque plenarium, et integrum effectum sortiri, et obtinere, ac dictis primo ex prioribus oppidi Canthiani, illisque ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales quoque de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus memoratis Clementis prædecessoris literis, ac etiam, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta julii 1803. pontificatus Nostri anno quarto.



CCXVIII.

Dat. die 7 julii 1803 annno IV.

Revocatio privilegii concessi amplissimis S. R. E. cardinalibus conferendi beneficia simplicia personalem residentiam non requirentia.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. Solliciti profecto Romani pontificis semper fuerunt, personas illas, quas divina clementia magis illustravit iis gratiarum muneribus, privilegiis, et facultatibus præcipuis decorare, ex quibus membra Romanæ Ecclesiæ existere, et ipsi supremo pastori adsistere palam dignosceretur.

Ratio decernendæ revocationis privilegii.

§. 2. Quoniam vero graves identidem causæ intercedere solent, ob quas pro rerum ac temporum circumstantiis multa oporteat immutare; ac revera nonnulli Romani pontifices prædecessores Nostri, inter quos san. mem. Pius V., et Gregorius XIV. ac Paulus V. aliqua statuerunt, limitarunt, ac reformarunt circa indulta, quæ Sedes apostolica unicuique ex S.R.E. cardinalibus impartiri, ac temporum circumstantias aliquid super iisdem indultis, animo licet invito, cognoscimus, necessario esse præfiniendum.

Revocatio privilegii, cum suis reservationibus, et declarationibus specialibus.

§. 3. Cum enim pastoralis curæ Nobis impositum onus exigat, ut congruæ substentationi ecclesiasticarum personarum, vel quæ hujus sanctæ Sedis servitio propius addictæ sint, vel quæ justis aliis de causis Nostram, et ejusdem Sedis liberalitatem experiri mereantur, eapropter, ne opportuna Nobis deficiant media benemeritis hujusmodi personis gratificandi motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, harum Nostrarum literarum vigore decernimus, ut firmis remanentibus indultis, omnibus a Nobis et Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris, cuilibet ex venerabilibus fratribus Nostris S.R.E. cardinalibus super jurisdictione et facultate conferendi beneficia ecclesiastica metropolitanarum, vel patriarchalium, aut episcopalium, seu abbatialium eccle-

siarum ab eis actu ex dispensatione apostolica obtentarum, exceptis tantummodo nonnullis in eisdem literis expressis casibus, Sedi apostolicæ affecta et reservata etiam ratione mensium, apostolicorum nuncupatorum adhuc concessis, deinceps perpetuis futuris temporibus a data præsentium literarum apostolicarum, quicumque ex iisdem cardinalibus, qui de aliqua metropolitana vel episcopali, (exceptis tantum sex episcopalibus suburbicariis) aut abbatiali ecclesia, in temporali S. R. E. ditione existente, ex apostolica concessione in posterum provideatur, aut de una ad alteram sedem transferatur, de simili indulto uti nequat illa in parte, quæ collationem respicit perpetuorum simplicium, cujuscumque generis redditus, ac speciei beneficiorum ecclesiasticorum personalem residentiam non requirentium, quorum collatio, vel ratione mensium juxta novam cancellariæ Nostræ regulam, vel quacumque alia de causa ad Sedem apostolicam pertineret, nisi vigore indulti præfati, antea eisdem cardinalibus concessis, collatio hujusmodi fuisset permissa, itaut in posterum quoad beneficia tantum ecclesiastica personalem residentiam requirentia in metropolitanarum, vel episcopalium, aut abbatialium ecclesiarum diœcesibus ab eis obtentis, pro tempore vacantia et Sedi apostolicæ reservatæ de consueto indulto uti valeant sub legibus in illo expressis, etiam quoad obbligationem novam beneficiorum hujusmodi provisionem a Sede apostolica infra certum in dicto indulto, quoad omnes a quocumque cardinale provisos, præfixum tempus impetrandi, ac jura cameræ apostolicæ, et aliis propterea debita persolvendi, alias pridem injunctam, et postea a fel. rec. Benedicto XIV. similiter prædecessore Nostro declaratam.

Præceptum de reformanda formula expeditionis in futuris collationibus beneficiorum.

§. 4. Statuimus insuper, ac dedeclaramus, quod in quibuscumque facultatibus, indultis, ac concessionibus, deinceps singulis S.R.E. cardinalibus elargiendis super beneficiorum vacantium et vacaturorum dispositione, exceptis illis existentibus in sex episcopatibus suburbicariis, eadem præsens constitutio Nostra observetur, omnesque apostolicæ literæ inposterum expediendæ reformentur juxta præsens mandatum Nostrum, ac si præter vel contra formam atque tenorem hujus Nostræ constitutionis deinceps expeditæ fuerint, nullius erunt roboris vel momenti, nec cuipiam poterunt suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes præsentes Nostras literas semper et perpetuo validas et efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac super omnibus præmissis per quoscumque etiam causarum palatii apostolici auditores, ac etiam ipsos cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate judicari et definiri debere, nec non irritum et inane si secus super his per quoscumque etiam præsentium indultorum, facultatum, et concessionum hujusmodi scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus quibusvis constitutionibus apostolicis, ac quatenus opus sit, de non tollendo jure quæsito, aliisque Nostris et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non privilegiis, indultis, facultatibus, concessionibus, et literis apostolicis etiam eisdem S.R.E. cardinalibus pro tempore existentibus quomodolibet ex quacumque causa, hic forsan de necessitate exprimenda respective concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis; usibus quoque, stilis, tollerantiis, permissionibus, et consuetudinibus etiam diuturnis et inveteratis, in contrarium præmissorum forsan facientibus, vel obstantibus; quibus omnibus et singulis illorum omnium et singulorum tenores etiam veriores pro plene, et sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter et expresse, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ limitationis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ, millesimo octingentesimo tertio, septimo idus julii, pontificatus Nostri anno quarto

Dat. die 19 julii 1803 anno IV.

CCXIX.

Statuta circa applicationem quarumdam cappellaniarum hospitali s. Josephi Lisbonensis facienda, si statuto tempore earum præscripta opera expleta non fuerint.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Pastores æterni vices gerentes in terris illud potissimum curandum Nobis esse censemus, ut quidquid opis, aut levaminis Christi pauperibus afferri potest, afferatur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Laurentius de Langastre regii hospitalis sancti Josephi civitatis Lisbonensis præses, quod felicis recordationis Paulus pp. III. prædecessor Noster per officium pœnitentiariæ xvi. kalendas septembris MDXLVIII. in subsidium dicti hospitalis tunc temporis cum confraternitate Misericordiæ nuncupata incorporati legata a testatoribus relicta, et intra tempus in eorum testamentariis tabulis præfixum non expleta, quoad civitatem Lisbonensem, ejusque districtum dumtaxat attribuit, et applicavit, ac per quævis pia opera, quæ in dicto hospitali fierent, ipsis operibus per testatores præscriptis satisfactum esse censeretur indulsit, ea tamen lege, ut quæ certis personis, certisque locis relicta fuissent, illis omnino persolverentur: deinde pro aucto infirmorum, et expositorum numero, auctis quoque ejusdem hospitalis indigentiis, fel. recor. Clemens papa VIII. prædecessor itidem Noster concessionem prædictam ad universam diœcesim Lisbonensem extendit: ineunte vero tempore, crescentibus adhuc ipsius hospitalis expensis, rec. mem. Pius pp. VI. prædecessor pariter Noster per suas in simili forma brevis die vii. julii MDCCLXXIX. expeditas literas eamdem concessionem ad omnia regna, insulas, et acquisitas regiones, aliaque dominia carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ subiecta ampliavit; ac tandem ad dirimendas nonnullas desuper obortas quæstiones ipse Pius prædecessor per alias suas similes die xxvi. julii MDCCLXXXIV. datas literas declaravit, et voluit ab hujusmodi applicatione illas tantum cappellanias esse excipiendas, quæ certas personas respicerent, vel ad certum, et expressum altare, aut etiam in illis ecclesiis essent erectæ, in quibus fundatorum suorum ossa jacerent, ac alias, prout in respectivis dictorum prædecessorum literis, quarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insortis haberi volumus, fusius continetur. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, ob magis in dies auctum infirmantium, expositorumque numerum dictum hospitale ulteriore adhuc subsidio indigeat; Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.


Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictum hospitalis hujusmodi præsidem, omnesque, quibus hæ literæ favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus quoque dilectissimi in Christo filii Nostri Joannis Brasiliæ principis, atque Portugalliæ, et Algarbiorum regnorum regentis inclinati applicationem, et concessionem prædictam favore dicti hospitalis sancti Josephi jamdiu a memorato Paulo factam, et a Pio, ut præfertur, ampliatam extendimus ad omnes etiam, et singulas cappellanias, quæ certas personas respiciunt, vel ad certum, et expressum altare, aut etiam in illis ecclesiis fundatæ existunt, in quibus earumdem fundatores sepulti sunt, ab eodem Pio prædecessore ultimo loco exceptas etiam auctoritate apostolica, tenore præsentium ampliamus, atque illas tantum ex cappellaniis hujusmodi exceptas esse volumus, quæ in patrimonium sacrum eorum possessoribus constitutæ esse reperientur, duratura hujusmodi exceptione quoad ipsi actuales possessores vixerint dumtaxat, servata tamen in reliquis dictorum prædecessorum literarum forma, et dispositione.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat de præsenti, et in futurum quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.



§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, memorati Pii prædecessoris ultimo loco expeditis literis, et quorumcumque testatorum, qui cappellanias hujusmodi etiam in ultima voluntate ordinarunt, quam voluntatem, quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non omnibus, et singulis illis, quæ memorati prædecessores Nostri in suis respective literis prædictis voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima aprilis millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.





CCXX.

Dat. die 21 julii 1803 anno IV.

Applicatio perpetua favore hospitii expositorum civitatis Zamorensis nonnullarum pensionum jam super mensam episcopalem Zamorensem impositarum.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Singulari semper lætitia perfundimur dum catholicorum principum erga pia loca in pauperum levamen erecta studium ardens agnoscimus; proindeque animi Nostri sensus palam ostendere nunquam dubitavimus in iis omnibus elargiendis, quæ ad hujusmodi effectum necessaria esse dignoscantur, ac Nostra, et hujus sanctæ Sedis auctoritate ea præbemus adjumenta, quæ ab apostolica suprema potestate Nobis concredita, principibus ipsis convenire, et in pauperum sibi subditorum utilitatem conducere judicamus.

Exponitur gravis status hospitii.

§. 2. Dilectus modo filius eques Antonius De Vargas y Laguna carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici, apud Nos, et apostolicam Sedem prædictam plenipotentiarius administer, ejusdem Caroli regis nomine Nobis significavit, quod hospitium, et pia domus expositorum in civitate Zamorensi erecta adeo congruis redditibus indiget, ut nisi ei conveniens subsidium aliquo modo afferatur, in sua institutione minime valeat permanere, ideoque ad illius favorem præfatus Carolus rex perpetuam infrascriptarum pensionum assignationem statuit a Nobis enixe postulare.

Enumerantur præstationes eidem hospitio assignandæ.

§. 3. Si igitur una sexaginta octo, et juliorum duodecim cum tribus quartis Benedicto Colmenares, ac alia centum septuaginta unius et juliorum quindecim cum dimidio alterius julii Josepho Gutierrez Solana, ac alia centum et trium, et juliorum duorum Francisco Antonio Morera de la Vall, ac alia aliorum centum et trium, et juliorum duorum Bartholomæo Atance, ac alia quatuorcentum sexaginta octo, et juliorum duodecim cum tribus quartis Josepho Ferdinando Ca-

vallero, ac alia centum triginta septem et juliorum octo cum dimidio alterius julii Josepho Mena y Tunguitu, ac alia centum et trium, et juliorum duorum Antonio Gutierrez, ac alia centum septuaginta unius, et juliorum quindecim cum dimidio alterius julii Rocho Pinuela, ac alia pariter centum septuaginta unius, et juliorum quindecim Joanni De la Cruz Gallego y Alarcon, ac alia aliorum centum septuaginta unius et juliorum quindecim Francisco Marucchi, ac alia centum triginta septem, et juliorum octo cum dimidio alterius julii Rocho Sebastiano Zilleruelo, ac alia centum et trium, et juliorum duorum Joachimo Paschali Hidalgo, ac alia sexaginta octo, et juliorum duodecim cum tribus quartis Gaspari Esteller, ac alia centum et trium, ac juliorum duorum Aloisio Garcia Eschaburu, ac alia centum triginta septem, et juliorum octo cum dimidio alterius julii Josepho Xaverio de y Turriaga, ac alia centum et trium, et juliorum duorum Feliciano Martin, ac alia centum triginta septem, et juliorum octo cum dimidio alterius julii Josepho Vasquez de la Quadra y Lison, ac alia centum septuaginta unius, et juliorum quatuordecim cum tribus quartis Thomæ Falcon y Salcedo, ac alia similis aliorum centum septuaginta unius, et juliorum quatuordecim cum tribus quartis Josepho Palacios, et reliqua pensionibus annuis centum triginta septem respective ducatorum auri de camera, et juliorum octo monetæ Romanæ cum dimidio alterius julii similis Tiburtio Garcia Gallardo respective clericis, seu presbyteris dilectis filiis illas annuatim respective percipientibus apostolica auctoritate super fructibus mensæ episcopalis Zamorensis, ad quam dum illa pro tempore vacat nominatio personæ idoneæ Romano pontifici pro tempore existenti facienda ad supradictum Carolum Hispaniarum regem catholicum ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, spectare, et pertinere dignoscitur, respective reservatæ reperiuntur, eidem hospitio, et domui expositorum, postquam cessaverint, applicatæ fuissent, ex hoc profecto tenuitati redditunm hujusmodi opportune consultum foret.

§. 4. Laudabili propterea, justoque ejusdem Caroli regis desiderio Nos obsecundare, ejusdemque precibus, quantum opportune fieri potest, satisfacere cupientes, idem hospitium, et piam domum hujusmodi ad omnes et singulas pensiones supradictas super fructibus præfatæ mensæ episcopalis Zamorensis alias, ut præfertur, apostolica auctoritate reservatas, ex nunc prout ex tunc, postquam ex personis eas respective percipientibus quomodolibet cessabunt, præfatum hospitium, et eamdem domum expositorum ad pensiones prædictas, quæ una cum aliis pensionibus perpetuis futuris temporibus duraturis alias pariter super eisdem fructibus pari auctoritate reservatis, et in præsenti assignatione, seu nova reservatione exceptis, tertiam partem omnium prædictæ mensæ episcopalis fructuum constituunt, eidem hospitio, et piæ domui, ac pro eis illarum rectoribus, seu præsulibus, aut administratoribus, vel deputatis, ac eorum procuratoribus legitimis per venerabilem fratrem Nostrum modernum, et pro tempore existentem ipsius ecclesiæ Zamorensis episcopum reservationi pensionum usque ad tertiam partem ipsius mensæ episcopalis fructuum jam assentitum, et successores suos episcopalem ecclesiam prædictam successive quomodolibet obtinentes annis singulis in termino, seu terminis jam in actu reservationis illarum respective statuto, seu statutis, vel in posterum inter partes statuendis integre, et absque ulla etiam minima diminutione persolvendas, et per rectores, præsules, aut administratores, vel deputatos supradictos, seu legitimos eorum procuratores percipiendas, exigendas, levandas, et in hospitii præfati, ac piæ domus hujusmodi usus, et utilitatem convertendas perpetuis futuris temporibus nominamus, et quatenus opus sit, ad prædicti hospitii, et domus expositorum antedictæ favorem pensiones supradictas apostolica auctoritate de novo per præsentes in perpetuum reservamus, constituimus, et assignamus; decernentes prædictum episcopum, et successores præfatos ad integram dictarum pensionum solutionem juxta reservationis, constitutionis, et assi-

Omnia conceduntur ad formam precum.

gnationis prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos.

Tolluntur reservationes quibus obnoxiæ prius pensiones reperiebantur.

§. 5. Et insuper pensiones supradictas per præsentes, ut præfertur, de novo reservatas, etiamsi reservatio hujusmodi extra consistorium Nostrum secretum, et absque venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio facta extiterit, ex quovis prætextu, et ex quavis causa etiam juridica, vel pia, aut privilegiata ad minorem summam reduci, annullari, vel invalidari, minusque illius reservationem infringi, aut nullam dici, nec non easdem præsentes de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, et quocumque alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut in jus, vel controversiam vocari, aut adversus illam quandocumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu proprio, et ex certa scientia concesso, et impetrato quempiam uti, seu se juvari posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere perinde ac si pensiones prædictæ per præsentes reservatæ in consistorio Nostro, et de eorumdem fratrum consilio, ac de consensu etiam illius, vel illorum, qui pensiones supradictas solvere debebunt, reservatæ fuissent; sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales præfatos, etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios judicari, et definiri debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Deputatio executoris apostolici.

§ 6. Quocirca dilectis filiis magistro Nicolao Riganti in utraque signatura Nostra referendario, ac decano, et antiquiori canonico prædictæ ecclesiæ Zamorensis per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate Nostra pensiones per præsentes reservatas præfatas, juxta reservationis, constitutionis, et assignationis prædictarum, ac decreti Nostri hujusmodi continentiam, et tenorem integre persolvi, contradictores per censuras ecclesiasticas, appellatione posposita, compescendo.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus apostolicis, dictæque ecclesiæ Zamorensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quomodolibet forsan concessis, confirmatis, et innovatis, ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, pensiones annuas super mensarum episcopalium fructibus, redditibus, et proventibus, nisi ex cessionis, aut alia probabili causa reservari prohibentis, quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis eorum tenores specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque; aut si prædicto episcopo, et successoribus præfatis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab apostolica sit Sede indultum, quod ad præstationem, vel solutionem pensionis alicujus minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Sanctio pœnalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ nominationis, reservationis, constitutionis, assignationis, decreti, statuti, voluntatis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignatio-

nem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ, millesimo octingentesimo tertio, sexto kalendas augusti, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 30 julii 1803 anno IV.

CCXXI.

Impositio subventionis faciendæ in omnibus actibus ultimæ voluntatis favore archiospitalis Sancti Spiritus de urbe.

EDITTO

Francesco del titolo di s. Lorenzo in Lucina della S. R. C. prete cardinale Carafa, e del sagro, ad apostolico archiospedale di s. Spirito in Sassia di Roma, e suoi annessi visitatore apostolico.

Visitator apostolicus cedulam motus-proprii exequendam recepisse declarat.

§. 1. Intenta sempre la Santità di Nostro Signore felicemente regnante, a particolarmente provedere alla sussistenza di que' pii stabilimenti, li quali direttamente interressano la conservazione, e la felicità de' suoi amatissimi sudditi; si è degnata, alle tante altre beneficenze già versate sopra il sagro, ed apostolico archiospedale di s. Spirito in Sassia di Roma, aggiungere le benigne ordinazioni contenute nella cedola di motu-proprio segnata il giorno 30. dello scorso luglio, ed esibita negli atti del Salvatori uno de' segretari della R. C. A. sotto il di 11. corrente agosto, a noi clementissimamente diretta per la sua esecuzione; la quale è del seguente tenore

---

PIUS PAPA VII.

Motu proprio

Tenor motus-proprii.

§. 2. Lo stato lagrimevole, in cui le vicende de' tempi involsero uno de' più grandi stabilimenti di publica carità nella Nostra dominante, qual' è l'archiospedale denominato s. Spirito in Sassia; eccitò il paterno animo Nostro, a commetterne la visita apostolica al reverendissimo cardinale Francesco Carafa con amplissime facoltà, affinchè rettificando la situazione delle sue rendite, e correggendo ogni disordine della sua interna economia, gettasse le fondamenta della sua futura felicità. Col solito suo zelo ha egli pienamente corrisposto alle Nostre intenzioni, e proseguisce tuttavia a perfezzionare l'opera così bene incominciata. Noi pure, persuasi della somma importanza, anzi della decisa necessità, di sostenere un pio istituto, il quale ne' moltiplici suoi rami ha tanti rapporti colla publica causa, non abbiamo mancato di porgere una mano adjutrice alla sua sussistenza, con quelle sovvenzioni, che le forze del Nostro erario, e la concorrenza di tanti altri doveri del Nostro sovrano ministero ci hanno permesso. Conoscendo però insieme quanto sia necessario di equilibrare con qualche stabile provvidenza lo sbilancio delle sue rendite in comparazione dei suoi moltiplicati bisogni, abbiamo pur voluto, che le risorse di un' opera così santa derivino quasi più da un tributo di cristiana carità de' Nostri amatissimi sudditi, di quello che da una forzosa loro contribuzione. Riflettemmo perciò, che se gli esercizj di caritatevole liberalità debbono accompagnare la vita d'ogni cristiano, molto più sono proprozionati alle ultime sue volontà dettate nell'aspetto terribile della morte, e dell' imminente divino giudizio, e che conseguentemente niuno de' fedeli non avrebbe riputato conducente al suo bene spirituale il soccorrere in tale occasione, ed a seconda delle forze, la causa de' poveri, e de' poveri così privilegiati.

Intendendo perciò Noi, di eccitare ad un'opera così meritoria la pietà, e la carità degli abitanti di Roma, e dell'agro Romano particolarmente interessati alla conservazione di questo pio stabilimento, per assicurare insieme nelle sue risultanze un fondo alla perenne economia dello stesso stabilimento; di Nostro motu-proprio, certa scienza, e colla pienezza della Nostra sovrana potestà siamo venuti nella determinazione di promulgare le seguenti disposizioni.

I.

De subventione libere decernenda a testatoribus, pro validitate testamentorum.

§. 3. Qualunque disposizione di ultima volontà, la quale si scriverà, o si ordinerà dopo la publicazione del presente Nostro motu-proprio, o solenne, o inter liberos, o secondo la forma del capitolo *cum esses*, o *ad pias causas*, o finalmente in qualunque causa, anche degna di speciale menzione, sia nella città di Roma, sia nell'agro Romano, o sia ancora da cittadini Romani, li quali accidentalmente altrove si trovassero, non potrà, o dovrà riputarsi valida a qualunque effetto di ragione, anche il più privilegiato, se nella medesima non si riconosca lasciata liberamente dal disponente una qualche sovvenzione all'archiospedale di s. Spirito in Sassia di Roma.

II.

De pondere subventionis juxta vires hæreditatis.

§. 4. Questa sovvenzione non dovrà essere minore di uno scudo di paoli dieci di moneta Romana, ogni qualvolta l'eredità lasciata superi li scudi cinquanta; in guisa che tutte le disposizioni come sopra, nelle quali, o non si ravvisi sovvenzione alcuna, o siasi lasciata inferiore alla prescritta quantità, debbano riputarsi nulle, irrite, e come non fatte, siccome Noi le irritiamo, e cassiamo. Esortiamo per altro vivamente nel Signore tutti li sopradetti disponenti, e sopra tutto gli ecclesiastici costituiti in qualunque dignità anche cardinalizia, ad esercitare la loro pia liberalità colla maggiore effusione verso una causa così santa, e per un oggetto così salutevole per l'anime loro.

III.

Applicatio taxæ pro testamentis jam conditis.

§. 5. Le soddisfazioni di ultima volontà scritte, o ordinate prima della publicazione del presente Nostro motu-proprio, ma che dopo tale publicazione abbiano il loro effetto colla morte del disponente, si reputeranno valide, ed utili, benchè nulla in esse trovasi lasciato all'opera pia di s. Spirito: bensì in tal caso l'eredità di simili disponenti sarà obbligata somministrare all'opera pia suddetta la sovvenzione di un scudo come sopra.

IV.

De onere notariorum nunciandi dispositionum tenorem.

§. 6. Li notaj, li quali si rogheranno della consegna, e dell'apertura de' testamenti, dovranno, sotto pena di privazione dell'officio, e di perpetua inabilitazione ad esercitarlo, darne subito notizia a monsignor commendatore pro-tempore di s. Spirito, colla particola legalmente estratta della sovvenzione lasciata come sopra, alla quale vogliamo, che si abbia piena fede in giudizio, all'effetto di subito coartare co' più pronti, ed efficaci rimedi di ragione gli eredi alla prestazione del pio legato.

V.

De parochis, aliisque ministrantibus infirmis.

§. 7. Inculchiamo tanto alli parrochi, ed altri sacerdoti assistenti agl' infermi, quanto a' notaj, di rammentare a' fedeli disponenti quest' obligo di carità, e questa Nostra sovrana prescrizione, eccitandoli insieme ad uniformarsi alla medesima con una proporzionata cristiana generosità.

VI.

Deputatio executoris apostolici.

§. 8. Commettiamo l'esecuzione di questa Nostra volontà al rmo card. Carafa presente visitatore apostolico del medesimo archiospedale, dandogli a tal' effetto tutte le più ampie, ed illimitate facoltà, di publicare editti, e di prescrivere quelli ulteriori stabilimenti, che la sua prudenza riputerà conducenti al più facile, e sicuro adempimento delle Nostre provvidenze.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 9. Volendo, e decretando, che alla presente Nostra cedola di moto proprio, benchè non esibita, nè registrata in camera, e nei suoi libri non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, orrezione, e di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri pretesti, quantunque validi, validissimi, e giuridici, anche di jus quæsito, o pregiudizio del terzo, possa essere impugnata, moderata, o revocata, ridotta *ad viam juris*, o concedersi contro di essa l'aperizione oris, o altro qualunque rimedio, e che così, e non altrimenti debba sempre ed in perpetuo giudicarsi, definirsi, o interpretarsi da qualsisia giudice, o tribuna-

le, benchè collegiale, congregazioni anche di rmi cardinali, legati a latere, vice-legati, camerlengo di Santa Chiesa, tesoriere, rota, camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpetrare in contrario.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non ostante la bolla di Pio IV. *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quæsito non tollendo*. Non ostante ancora tutti, e qualsisiano chirografi, brevi, ordinazioni, e costituzioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, bandi, ed editti in virtù di essi, ed in qualunque modo emanati, affissi, e publicati; leggi, statuti, riforme, stili, e consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, supplendo colla pienezza della Nostra potestà pontificia ad ogni vizio, o difetto, quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire e per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nella presente Nostra cedola di moto proprio ampiamente, deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 30 luglio 1803.

PIUS PP. VII.

Executio.

§. 11. Affichè pertanto le surriferite benefiche disposizioni di Sua Beatitudine siano adempiute, ci affrettiamo di dedurle col presente Nostro editto a notizia di ognuno.

E prevalendoci delle facoltà benignamente accordateci nell' articolo VI. del surriferito motu-proprio, ordiniamo, e comandiamo, che l'erede, o eredi testamentari, o loro legittimi rappresentanti, e così pure gli esecutori testamentarj dell' ultima volontà di qualunque disponente compresa nel divisato motu-proprio, debbano onninamente nel termine d'un mese dalla morte del testatore, recare liberamente alla cassa del banco di s. Spirito di Roma, da noi a tal' effetto destinata, l'intiera sovvenzione lasciata, o dovuta a forma in tutto, e per tutto del surriferito motu proprio, passato il qual termine si procederà contro di essi coi più validi, ed efficaci rimedj di ragione.

Vogliamo inoltre, che ciascun notajo della città di Roma, perchè abbia sempre presente le obbligazioni a lui addossate da Sua Beatitudine per un oggetto sì sacro, debba ritenere affisso alla vista di ognuno nel proprio officio un' esemplare del presente nostro editto.

Ci riserbiamo di dare anche in appresso quelle ulteriori disposizioni, che a seconda de' casi giudicheremo espedienti per la più pronta esecuzione della mente di Sua Santità. Volendo intanto che il presente editto affisso, e publicato ne' soliti luoghi di questa capitale, obblighi tutti, come se a ciascuno fosse stato personalmente intimato. Dal palazzo di nostra residenza alli Cesarini, questo di 5. agosto 1803.

Francesco card. Carafa visitatore apostolico.

Annibale canonico Gentili archivista e segretario.

CCXXII.

Dat. die 2 augusti 1803 anno IV.

Extensio privilegii apostolici absolvendi a reservatis, et a censuris in perpetuum pro communitatibus monialium s. Benedicti in Hispania, quæ unitæ non sunt congregationi Vallisoletanæ ejusdem ordinis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper est nomine communitatum dilectarum in Christo filiarum monialium ordinis sancti Benedicti in Hispania, quæ unitæ non extant congregationi Vallisoletanæ ejusdem ordinis, se vehementer optare, ut in favorem ipsarum per Nos extendatur quoddam privilegium recolendæ memoriæ Pauli pp. III. prædecessoris Nostri, quo nempe, ut supponunt, superioribus communitatum monialium enunciatæ congregationis, seu eorum delegatis facultas absolvendi singulis in anno secundis feriis primæ hebdomade quadragesimæ personas communitatibus

hujusmodi subiectas a cunctis casibus reservatis, cunctisque pœnis, sententiis, et censuris ecclesiasticis indulta, et concessa fuit; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, easque omnes ac singulas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, superioribus vicariis, confessariis, et cappellanis communitatum monialium exponentium approbatis ab ordinario, ut ipsi juxta indultum, seu privilegium, quod laudatus prædecessor communitatibus monialium memoratæ congregationis Vallisoletanæ, ut præfertur, concessit, ac dummodo illud adhuc perduret, secunda feria primæ hebdomadæ quadragesimæ in quolibet anno personas subditas communitatibus earumdem exponentium a casibus reservatis, nec non a pœnis, sententiis et censuris ecclesiasticis, quibus innodatæ extiterint, absolvere, in foro tamen conscientiæ tantum, ac servata in omnibus forma et dispositione recensiti privilegii, adimpletisque operibus in eo præscriptis, libere, et licite valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium in perpetuum concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXIII.

Dat. die 2 augusti 1803 anno IV.

Facultas abbatissæ, et monialibus monasterii s. Claræ civitatis Almeriensis admittendi duas sæculares mulieres intra monasterium semel, aut bis in mense ad habitus expurgandos.

Venerabili fratri episcopo Almeriensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ abbatissa, seu priorissa monasterii monialium ordinis s. Claræ istius Almeriensis civitatis, quod ipsæ, ut asserunt, regulari habitu utuntur albo, qui ex crebrioribus lotionibus, nisi hæ diligenter fiant, statim conteritur, ideoque ad corrigendam externarum purgatricum oscitantiam, atque impensas pro habituum hujusmodi suorum renovatione imminuendas, per duas probas mulieres sæculares intra ipsius monasterii claustra id operis perfici, dictosque habitus ibidem, aliquibus ex ipsis monialibus inspicientibus, lavari posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis, opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, atque mandamus, quatenus constito tibi de narratis, eisdem abbatissæ, et monialibus, ut ipsæ duas honestas mulieres sæculares tantum per ejusdem monasterii superiorissam pro tempore in perpetuum existentem prius adprobandas una, vel (si necessitas id postulaverit) duabus etiam vicibus pro quolibet mense ad præ-

missorum effectum dumtaxat intra monasterium admittere, ac mulieribus hujusmodi, ut ipsius monasterii clausuram ingredi, ibique etiam per diem integrum, quando necesse fuerit, degere, victumque (non tamen cum monialibus) sumere, ac dummodo earumdem monialium cellas, ac alia monasterii loca, præter ea, quæ opus fuerit, visitent, neque ibi pernoctent sub pœna excommunicationis latæ sententiæ eo ipso absque alia declaratione incurrenda, libere, et licite possint, et valeant licentiam, auctoritate Nostra apostolica, pro tuo arbitrio, et conscentia concedas, et indulgeas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac monasterii hujusmodi, dictique ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto

CCXXIV.

Dat. die 2 augusti 1803 anno IV.

Indulgetur mansionariis collegiatæ ecclesiæ s. Agathæ Feltriæ Feretranæ diœcesis, ut loco almutiarum quas adhuc deferre consueverunt, mozzetam violaceam supra cottam gestare possint.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum mansionariorum collegiatæ s. Agathæ Feltriæ Feretranæ diœcesis expositum Nobis fuit, quod Nos paulo ante dilectis filiis capitulo, et canonicis dictæ collegiatæ per alias Nostras in simili forma brevis expeditas literas concessimus, ut ipsi pro almutiis, quibus utebantur, alia nova insignia canonicalia gestare possent, iidem quoque mansionarii dictas almutias tum ad quamdam uniformitatem servandam, tum etiam ad externum choralem splendorem augendum in alia nova insignia commutare posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus mansionariis dictæ collegiatæ s. Agathæ Feltriæ, ut loco almutiarum nigrarum, quas adhuc deferre consueverunt, mozzetam violaceam laneam hyemali, æstivo vero tempore sericam cum globulis, et asulis ejusdem violacei coloris supra cottam tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, atque mozzeta hujusmodi uti libere, et licite possint, et valeant, au-

ctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque mansionarios desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXV.

Dat. die 11 augusti 1803 anno IV.

Facultas superiorissæ, et monialibus monasterii sanctissimæ Conceptionis civitatis Malacitanæ introducendi ancillas seculares in perpetuum.

Venerabili fratri episcopo Malacitano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ abbatissa, seu priorissa Margharita Romeo, et moniales monasterii sanctissimæ Conceptionis istius Malacitanæ civitatis, quod ex veteri consuetudine nonnullæ mulieres sæculares tam earum communitati, quam privatim singulis monialibus prædictis intra monasterii claustra inservientes ibi retineri solent, quas mulieres semel admissas nunquam eas ex monasterio dimittere, aut mutare consueverunt. Cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, incertum adhuc sit, an hæc consuetudo admittendi, et retinendi sæculares puellas inservientes alicui indulto apostolico innitatur, cumque etiam justis de causis interdum oporteat aliquam inservientium hujusmodi e monasterio dimittere, earumque numerum pro variis monasterii et monialium necessitatibus imminuere, vel augere; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutas fore censentes; supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, quatenus constito tibi de narratis, eisdem exponentibus, ac pro tempore in perpetuum existentibus monialibus dicti monasterii, tot ancillas sæculares in monasterium hujusmodi introducendi, quot pro ipsius monasterii, et monialium particularium servitiis dumtaxat fuerint necessariæ auctoritate Nostra apostolica, arbitrio tuo facultatem concedas.

Conditiones adnexæ.

§. 3. His tamen legibus, primo scilicet, ut superiorissa, et moniales ejusdem monasterii pro singularum ancillarum hujusmodi admissione suffragium suum secretum capitulariter congregatæ ferant: secundo, ut ancillæ assumendæ sint virgines, honestæque conditionis, et famæ: tertio, ancillæ hujusmodi habitu, cultuque utantur modesto absque jocalibus auro, sivi serico, locutorii, et clausuræ leges observent, ac famulatum respective debitum præstent: tandem, ut si semel aliqua ex dictis ancillis e monasterio egrediatur, aut dimittatur ex admissa tamen culpa, in illud amplius sine hujus sanctæ Sedis licentia redire nequeat; præterea ipsis abbatissæ, et monialibus ancillas hujusmodi, gravi tamen accedente causa, dimittendi, et mutandi, aliasque novas, modo supra expresso, admittendi, earumque numerum pro diversis monasterii, et monialium particularium necessitatibus imminuendi, vel au-

gendi facultatem auctoritate, et arbitrio prædictis concedas, et indulgeas.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti monasterii, ejusque ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die decima prima augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXVI.

Dat. die 19 augusti 1803 anno IV.

Instantibus generali, et provincialibus ordinis Cappuccinorum mandatur, ut post quintam votationem nulla sequuta resolutione propter æqualitatem suffragiorum, auxiliarem vocalem assumere possint, in perpetuum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium

§. 1. Pro debito pastoralis officii, quo universæ Catholicæ Ecclesiæ, universisque regularibus ordinibus, divina dispositione præsidemus, illud quoque prospiciendum Nobis esse ducimus, ut ea, qua par est, celeritate ordinum hujusmodi negotia conficiantur.

Expositio pro eum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Nicolaus a Bustillo fratrum ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, minister generalis, quod quamquam per dicti ordinis statuta auctoritate apostolica confirmata pro faciliore, et promptiore negotiorum expeditione impar vocalium numerus, sex scilicet definitorum præter ministrum generalem in generalibus, quatuor autem definitorum, præter ministrum provincialem in provincialibus ipsius ordinis comitiis præscriptus reperiatur, interdum tamen fit, ut vel ex superveniente alicujus ex dictis vocalibus obitu, aut infirmitate, vel alia de causa disparitas numeri hujusmodi tollatur, ac in rerum deliberationibus suffragia pro utraque parte æqualiter divisa, et nonnunquam etiam post multas votationes inter se mutuo, æqualiterque pugnantia semper remaneant, quin interim ulla super rebus propositis sequatur deliberatio; cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, ex nimia rerum gerendarum hujusmodi procrastinatione multa inconvenientia oriri possint.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos malis hujusmodi, quantum cum Domino possumus, occurrere volentes, ac dicti ministri generalis, aliorumque, quibus præsentes Nostræ literæ favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ut, si, et quando in generali, et provinciali dicti ordinis capitulis primo quoque tempore, et in perpetuum juxta ipsius ordinis statuta celebrandis post quintam votationem ob constantem suffragiorum æqualitatem prædictam electio, vel decisio minime fuerit secuta, tam minister generalis in capitulo generali, quam ministri provinciales in provincialibus capitulis unum alium ejusdem ordinis professorem ex senioribus ad sui libitum respective eligendum in vocalem auxiliarem assumere, et adsignare possint, et debeant, et eorum singuli possit, et debeat, atque hic auxiliarius sic adsignatus, suffragium suum

super guardianorum provisione, lectorum electione, ac super quibuscumque aliis deliberationibus dumtaxat, quæ, ut præfertur, suspensæ remanserint, pro sua prudentia ferre libere, et licite pariter possit, et debeat, perinde ac si ipse definitor generalis, vel provincialis tunc esse comperiretur, statuimus, atque præscribimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, atque iis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die decima nona augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXVII.

Dat. die 23 augusti 1803 anno IV.

Concessio tituli marchionis favore comitis Antonii Brancadoro ejusque successorum in infinitum Firmanæ civitatis.

Dilecto filio Antonio ex comitibus Brancadoro.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Proœmium.

§. 1. Ex Romani pontificis, et Sedis apostolicæ beneficentia prævenire dignum est, ut qui erga illos non exigua fidei, et devotionis signa demostrant, quique nobilitatis, et aliis probitatis, et virtutum meritis ornati sunt, iidem ab ipso Romano pontifice, et Sede prædicta honoribus, et gratiis decorentur.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 2. Te itaque ob sinceram tuam in Nos, et Sedem eamdem fidem, et devotionem, aliaque tua merita specialibus beneficentiæ Nostræ favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tibi, ac tuis descen-

dentibus legitimis, et naturalibus in infinitum, qui in sinceritate catholicæ fidei, et Sedis prædictæ obedientia persistiterint, ut titulo marchionis ac insigniis prærogativis, privilegiis, et indultis quibus veri marchiones de jure, usu, et consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, ac gaudere possunt, et poterunt in futurum in omnibus, et per omnia non solum ad eorum instar, sed pariformiter, et æque principaliter, et absque ulla prorsus differentia uti, frui, et gaudere libere, ac licite, tam tu, quam dicti tui descendentes possitis, et valeatis, tenore præsentium conferimus, et indulgemus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, tibique, ac descendentibus prædictis plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



CCXXVIII.

Dat. die 26 augusti 1803 anno IV.

Concessio indumentorum magis insignium pro dignitatibus, et canonicis ecclesiæ collegiatæ s. Martini terræ de Caldarola diœcesis Camerinensis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Quantum venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis sacra facientibus præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est christiani populi frequentia sacris ministris ibi Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt, dilecti filii capitulum, et canonici insignis, ut asseritur, collegiatæ ecclesiæ sub titulo s. Martini de jurepatronatus, ut pariter asseritur, nobilis familiæ Pallotta terræ de Caldarola, Camerinensis diœcesis, in qua præpositus unica dignitas, sex canonici, totidemque beneficiati existunt, collegiata ipsa antiquitatis laude, sacerdotum probitate, et doctrina, populique frequentia et devotione ita floreat, atque non parum honorificentiæ ad ipsam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora ibidem susciperet incrementa, si ejusdem collegiatæ præpositus, canonici, et beneficiati prædicti novis decorationibus donentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus præposito, canonicis, et

beneficiatis dictæ collegiatæ s. Martini, ut loco cucullorum violaceorum, et nigrorum, quos adhuc deferre respective consueverunt, præpositus mantelletam nigram supra rocchetum, canonici vero rocchetum, et mozzetam violaceam, tela serica cremisini coloris, subsutam cum asulis, et globulis ejusdem cremisini coloris, ac demum beneficiati mozzetam similem supra cottam tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque præpositum, canonicos, et beneficiatos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentes non intendimus dictum juspatronatum in aliquo adprobare. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



CCXXIX.

Dat. die 26 augusti 1803 anno IV.

Suppressio conventus fratrum ordinis sanctissimæ Trinitatis extra mœnia civitatis Calaritanæ existentis, et fundatio hospitii in eodem cænobio facienda.

Dilecto filio Nostro Didaco-Gregorio S.R.E. presbytero cardinali Cadello nuncupato ex dispensatione, et concessione apostolica ecclesiæ Calaritanæ præsuli.

Pius PP. VII.

Dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem.

Proœmium.

§. 1. Debitum pastoralis officii, quo ex divina dispositione universæ Ecclesiæ catholicæ præsidemus a Nobis exigit, ut Christi pauperum utilitatibus prospiciamus, quemadmodum rerum, locorum, ac temporum circumstantiis diligenter expensis, in Domino salubriter expedire, ac sapientissimi alicujus regis vota recte expostulare censemus.

Expositio precum.

§. 2. Pro parte igitur carissimi in Christo filii Nostri Victorii Emmanuelis Sardiniæ regis illustris, expositum Nobis nuper fuit, quod prope, et extra mœnia istius civitatis Calaritanæ unus fratrum ordinis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum conventus sub titulo olim sancti nuncupati Luciferi existit, in quo propter fratrum ibidem degentium paucitatem, regularis disciplina excidit, quin ulla spes adfulgeat, fore, ut aliquando ob auctum eorum numerum restituatur, et floreat. Tanta enim esse dicitur conventus hujusmodi redditiuum tenuitas, ut ii non modo pluribus individuis alendis non sufficiant, sed ne reparandis quidem, conservandisque propriis ædibus sibi olim a communitate prædicta donatis satis sint: ex quo fit, ut ædes ipsæ ejusdem communitatis sumptibus adhuc manuteneantur. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, dictus Victorius rex pro ea, qua flagrat in subditos suos, præsertim pauperes charitate hospitium istic fundare intendat, in quo pueri, puellæque inopes separatim excipiantur, ibique ad religionem, et laborem

a teneris informentur; cumque ad tam salutare, et præclarum opus perficiendum, reliquis ab ipso rege provisis, et dispositis, maxime opportunum, ac prope necessarium videatur, ut dictus perexiguus conventus supprimatur, illumque aedes, bona, et redditus hospitio hujusmodi applicentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos itaque dicti Victorii Emmanuelis regis eximiam, atque viro principe dignam sollicitudinem quam maxime commendantes, piisque ipsius votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, circumspectioni tuæ per præsentes injungimus, ut, pro data tibi a Domino prudentia, proviso prius concorditer cum eodem Victorio-Emmanuele rege super decenti subsistentia dilectorum filiorum superioris, et fratrum in dicto conventu ad præsens degentium, ipsum Luciferianum conventum fratrum ordinis sanctissimæ Trinitatis auctoritate Nostra apostolica supprimas, et extinguas, ac suppressum, et extinctum esse declares, et quatenus fratres hujusmodi ibi degentes ad unicum alium sui ordinis in isto regno existentem conventum, vel ad alium regularem ordinem transire nequeant, aut nolint, cum eorum singulis ab ordine, regula, et habitu regularibus dumtaxat, firmis tamen remanentibus substantialibus votorum per eosdem fratres emissorum, quæ semper, quantum respective extra conventum fieri poterit, in suo robore durent, dicta auctoritate dispenses; ac subinde omnia, et singula dicti conventus bona tam mobilia, quam immobilia, et semoventia, ac quæcumque supellectilia sacra, et prophana, nec non jura, et redditus quoscumque una cum ecclesia, ejusque pertinentiis universis, ac missarum, aliorumque oneribus conventui, et ecclesiæ hujusmodi adnexis memorato puerorum, et puellarum hospitio, ut præfertur, fundando eadem auctoritate adplices, adnectas, et incorpores, præcipiasque, ut missarum, aliorumque onera prædicta in posterum per dictum hospitium supportari debeant.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus quorumcumque testatorum, qui missas, et alia onera hujusmodi fratribus prædictis adimplenda reliquerunt, etiam ultima voluntate, quam, quoad præmissa, sufficienter, et expresse commutamus; nec non apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac ordinis, et conventus prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 26 augusti 1803. anno IV.

CCXXX.

Indulgetur canonicis et mansionariis cathedralis ecclesiæ Nicoterensis, ut matutinum, et laudes officii diei sequentis post vesperas, et completorium diei currentis a primo mensis octobris usque ad ultimum martii in choro recitare perpetuo possint.

Venerabili fratri episcopo Nicoterensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii dignitates, canonici, et mansionarii cathedralis ecclesiæ Nicoterensis, se ex eo quod in eorum capitulo extitit tum cura animarum, quæ unica totam istam civitatem amplectitur, tum quædam communia, sic nuncupata, ob quam capitulares omnes emolumentis, et distributionibus chori participant, adeo nimis, et frequenter anniversariis, funeralibus, missisque cantatis, partim fixis, partim adventitiis urgeri, ac premi, ut hyemali præsertim tempore, etsi præstitutum initium chori antevertant, totum mane tamen usque ad meridiem in ecclesiæ functionibus indesinenter impendant. Huc porro accedere chori, ecclesiæque structuram, quæ cunctis pondus molestiæ, nonnullis vero discrimen valetudinis auget: chorus namque in propatulo est, et cathedralis ecclesia a frigoris vi, ventorumque incursu parum munita. Hinc, ut ipsi aliquo in tanto labore nanciscantur levamen, et ut simul populus, qui pœnitentiæ, et eucharistiæ sacramenta desideret, illorum inter capitulares ministros expeditiores in ecclesia inveniat, matutinum, et laudes officii divini diei sequentis se pridie hora debita in choro recitare posse, incipiendo a primo octobris usque ad ultimum martii summopere cupere, enixisque humiliter precibus a Nobis expostulare.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos specialibus gratiis, et favoribus, prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus prænarratis, eisdem exponentibus licentiam, et facultatem, cujus vigore ipsi, ac successores ipsorum, a prima die mensis octobris usque ad postremam mensis martii perpetuis futuris temporibus post vesperas et completorium diei currentis, hora per rubricam statuta, recitationem, cantumque matutini cum laudibus dumtaxat officii divini subsequentis diei more solito in choro incipere, ac absolvere libere, ac licite possint, idque ipsis, ac successoribus suis sit valiturum in omnibus, et per omnia, perinde ac si officii hujusmodi matutinum, et laudes postridie mane, et hora consueta eodem in choro recitassent, atque cantassent, auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et prudentia impertiaris.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non prædictæ cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 30 augusti 1803 anno IV.

CCXXXI.

Instante archiepiscopo, et capitulo metropolitanæ ecclesiæ Valentinæ conceditur, ut officium ritu duplici minori cum missa in honorem b. Catharinæ Thomas jam approbatum, et concessum clero civitatis, et diœcesis Majoricensis in civitate, et diœcesi Valentina recitari possint.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut venerabilis frater archiepiscopus Valentinus, nec non capitulum, et canonici ejus ecclesiæ metropolitanæ Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga beatam Catharinam Thomas præseferunt devotionis affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Marco Antonio Cattaneo sacrorum Rituum congregationis protonotario, ut in posterum ab universo clero sæculari, nec non a religiosis, et monialibus civitatis, et diœcesis Valentinæ utentibus kalendario dioecesano quotannis in die vicesima octava mensis julii recitari officium proprium ritu duplici minori cum missa in honorem ejusdem beatæ Catharinæ Thomas, jam adprobatum, et concessum clero civitatis, et diœcesis Majoricensis, libere, et licite possit, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ civitatis, et diœcesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima augusti millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXII.

Dat. die 6 septembris 1803 anno IV.

Concessio novorum indumentorum magis insignium pro dignitatibus, et canonicis ecclesiæ collegiatæ sancti Nicolai Barensis terræ Montis Brandoni Ripanæ diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Quantum splendoris, ac venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis in sacris faciendis præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est christiani populi frequentia, sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit. Proemium.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii moderni præpositus, et canonici insignis Expositio precum.

ut asseritur, collegiatæ ecclesiæ s. Nicolai Barensis terræ Montis Brandoni Ripanæ diœcesis, ipsa collegiata ecclesia antiquitatis laude, sacerdotum probitate, et doctrina, populi frequentia et devotione non mediocriter floreat, multum honorificentiæ ad ipsam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora susciperet incrementa, si ejusdem collegiatæ præpositus, et canonici novis insigniis, novisque decorationibus donentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hac humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus præposito, et canonicis dictæ collegiatæ, ut loco cottæ, et cucullorum, quos deferre consueverunt, præpositus rocchetum et mozzetam violaceam cum asulis, et globulis cremesini coloris, ac tela serica ejusdem cremesini coloris subsutam; nec non vestem oblongam etiam violaceam laneam hyemali, sericam æstivo tempore cum fascia, et floccis sericis ex ea pendentibus pariter violaceis, canonici vero rocchetum pariter, et mozzetam similem, similemque fasciam violaceam supra vestem oblongam nigram tam in ecclesia propria, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque præpositum, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane decernimus, et declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta septembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXIII.

Dat. die 9 septembris 1803 anno IV.

Facultas episcopo Aveirensi dispensandi cum populis suæ diœcesis super condimento adipis porcinæ diebus per Ecclesiam vetitis in perpetuum.

Venerabili fratri episcopo Aveirensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Procemium.

§. 1. Pastoralis fraternitatis tuæ in concreditum tibi populum cura Nostram, qua universum Domini gregem complectimur, sollicitudinem pulsat, ut tibi ultro occurramus in iis, quæ magis videri possunt ad bona animarum salubriter expedire.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod in magna tuæ istius diœcesis parte jam usus invaluit escas suilla adipe condiendi diebus per Ecclesiam vetitis: in altera vero, quæ forsan major pars est, usus idem huc illuc serpere incepit, sed ita crescit in dies, ut non immerito timeatur brevi fore universæ diœcesi communis. Quum enim diœceses finitimæ sive ex pervetusta consuetudine, sive ex apostolico indulto tali passim in cibis adipe utantur, facile fit, ut populis inter se invicem communicantibus alii blandiantur sibi sub aliorum exemplo, alii vero etsi cum formidine, agunt tamen quod agere non auderent, nisi idipsum audacter ab aliis fieri conspicerent. Huc accedit penuria olei qua istis in partibus communiter laboratur, quin diutinæ temporum calamitates viam illud comparandi aliunde facilem præbeant. Adipis e contra pene supereffluit copia, quum nec inter pauperes nemo inveniatur, qui non suillos enutriat, et in domus suæ annonam cibariam recondat, quapropter de dubietate con-

scentiarum, et periculo animarum sollicitus, ut omnis petra scandali tuo de populo penitus amoveatur, Nobis humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis providere opportune, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur te, ac populos tuæ diœcesis specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac eos, eorumque singulos a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine, Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus ut attentis superenarratis, cum populis tuæ istius diœcesis tam incolis quam advenis, ad hoc ut ipsi intra ejusdem diœcesis limites tantum diebus per Ecclesiam prohibitis, nempe quadragesimæ, et quatuor temporum, aliarumque vigiliarum de præcepto, nec non sextarum feriarum ac sabathorum in anno, cunctisque annis, adipe, et pinguedine porcina, seu ut vulgo isthic aiunt *unto* vel *pingo de porco*, adservata eo tamen lege jejunii, a qua nullo modo intendimus dispensare, suas condire dapes, easque sic conditas comedere libere, licite, tutaque conscentia possint, et valeant auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio et conscientia gratis dispenses.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona septembris millesimo, octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXIV.

Dat. die 9 septembris 1803 anno IV.

Facultas priori, et canonicis collegiatæ Vimaranensis Bracharensis diœcesis gestandi rocchetum, zonam et tibialia violacea, ac fasciolam viridem cum lemniscis in pileo, ac superaddendi pelles armellinas albas cappis magnis, quibus statis temporibus utuntur.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Quantum splendoris, et venerationis vel ipsa indumenta, et ornamenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia, non solum varias pro varietate festorum, et functionum sacerdotibus suis sacra facientibus præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis ubi maior est christiani populi frequentia principalibus ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii Ludovicus de Saldanha Aboliva prior, et dignitates, atque canonici insignis (ut asseritur), ac regalis ecclesiæ collegiatæ sub titulo Nostræ dominæ nuncupatæ villæ Vimaranensis Bracharensis diœcesis, collegiata ipsa patrimonii amplitudine, templi venustate, et magnificentia, sacrarum functionum splendore, capitularium numero, et probitate, populique frequentia, et devotione ita floreat, ut una ex illustrioribus illarum regionum ecclesiis habeatur, illiusque pro tempore existens prior regii consiliarii gradu decoratus existat; multum honorificentiæ, et splendoris ad eam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora ibi incrementa susciperet, si ejusdem collegiatæ prior, dignitates, et canonici novis prærogativis, novisque decorationibus donentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, priori, ac dignitatibus, et canonicis dictæ collegiatæ Nostræ dominæ, tam integram, quam dimidiatam præbendam, semicanonicatum, aut alias quomodolibet nuncupat., ibi obtinentibus, eorumque respectivis coadjutoribus, ut ipsi, eorumque successores perpetuis futuris temporibus cappæ magnæ, quam adhuc statis temporibus sine pellibus armellinis deferre consueverunt, ipsas armellinas pelles albas superaddere, nec non zonam violaceam cum lemniscis coloris similis, et tibialia itidem violacea, ac fasciolam cum lemniscis coloris viridis pilei fornici obvolutam, ac præterea mozzetam, et sub ea, loco cottæ, rocchetum cum suis manicis arctis deferre, ac gestare, illisque tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque respective uti; tibialibus vero, zona, et fasciola prædictis etiam extra functiones, et actus publicos hujusmodi in dicta dioecesi uti, libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque priorem, dignitates, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona septembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCCXXXV.

Dat. die 13 septembris 1803 anno IV.

Facultas Petro Mariæ Badiali præposito et parocho nullius dioecesis provinciæ Mediolanensis utendi rocchetto, et bugia in perpetuum pro se, et successoribus.

Dilecto filio Petro Mariæ Badiali præposito, et parocho nullius dioecesis provinciæ Mediolanensis.

Pius PP. VII.

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem

Ratio concessionis.

§. 1. Sinceræ fidei, ac devotionis affectus, quem erga Nos et hanc sanctam Sedem gerere comprobaris, nec non celebritas istius parochialis ecclesiae basilicae nuncupatæ sancti Petri Plebis territorii Guastallensis nullius diocesis provinciæ Mediolanensis, cujus tu præpositus, et parochus existis, Nos adducunt, ut ea tibi favorabiliter concedamus, quæ honorificentiæ tuæ, successorumque tuorum præpositorum hujusmodi fore conspicimus opportuna.

Expositio precum.

§. 2. Exponi quidem Nobis nuper fecisti, quod major ad tuam dignitatem præpositural em splendor etiam externus accedat facultatem deferendi rocchetum, atque utendi palmati, vulgo bugia, tibi per Nos concedi plurimum desideras.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos itaque te specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurristi hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi præpositisque parochis successoribus tuis in perpetuum, ut rocchetum tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus et actibus tam privatis quam pubblicis quibuscumque gestare, nec non palmari in missis privatis, et solemnibus celebrandis ac in aliis quibusvis presbyteralibus functionibus uti libere, et licite possis et valeas, dictique successores pariter possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, teque, et successores prædictos desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia septembris, millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXVI.

Dat. die 16 septembris 1803 anno IV.

Conventio inter Sanctitatem Suam Pium VII. et rempublicam Italicam.

Nominatio plenipotentiariorum.

§. 1. Sanctitas Sua summus pontifex Pius VII., atque præses reipublice Italicæ, primus Gallicanæ reipublicæ consul in suos respective plenipotentiarios nominarunt.

Sanctitas Sua eminum d. Joannem Baptistam Caprara S. R. E. tituli s. Honuphrii presbyterum cardinalem, archiepiscopum Mediolanensem, et Sanctitatis Suæ, et sanctæ Sedis in Galliis de latere legatum munitum facultatibus in bona, et debita forma.

Præses reipublicæ Italicæ, primus Gallicanæ reipublicæ consul civem Ferdinandum Marescalchi, consultorem status, et exterarum relationum administrum apud ipsum residentem plenis facultatibus munitum.

Qui, post sibi mutuo tradita respectivæ plenipotentiæ instrumenta, de iis, quæ sequuntur convenerunt.

Conventio inter summum pontificem Pium VII.

Et rempublicam Italicam proemium.

Tenor conventionis.

§. 2. Sanctitas Sua summus pontifex Pius VII., et præses reipublicæ Italicæ primus Gallicanæ reipublicæ consul, pari studio cupientes ut in eadem republica certus, stabilisque ordo, in iis, quæ ad res ecclesiasticas pertinent constituatur; volentesque, ut religio catholica apostolica Romana in suis dogmatibus integra servetur, in sequentes articulos convenerunt.

ART. I.

De religione catholica servanda.

§. 3. Religio catholica, apostolica Romana esse pergit religio reipublicæ.

ART. II.

De nova diœcesum distributione.

§. 4. Sanctitas Sua debitis formis subiiciet juri metropolitico ecclesiarum archiepiscopalium Mediolanensis, Bononiensis, Ravennatensis, Ferrariensis infrascriptas ecclesias episcopales, nimirum Brixiensem, Bergomensem, Papiensem, Novocomensem, Cremensem, Novariensem, Vigevanensem, Cremonensem, Laudensem archiepiscopatui Mediolanensi, cujus suffraganeæ erunt.

Ecclesiæ vero Mutinensis, Rhegiensis, Imolensis, Carpensis suffraganeæ erunt archiepiscopatus Bononiensis.

Cæsenatensis, Forlivensis, Faventina, Ariminensis, Cerviensis suffraganeæ erunt archiepiscopatus Ravennatensis.

Mantuana, Comaclensis, Adriensis, Veronensis a parte Italica suffraganeæ erunt archiepiscopatus Ferrariensis.

ART. III.

De suppressione nonnullarum sedium, earumque unione novis erigendis sedibus.

§. 5. Sanctitas Sua ad instantiam præsidis reipublicæ Italicæ indulget suppressioni duarum episcopalium ecclesiarum, nimirum Sarsinæ, et Bricinori, et duarum abbatiarum nullius, nimirum Asulæ, et Nonantulæ, ea tamen conditione, ut et respectivæ diœceses, collatis cum præside ejusdem reipublicæ consiliis, aliis proximis diœcesibus uniantur, et episcopi, atque abbates, nisi forte translati, aut transferendi sint ad alias sedes, juste compensentur pro cessione jurisdictionis, et congruæ, quibus antea fruebantur, et debitis formis ab iisdem resignationes respectivarum ecclesiarum obtineantur. Bona, redditusque supradictarum ecclesiarum, et abbatiarum, quæ in republica Italica continentur, ab eadem Sanctitate Sua, collatis cum gubernio consiliis, aliis ecclesiasticis fundationibus distribuentur.

ART. IV.

De nominatione episcoporum præsuli reipublicæ reservata.

§. 6. Attenta utilitate, quæ ex hac conventione manat in ea, quæ ad res ecclesiæ, et religionis pertinent, Sanctitas Sua concedit, ut præses reipublicæ Italicæ nominare possit ad omnes archiepiscopatus, et episcopatus ejusdem reipublicæ; et ecclesiasticis viris ab eodem præside nominatis, iis dotibus præditis, quas sacri canones requirunt, eadem Sanctitas Sua canonicam institutionem dabit juxta formas consuetas.

ART. V.

De juramento ab episcopis præstando.

§. 7. Archiepiscopi, et episcopi emittent juramentum fidelitatis in manibus præsidis reipublicæ juxta infrascriptam formulam » Ego juro, et » promitto ad sancta Dei evangelia obe- » dientiam, et fidelitatem gubernio » Italicæ reipublicæ. Item promitto » me nullam communicationem ha- » biturum, nulli consilio interfutu- » rum, nullamque suspectam unio- » nem neque intra, neque extra con- » servaturum, quæ tranquillitati pu- » blicæ noceat; et si tam in diœcesi » mea, quam alibi noverim aliquid » in status damnum tractari, guber- » nio manifestabo ».

ART. VI.

De juramento a parochis præbendo.

§. 8. Parochi idem juramentum emittent coram potestatibus civilibus a reipublicæ præside constitutis.

ART. VII.

De communione episcoporum cum sancta Sede.

§. 9. Cuilibet episcopo liberum semper erit, super rebus omnibus spiritualibus, atque negotiis ecclesiasticis, absque ullo impedimento, cum sancta Sede communicare.

ART. VIII.

De clericis ab episcopis promovendis.

§. 10. Liberum pariter erit episcopis clericos constituere, atque ad ordines promovere titulo beneficii, cappellaniæ, legati pii, patrimonii, aut cujusvis alterius legitimæ assignationis, eos omnes, quos necessarios, atque utiles esse respectivis ecclesiis, ac diœcesibus existimaverint.

Art. IX.

De dotatione mensarum capitularium.

§. 11. Servabuntur capitula ecclesiarum metropolitanarum, et cathedralium, itemque collegiatarum, saltem insigniorum, eaque convenienti bonorum dotatione fruentur. Convenienti item bonorum dotatione fruentur mensæ archiepiscopales, et episcopales, seminaria, fabbricæ ecclesiarum metropolitanarum, cathedralium, et collegiatarum, saltem insigniorum, et paræciæ.

Hæ dotationes quam citius fieri poterit a Sanctitate Sua collatis cum gubernio consiliis constituentur.

Art. X.

De administratione seminariorum.

§. 12. Doctrinæ, ac disciplinæ institutio, educatio, et administratio seminariorum episcopalium subjiciuntur auctoritati episcoporum respectivorum juxta formas canonicas.

Art. XI.

De administratione aliorum locorum piorum.

§. 13. Conservatoria, hospitalia, fundationes charitatis, et alia hujusmodi pia loca, quæ antea a solis ecclesiasticis personis regebantur, regentur deinceps in singulis diœcesibus a congregatione pari numero ecclesiasticorum, et secularium constituta. Reipublicæ præses eliget sæculares personas; ecclesiasticas vero eas, quas episcopus eidem præsentabit.

Congregationibus præsidebit semper episcopus, cui etiam liberum erit visitare ea loca, quæ legitime a laicis administrabuntur.

Art. XII.

De jure conferendi paræcias episcopis reservato.

§. 14. Sanctitas Sua concedit episcopis jus conferendi paræcias, quæ quovis anni tempore erunt vacaturæ; iique, prævio concursu, paræcias liberæ collationis conferent iis, quos ipsi digniores judicabunt. In paræciis vero juris patronatus ecclesiastici instituent eos, quos, prævio pariter concursu, tamquam digniores inter approbatos ab examinatoribus, patronus ecclesiasticus præsentabit: in paræciis vero laici patronatus, præsentatos instituent, dummodo, præmisso examine, idonei fuerint inventi. In omnibus autem prædictis casibus episcopi personas non seligent, nisi gubernio acceptas.

Art. XIII.

De pœnis ab episcopis infligendis, adversus ecclesiasticos viros.

§. 15. Episcopus, præter cæteras canonicas pœnas, poterit in ecclesiasticos culpabiles animadvertere eos etiam claudendo in seminariis, et in domibus regularium.

Art. XIV.

De jure parochorum in sacramento matrimonii.

§. 16. Nemo ex parochis adigi poterit ad administrandum sacramentum matrimonii cuipiam, qui obstrictus sit aliquo ex canonicis impedimentis.

Art. XV.

De suppressione fundationum ecclesiasticarum.

§. 17. Nulla suppressio fundationum ecclesiasticarum quarumcumque absque apostolicæ Sedis auctoritatis interventu fiet.

Art. XVI.

De confirmatione alienationum bonorum ecclesiasticorum.

§. 18. Attentis extraordinariis præteritorum temporum vicibus, et effectibus, qui eas sunt consequuti, et potissimum attenta utilitate, quæ ex hac conventione manat in ea, quæ ad res religionis pertinent, atque ut etiam publicæ tranquillitati consulatur, declarat Sanctitas Sua, eos, qui bona Ecclesiæ alienata acquisiverunt, molestiam nullam habituros neque a se, neque a Romanis pontificibus successoribus suis; ac consequenter proprietas eorumdem bonorum, redditus, et jura iis inhærentia immutabilia penes ipsos erunt, atque ab ipsis causam habentes.

Art. XVII.

De prohibitione verborum factorumque probrosorum.

§. 19. Districte prohibetur quidquid sive verbo, sive factis, sive scriptis tendit ad bonos mores corrumpendos, et ad contemptum catholicæ religionis, ejusque ministrorum.

Art. XVIII.

De exemptione clericorum

§. 20. Clerus a quolibet servitio militari exemptus erit.

Art. XIX.

De juribus præsidis reipublicæ.

§. 21. Sanctitas Sua agnoscit in præside reipublicæ Italicæ eadem jura, ac privilegia, quæ in majestate imperatoris uti duce Mediolani agnoscebat.

Art. XX.

De casibus omissis.

§. 22. Quoad cætera vero res ecclesiasticas spectantia, quorum nulla expressa mentio in his articulis facta est, manebunt omnia, et administrabuntur juxta vigentem Ecclesiæ disciplinam. Si quæ vero supervenerit difficultas, Sanctitas Sua, et præses reipublicæ secum conferre sibi reservant.

Art. XXI.

De subrogatione conventionis veteribus legibus.

§. 23. Præsens conventio substituitur omnibus legibus, ordinationibus, et decretis a republica Italica circa res religionis huc usque latis.

Art. XXII.

Confirmatio conventionis.

§. 24. Utraque contrahentium pars spondet, se, successoresque suos omnia, de quibus in his articulis utrinque conventum est, sancte esse servaturas.

Ratificationum traditio fiet Parisiis intra duorum mensium spatium.

Datum Parisiis die decima sexta septembris anno millesimo octingentesimo tertio.

Loco ✠ signi

J. B. card. Caprara legat.

Loco ✠ signi

Ferdinandus Marescalchi.

CCXXXVII.

Dat. die 16 septembris 1803 anno IV.

Beatificatio venerabilis servi Dei Josephi Mariæ Thomasii Alicatæ in Sicilia.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Laudes venerabilis servi Dei.

§. 1. Æternus Dei filius in evangelio suo Nos monet, ut simus perfecti, sicut Pater Noster cœlestis perfectus est, ad cujus imaginem, et similitudinem creati sumus. Quoniam vero sapientissime noverat, hujusmodi perfectionem nunquam mortales homines adsecuturos, nisi carnem crucifixerint cum vitiis, et concupiscentiis suis viventes secundum spiritum, illud etiam in evangelio addit, ut semetipsum unusquisque abneget, crucem suam tollat, et sequatur eum. Admirabilibus hisce divini præceptoris documentis facile in se præbuit a teneris usque annis Dei servus Joseph Maria Thomasius Alicatæ in Sicilia ex parentibus generis nobilitate, et virtutum splendore præstantibus ortus. Ab ineunte enim pueritia cum semper a ludricis rebus abhorruit, tum nullis virtutibus caruit, quæ illam ornant ætatem. Decennis de religiosæ vitæ instituto capessendo cogitare cœpit; quam piam voluntatem jamdiu excoluit, donec ubi per ætatem licuit, avito principatu cum florentissima primogenitura abdicato, ad sacra clericorum regularium Theatinorum claustra convolavit. Mirum quanta animi alacritate per arduum perfectionis apostolicæ, quæ illius ordinis est, iter suscepit, cucurrit, complevit! Ita ut vir cœlestis, vir sanctioris veteris disciplinæ exemplar fuerit appellatus, vir, cui mundus crucifixus erat, et ipse mundo. Ratus interea haud exiguam religiosæ suæ perfectionis partem esse sacrarum literarum studia, in iis multus fuit, atque orientales linguas edidicit eo successu, ut pro multiplici sua doctrina, multiplicia valuerit edere volumina; hæc rectum theologicarum virtutum exercitium docentia, illa theologicas veterum patrum institutiones revocantia, alia divinum psalterium explanantia; præterea, quæ ad sacros ritus, resque sacras quam-

plurimas ab ultima origine declarandas conscripsit, ut qui sine fictione didicerat sapientiam omnibus communicaret. Eximiis hisce facultatibus cum eximia morum sanctitate conjunctis apud quodque hominum genus commendatus, sibi vero uni despectus ab æquissimo meritorum æstimatore fel. rec. Clemente pp. XI. prædecessore Nostro, invitus, et detrectans, nec nisi pontificio præcepto coactus, ad amplissimam S. R. E. cardinalium dignitatem evectus est. Porro in hoc sublimi dignitatis gradu constitutus, quasi lucerna supra candelabrum posita, tanto virtutum suarum lumine universæ Ecclesiæ splendere cœpit, ut s. cardinalis Borromæus (quem sibi in primis tunc imitandum proposuerat) revixisse videretur. Frugalitas, summa in egenos liberalitas, summus labor, cura, diligentia, studium summum in iis obeundis muneribus, quæ ad novum præclarissimum ordinem pertinebant. In sui tituli ecclesia non modo matutinis, et vespertinis horis in choro festis quibusque diebus cum suis familiaribus clericis aderat, sed etiam rudibus cathechizandis pueris dabat operam. At bonum certamen certans cursum consummavit, atque ex hac mortali vita ad immortalem vocatus mortem obiit pretiosam in conspectu Domini.

Judicium de virtutibus ejus latum a sacra congregatione Rituum.

§. 2. Ut autem tot, tantarumque servi Dei virtutum exempla, quæ in diebus peregrinationis suæ maximam id ætatis hominibus utilitatem attulere, posteris quoque prodesse possint, Nos, qui ex divina dispositione universo Dominico gregi, meritis, licet, viribusque impares, præpositi sumus, apostolicæ servitutis Nostræ esse ducimus, tanti viri honorem, et venerationem ad omnipotentis Dei gloriam, ac spiritualem fidelium urbis, et orbis ædificationem, quantum Nobis ex alto conceditur, promovere. Cum itaque mature, diligenterque discussis, et perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium sac. ritibus præpositorum processibus de hujus s. Sedis apostolicæ licentia confectis super vitæ sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus servum Dei Josephum Mariam Thomasium ordinis clericorum regularium Theatinorum nuncupatorum multipliciter claruisse, et super miraculis, quæ ad ejus intercessionem ad manifestandam hominibus ejus sanctitatem a Deo edita, et patrata fuisse, dicebantur; eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit, posse, quandocumque Nobis videretur, prædictum Dei servum, donec ad actum solemnis illius canonizationis deveniatur, publice beatum declarari cum solitis indultis.

Beatificatio, et concessio missæ, et officii.

§. 3. Hinc est, quod Nos piis, atque enixis totius memorati ordinis clericorum regularium, et nominatim Joannis Baptistæ Bonaglia ejusdem ordinis generalis, et hujus causæ postulatoris supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de eorumdem cardinalium consilio auctoritate apostolica, tenore præsentium facultatem concedimus, atque impertimur, ut idem Dei servus Josephus Maria Thomasius beati nomine nuncupari, ejusque corpus, et reliquias venerationi fidelium, non tamen in processionibus circumferendas, exponi, imagines quoque radiis, et splendoribus exornari, officium, et missam de eo in singulis annis die xxiv. martii tanquam de communi confessorum non pontificum cum orationibus propriis, juxta ritum missalis, et breviarii Romani, recitari libere, et licite possit, et valeat. Porro recitationem officii, et missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in universo clericorum regularium ordine utriusque sexus, in ecclesia sui tituli s. Martini ad Montes, in qua venerabile ejus corpus requiescit, nec non in diœcesi Agrigentina; in qua ortum habuit, itemque in civitate, et diœcesi Panormitana, ex cujus civitatis illustrioribus familiis jam ex eo tempore erat Thomasiana familia, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam sæcularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur; et quantum ad missas attinet etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Præterea hoc anno dumtaxat, videlicet post præsentes literas emanatas inchoando, in ecclesiis ordinis, locorumque præscriptorum solemnia beatificationis ejus-

dem servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori die ab ordinariis respective constituenda, postquam tamen in basilica principis apostolorum de urbe celebrata fuerint eadem solemnia, pro qua re diem xxix. hujus mensis assignamus, pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut ipsarum literarum præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu secretarii prædictæ congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo præfecti ejusdem congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus, et ubique, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decimasexta septembris millesimo octigentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

IN FESTO

B. JOSEPHI MARIÆ CARD. THOMASII

Oratio

Preces recitandæ in festo ejusdem beati.

§. 5. Deus, qui beatum Josephum Mariam confessorem tuum gloriosis meritis, et doctrinis decorare dignatus es, concede propitius, ut et cælestis doctrinæ pabulo nutriamur, et ejus virtutum proficiamus exemplo. Per Dominum etc.

Secreta

Cum timore ac fiducia tibi, Domine, hæc munera offerimus, ut a te sanctificata et misericordiam nobis concilient, et pacem. Per Dominum etc.

Postcommunio

Hujus nos, Domine, perceptio sacramenti mundet a crimine, et beati Josephi Mariæ confessoris tui intercedentibus meritis ad cælestia regna perducat. Per Dominum.

DECRETUM

Romana

Decretum sacræ congregationis Rituum super approbatione orationum.

§. 6. Suprascriptas orationes proprias in memoriam beati Josephi Mariæ cardinalis Thomasii ab emo et rmo d. cardinali de Somalia sanctissimi Domini Nostri Pii VII. Pont. Max. in urbe vicario, sacrorumque rituum congregationi præfecto, et a r. p. d. Hieronymo Napulionio fidei promotore revisus, idem ssmus Dominus Noster, referente præfato promotore fidei, ac humillime supplicante reverendisimo P. D. Joanne Baptista Bonaglia præposito generali ordinis clericorum regularium Theatinorum causæ ipsius beati postulatore, in missa celebranda in die solemnis beatificationis ejusdem beati Josephi Mariæ, et in posterum etiam in officio, quod cum missa recitabitur ab iis, quibus illud recitandi potestas facta erit per literas apostolicas in forma brevis de præfata beatificatione expediendas, legi posse benigne indulsit, atque concessit: contrariis quibuscumque disponentibus minime obstantibus. Die 3. septembris 1803.

Julius Maria card. de Somalia
S.R.C. præfectus

Loco ✠ Sigilli

M. A. Cattaneo S.R.C. protonot.



Dat. die 20 septembris 1803 anno IV.

CCXXXVIII.

Suppressio conventus Vetrallensis, Viterbiensis dioecesis cum incorporatione ejusdem collegio Missionum dicti ordinis pro procuratore generali fratrum minorum Conventualium.

Dilecto filio vicario capitulari ecclesiæ Viterbiensis illius episcopali sede vacante legitime deputato

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus procurator generalis fratrum ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, quod ob reddituum tenuitatem conventus dicti ordinis Vetrallæ Viterbiensis dioecesis ita imminutus est ibi fratrum numerus, ut regularis observantia ibidem custodiri minime possit, ac etiam propter notissimas temporum circumstantias collegium sancti Antonii missionum ipsius ordinis tantam redditnum jacturam in diversis regionibus passum est, ut necessario missionariorum numero sustentando impar omnino sit, ideoque dicti conventus Vetrallæ bona, redditus, et onera, illi adnexa ad idem s. Antonii collegium per Nos transferri, illique perpetuo incorporari plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur eumdem exponentem, et collegium specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati: discretioni tuæ, attento, quod sedes episcopalis Viterbiensis adhuc vacat per præsentes committimus, et mandamus, ut memoratum conventum Vetrallæ ordinis fratrum minorum s. Francisci Conventualium auctoritate Nostra apostolica supprimas, et extinguas, ac suppressum, et extinctum esse declares; subinde vero dicti conventus sic suppressi ecclesiam, et omnia bona tam mobilia, quam immobilia, et semoventia, nec non quoscumque illius annuos redditus, et missarum, aliorumque onera eidem collegio s. Antonii Missionum dicti ordinis eadem auctoritate in perpetuum unias, et adnectes, et ad illud transferas, applices, appropries, et incorpores, ac præcipias, et mandes, ut missarum, aliorumque onera transferibilia, quibus dictus Vetrallensis conventus gravatus reperitur, a dicti collegii fratribus, vel ab aliis, prout dictus modernus, et pro tempore existens ipsius ordinis procurator generalis melius in Domino expedire censuerit, adimpleantur, et adimpleri debeant.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus quorumcumque testatorum, qui missam, aliorumque onera in ecclesia dicti conventus adimplenda reliquerint etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac ordinis, et conventus prædictorum etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ

apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die vicesima septembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXIX.

Dat. die 20 septembris 1803 anno IV.

Concessio novorum magis insignium indumentorum pro dignitatibus, et canonicis ecclesiæ collegiatæ terræ di Grotte diœcesis Montis Falisci.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Quantum splendoris, et venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis in sacris faciendis præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est christiani populi frequentia, sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii archipresbyter, et canonici collegiatæ ecclesiæ sub titulo s. Joannis Baptistæ terræ di Grotte Montisfalisci diœcesis, collegiata ipsa antiquitatis laude, sacerdotum probitate, et doctrina, populique frequentia, ac devotione, ita floreat, ut una ex illustrioribus illius diœcesis habeatur multum honorificentiæ, et splendoris ad ipsam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora ibi susciperet incrementa, si ejusdem collegiatæ archipresbyter, et canonici novis insignibus, novisque decorationibus donentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, ac pro tempore existentibus archipresbytero, et canonicis dictæ collegiatæ s. Joannis Baptistæ, ut loco almutiarum, quas adhuc deferre consueverunt, cottam supra rocchetum, itemque rochetum, et mozzetam violaceam etiam sericam cum globulis, et asulis cremisini coloris, tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque archipresbyterum, et canonicos desuper a quoquam molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, decernimus, et declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ipsius collegiatæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septembris millesimo octigentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



Dat. die 20 septembris 1803 anno IV.

CCXL.

Confirmatio suppressionis duorum conventuum cum aliis providentiis tam pro scholis publicis, quam pro paraeciis pro publicis repræsentantibus civitatis Spoletanæ.

Dilecto filio Nostro Francisco Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Locatelli nuncupato ex dispositione, et concessione apostolica ecclesiæ Spoletanæ præsuli.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem

Proœmium.

§. 1. Tot inter apostolatus Nostri vigiles curas, quæ Nos in Dominicum gregem custodiendum, pascendumque sollicitant, haud minima esse illa potest publicarum scholarum, ubi ad disciplinas tum religioni, tum reipublicæ fructuosas, ita adolescentium et erudiuntur mentes, et informantur mores, ut nihil pro bono publico non expectandum, si scholæ consistunt, nihil si desunt non pertimescendum, perpetua locorum, ac ætatum memoria omnes edoceat.

Expositio precum.

§. 2. Hinc diu, attenteque iis incubuimus animo, quæ exposita Nobis fuere a dilectis filiis Spoletanæ istius civitatis Nostræ publicis repræsentantibus, se nempe, ut luctuosa rerum dudum præteritarum perturbatione juventuti misere periclitanti opem afferrent aliquam scholis, quæ iam pessumierant, quin ad eas denuo habendas spes, viresque isthic adessent, impetrasse pro earum erectione a tunc temporis delegato apostolico, ut duo supprimerentur fratrum eremitarum ordinis sancti Augustini cœnobia, quæ in perturbatione prædicta omni pene religiosorum familia destituta remanserant, prout reapse decreto tui, cui rem delegatus commiserat, fuere suppressa, alterum scilicet sancti Felicis in loco, quem nuncupant = Castel di Giano = alterum sanctæ Marinæ in loco quem dicunt = Castel Ritaldi = ac utrumque Spoletanæ diœcesis. Verum adversus has suppressiones recurrentibus deinde fratribus memoratis, eosque fratres una reposcentibus populis Castri Jani, Nos recursus, ac postulationes hujusmodi ad venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, qui negotiis, et consultationibus episcoporum, ac regularium præsunt, remisisse congregationem pro examine, et voto, auditis partibus; cui tamen congregationi causam dicturos suam, nunquam se sistitisse fratres prædictos, licet de cœnobiorum, quæ suppressa, ac ablata eis erant, redditibus ipsi accepissent scutata biscentum subministrata pro causæ expensis, quibus se impares esse affirmabant, ideoque Nos tandem audito dilecto filio magistro ejusdem congregationis secretario, qui Nobis quid quid e partibus tam voce, quam scripto allatum collegerat, fideliter retulit, controversiam ad Nosmet advocasse, ejusque ita temperasse terminationem, ut unicuique partium, vel ipsis consentientibus invicem, atque lætantibus, foret consultum, et scholarum inchoata jam restitutio ad commune civitatis, et diœcesis emolumentum progrederetur; verum exponentes, quo hæc omnia firmius maneant, immo et majores civitati utilitates accrescant, Nobis humiliter supplicari fecisse, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis, ac primo de suppressione cœnobii sancti Felicis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eosque, ac singulos eorum a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, attentis, ac ea, qua par est, consideratione pensatis dictorum repræsentantium supplicationibus tam dicto delegato pro enarrata suppressione, quam tibi pro executione illius porrectis, nec non attentis, pensatisque simul, et delegati rescripto, et decreto super præmissis, circumspectioni tuæ per præsentes injungimus.

I.

Ut auctoritate Nostra apostolica, deque Nostræ potestatis plenitudine recensitam cœnobii sancti Felicis in Jano suppressionem confir-

mes, ac ratam, validamque declares, et omnes, et singulos sive juris, sive facti defectus, si qui in ea quomodolibet intercederint, sanes, et suppleas, eamque de novo, quatenus opus sit, decernas, et statuas, ac redditus ejusdem, sic, ut præfertur, suppressi cœnobii usui, ac exercitio publicarum scholarum Spoletanæ Nostræ civitatis, modo tamen et forma, ac conditionibus inferius subjungendis, adjudices, et applices, ac dictos fratres omni, et quacumque actione, vel jure, quod quovis sub titulo super cœnobium hujusmodi, ejusque bona, ac redditus ipsi imposterum se habere, ac exercere posse præsumpserint, penitus prives, perpetuoque privatos esse pronuncies.

II.

De suppressione cœnobii sancti Nicolai.

§. 4. Ut ecclesia quoque, ac cœnobium sancti Nicolai, quæ ista in civitate dicti possident fratres, ac ubi animarum cura extat adnexa, quam in nupera clade bellorum tantam passa sint tam ecclesia, quam cœnobium e militari licentia vastationem, ut sicuti accepimus, sacrarium, seu, ut ajunt, sacristia, nunc loco ecclesiæ licet nec commode, nec decenter inserviat, et ipsum cœnobium sat parvam, parumque religiosæ observantiæ aptam alat familiam, nec unquam fratres præstituri sint sumptus, qui nimirum vires suas ad magnam uti opus foret, excedunt reparationem, eadem auctoritate, et potestate Nostra supprimas, ac ex quo fratres cœnobium inhabitare reliquerint, omnem in eo clausuræ legem aboleas, seu abolitam protinus, ac prorsus fore præstituas.

III.

De suppressione coenobii sanctæ Marinæ.

§. 5. Ut auctoritate, et potestate prædicta aliam cœnobii sanctæ Marinæ, in Ritaldo suppressionem, jam pariter uti præmissum est, demandatam, et factam approbes, atque confirmes, illudque etiam de novo supprimas, si ita sit opus, suppressumque decernas, et a quocumque regularis clausuræ vinculo solvas.

IV.

De assignatione bonorum Barnabitarum facienda favore fratrum sancti Augustini.

§. 6. Ut postquam clerici regulares congregationis sancti Pauli, qui Barnabitæ vulgo appellantur, relicto collegio, quod isthic possident penes templum Beatæ Mariæ Virginis Lauretanæ dicatum (relinquent enim, quia Nostro etiam intuitu superiores congregationis suum ad id præstitere consensum) in sancti Ansani vacantem ædem, quæ ad monachos, seu canonicos Lateranenses, Rocchetinos nuncupatos, olim spectabat, se se transtulerint, eisdem fratribus sancti Augustini in prædictarum suppressionum compensationem, dicta auctoritate assignes, et assignari, tradique mandes enunciatum collegium, ubi ipsi præter templi magnificentiam habeant quoque amplitudinem domus, tum pro instituendo novitiatu, quam prius excolebant in Jano, tum pro collocanda familia decem religiosorum, cum qua regularem ibi observantiam revocare, debitoque, ut decet, vigore servare poterunt.

V.

De cessione templi s. Felicis in Jano facienda patribus Passionistis.

§. 7. Ut templum s. Felicis in Jano cum vacante ad præsens cœnobio, seu æde, ac ædibus, et servitutibus eidem adnexis, eoque plane, quo nunc existit in statu, simili auctoritate concedas clericis de congregatione Sanctissimæ Crucis, et Passionis D. N. J. C. quos vulgus vocat Passionistas, sicque provideatur per eos, ne cœnobium religiosis, ecclesia officiis, et locorum incolæ careant spiritualibus auxiliis, quæ satis juxta vota possunt accipere ab hujusmodi clericis, quorum instituti ut præcipue incumbere animarum saluti.

VI.

De provisione ecclesiæ parochialis sancti Ansani.

§. 8. Ut pari auctoritate provideas curæ animarum, quæ addicta manet ecclesiæ s. Ansani, quæque antea administrari solebat ab uno ex memoratis canonicis, postea vero per visitatorem apostolicum, ac ordinarium Spoletanum provisus ea fuit, prævio concursu, secularis presbyter cognomento Rattignani, aliquem ex clericis Barnabitis canonicam, ut dictum est, s. Ansani proxime occupaturis in curæ ejusdem, ac eodem

plane modo, quo immittebatur Lateranensis canonicus, immittendo exercitium, ab eoque propterea penitus amovendo præsentem parochum Rattignani, expresso tamen sub onere novo parocho regulari, ut pro synodali congrua solvat quotannis Rattignani prædicto pensionem quinquaginta scutorum, donec ipse ex ecclesiasticis redditibus certis assequatur provisionis annuæ summam, quæ una cum dictis quinquaginta usque ad scutata centum exsuperet.

VII.

De juribus active, et passive competentibus patribus Barnabitis in ecclesia sancti Ansani.

§. 9. Ut dictis clericis Barnabitis in s. Ansani canonicam abeuntibus auctoritate prædicta facultatem indulgeas retinendi, ac libere exercendi primæva sua jura activa et passiva super eos fundos, quibus actu potiuntur, nonnullis tamen exceptis terrarum prædiis, quæ contigua sunt ecclesiæ Romanæ virginis Lauretanæ, et subtus iter publicum jacent, nonnullisque etiam domunculis collegio per ipsos relinquendo adnexis, ac alia pariter excepta domo intra civitatem manente, quippe quæ cuncta sunt fundi dotales ejusdem ecclesiæ, aliaque etiam, si quæ sint fabricæ illius ecclesiæ forte addicta, ita tamen ut pro his utpote incertis compensari debeat annuus redditus ab ipsa scholarum congregatione, nec non licentiam secum asportandi tabulas sanctorum suæ congregationis, quos præter pia exercitia, aut sui instituti propria, aut s. Ansani ecclesiæ consueta, possint, vel ibi honore publico colere: tum transferendi mobilia, tam privati, quam communis sui usus, non tamen ea, quæ parietibus sunt infixa stabiliter, uti nec suppellectiles sacras, cujuslibet speciei, ususque eæ sint, sed illas solummodo, ac juxta tuum arbitrium, quæ recens ab ipsis proprio comparatæ sunt ære, cum ecclesia s. Ansani debeat inveniri suppellectilibus sufficienter instructa.

VIII.

Ampliatio dotationis paraeciæ sancti Ansani.

§. 10. Quoniam vero apud s. Ansanum a Barnabitis prædictis habendi, detinendique erunt in posterum regularis parochus, præpositus communitatis, tresque alii ad minus confessarii suæ congregationis, tum pro servitio ecclesiæ, tum pro exercitio instituti, quin præsentes eorum redditus valeant hunc religiosorum numerum alere; hinc præter, et ultra nonaginta annua scutata, quæ de patrimonio prædictorum Rocchetinorum in congruam parochi s. Ansani, licet enarrata pensione impræsentiarum gravatam, assignata fuere, tum præter etiam alia scuta triginta, quæ eodem ex patrimonio ad annua explenda onera ecclesiæ s. Ansani perpetuo addicta, singulis debent annis persolvi, eadem auctoritate disponas summam annuam scutorum centum, et septuaginta futuro s. Ansani Barnabitarum collegio e redditibus suppressi conventus s. Felicis in Jano esse subministrandam, sub conditione tamen quod præstitutus quinque regularium sacerdotum numerus inesse jugiter debeat, ita ut tali quandocumque deficiente numero, talis quoque eo ipso cesset subministratio, primo tamen excepto anno, quo propter primas impensas tres solos sacerdotes degere ibidem posse permittas: præterea ob sat compertam Barnabitarum idoneitatem ad disciplinas etiam sublimiores recte, utiliterque edocendas dicta auctoritate præscribas, ut cathedram logicæ, et metaphysicæ in publicis scholis isthic instituendam impleat semper, exerceatque unus ex tribus prædictæ congregationis alumnus cum annuo honorario scutatorum sexaginta, quem illius præpositus generalis deputationi studiorum per Nos destinandum præsentaverit, quique simul computetur in numero illorum quinque religiosorum, quibus constare debet familia in s. Ansani collegio.

IX.

De aliis concessionibus faciendis fratribus sancti Augustini.

§. 11. Ut præmemoratis s. Augustini fratribus, qui de s. Nicolai conventu in vetus Barnabitarum erunt discessuri collegium, dicta auctoritate tribuas facultatem penes se retinendi, vel in nova ipsorum habitatione, fundos, qui actu possidentur ab ipsis, et ad s. Nicolai conventum pertinent. At cum fundi hujusmodi nequeant esse satis numerosioris familiæ substentationi, firma idcirco remanente conventus s. Marinæ in Ritaldo suppressione prædicta, jubeas tradi eisdem fratribus, ac ad eos trans-

ferri omnia, et singula bona, una cum ecclesia; ipsoque conventu, quæ ante suppressionem ad eosdem spectabant, sub lege tamen quod suis ipsi sumptibus non modo ibidem sæcularem præsbyterum cum cappellani titulo, stipendio, et onere missæ cunctis diebus festis celebrandæ constituere, sed etiam universa onera, atque legata pia super bonis utrorumque conventuum tam s. Mariæ Rivaldi, quam s. Nicolai Spoleti, quomodolibet fundata, et imposita, debeant omnino adimplere juxta juris, et justitiæ principia, quibus merito exigitur, ut qui rerum gaudent possessione: earum quoque onera portent.

X.

De traslatione corporis sanctæ Justinæ.

§. 12. Ut eadem auctoritate iisdem fratribus facultatem impertias secum ferendi sacrum corpus sanctæ Justinæ in eorum ecclesia s. Nicolai hactenus asservatum, sicut et sanctorum sui ordinis superstites tabulas; non tamen de eadem ecclesia, seu sacristia loco ecclesiæ provisoriæ culta, suppellectiles sacras, nec de conventu fores, fenestras, aliaque similia innexa parietibus, ac his adhærentia, sed eas tantum resmobiles, quæ tum communiter, tum privatim sibi possint usui esse.

XI.

Absolutiones faciendæ favore eorumdem fratrum.

§. 13. Quum autem hujusmodi fratribus etiam cum incremento bonorum s. Nicolai, et s. Marinæ multum adhuc defuerit ad illa omnia, quæ in novo cœnobio opus erunt pro nova familia (ea namque præter novitios non minorem volumus esse sex sacerdotibus, comprehenso inter hos novitiorum magistro, qui ad confessarii saltem munus sint habiles, eoque fungantur) ideo, auctoritate prædicta eosdem dispenses, omnique absolvas obligatione relinquendi fundum, ut etiam præexistentem pro congrua subsistentia parochi sancti Nicolai, eisque insuper applices redditus bonorum, domorumque ecclesiæ Beatissimæ Virginis Lauretanæ, ad onera ecclesiæ eidem injuncta, uti nunc explentur, in posterum etiam explenda, ejusque functiones, piaque exercitia, uti fiunt, fierique solebant, itidem facienda quamvis ad hæc omnia forsan dicti redditus haud plane sufficiant; demum fratribus ipsis, seu ipsorum novo conventui Beatæ Virginis Lauretanæ annua assignes scutata tercentum de redditibus suppressi cœnobii s. Felicis in Jano sumenda, atque præstanda, eadem tamen sub conditione, quæ injuncta Barnabitis, nimirum, ut desinat statim isthæc scutatorum præstatio ac apud eos desierit religiosæ familiæ præfixus numerus.

XII.

De suppressione curæ animarum sancti Nicolaii.

§. 14. Ut pari auctoritate supprimas in perpetuum, perpetuoque suppressam debere esse decernas curam animarum s. Nicolai utpote quæ et dote caret pro congrua parochi, et parochiali ipsa ecclesia orbatur devastata a militibus, eamque deinde in partes distribuas per te parochiis conterminis, tuoque arbitrio assignandas.

XIII.

De pensione Passionistis concedenda titulo conservationis fabricæ, et satisfactionis onerum.

§. 15. Ut Passionistis s. Felicis in Jano, super fructibus suppressi hujus cœnobii simili auctoritate constituas tribuendam quotannis summam scutatorum tercentum titulo conservationis fabricæ, et satisfactionis onerum, ac expensarum ecclesiæ, sed conditione simul, quod expetentibus ipsis aliquam pro claustrali septo partem telluris, seu exemptionem servitutis, aut alia hujusmodi, quæ sunt pretio æstimabilia, tunc in harum rerum concessione imminuenda sit quoque eis pro rata dicta annua summa, ne forte redditus dicti cœnobii modo suppressi, quos libri fratrum sancti Augustini habita de anno in annum ratione, scutata annua mille, et sexcentum non excessisse demonstrant, scholarum publicarum dotationi deficiant.

XIV.

De applicatione ædium, et ecclesiæ sancti Nicolaii.

§. 16. Demum ædes conventus, ecclesiæque s. Nicolai, ut præfertur, suppressas applices auctoritate prædicta, perpetuoque applicatas esse, ac fore decernas fabricæ, usui, exercitio, beneficio, utilitati, ac emolumento (quæcumque ista sint, ac quomodolibet retrahi possint) publi-

carum scholarum Spoletinæ civitatis, earumque subinde regimini, et curæ ad illud omne, quod lectores, scholares, bona, et redditus attinet præponas deputationem, seu congregationem trium virorum ecclesiasticorum, triumque laicorum nobilium, sub tui tamen, tuorumque pro tempore successorum præsidentia, qui semel saltem in mense pro rebus tum politicis, tum œconomicis, tum spiritualibus scholarum agendis apud te, seu successores conveniant; ita tamen ut distributis pro bono servando ordine officiis, primus ex deputatis ecclesiasticis, quem pro hac prima vice dilectum filium Philippum Sanzi istius cathedralis ecclesiæ canonicum nominabis, super scholaribus quoad mores, studiorumque frequentiam, et super lectoribus quoad doctrinam, docendique sedulitatem invigilet, alter vero, quem ad id dilectum filium priorem Stephanum Spada pro hac vice pariter eliges, imcumbat præcipue, ut scholares sacramenta, congregationes, officiorum recitationes, aliaque piæ devotionis opera cunctis Dominicis, et festis de præcepto diebus nunquam prætermittenda frequentent et spiritualibus potissimum exercitiis juxta notas regulas quolibet anno in oratorio per ministrum idoneum peragendis omnes simul intersint: tertius porro, quem nunc similiter dilectum filium presbyterum Josephum de comitibus Marsciani institues, morem, incessum, et vivendi extra scholas rationem tum scholarium, tum lectorum inquirat, vel ut aberrantes privatim moneat, vel ut si opus fuerit congregationem deputatam de iis certiorem faciat.

De distributione munerum inter componentes congregationem studiorum.

§. 17. De laicis autem nobilibus, quos ut supra in deputatos assumes dilectos filios baronem Carolum Ancajani, comitem Bernardinum de Campello, et Valerium Zacchei, primus præsit ministris, et colonis agrariis, curamque gerat de œconomia externa, seu de statu, conservatione, et melioratione bonorum rusticorum, tam quæ locata sunt, quam quæ per colonos, ministrosque coluntur; secundus præsit œconomiæ internæ, seu sumptibus erogandis, vel in scholarum res necessarias, vel in emolumenta, salariaque præfixa, vel in præmia elargienda, aliaque similia: tertius tandem præsit fabricæ conventus s. Nicolai, eumdem conventum reducendo ad usum scholarum, aliorumque usuum arbitrio congregationis deputatæ, nec non hortis sitis in parte interna dicti conventus, et operam navet exactioni redditunm, quos illico tamen custodiendos deponet in monte isto Pietatis, unde retrahi postmodum possint summæ juxta mandata; atque ad id valeat pro auxilio uti computista a se congrua cum mercede eligendo, ut dati, acceptique codices habeat, et in fine cujuslibet anni rationes debitas reddat, sed antequam deputationem hujusmodi ineat, fidejussorem idoneum, ac solidalem exhibere teneatur, ac debeat. Si quis autem ex iisdem deputatis infirmitatis, aut absentiæ causa forte non brevi temporis spatio sit impeditus, jus habeat suas vices alteri delegandi approbando tamen ab ordinario, qui ita subrogatus jus etiam habeat ferendi suffragium suis in casibus, ut suffragiorum numerus semper impar existat, ad quam quidem suffragiorum imparitatem in omni congregatione tuendam declares ordinarium ipsum, quum per se congregationibus præesse nequiverit, vicarium suum generalem subrogare debere. Verum ne quis deputatus inconsulta eadem congregatione suo audeat arbitrio quidpiam novi, quid piamque sumptus jubere, et aggredi, stricte inhibeas, tantumque permittas, ut perurgente aliquando re, quæ ad congregationis ordinariæ tempus differri nequeat, necessitate possit deputatus rogare ordinarium pro tempore, quatenus congregationem extraordinariam haberi indulgeat coram se, vel in ejus impedimento coram vicario generali, vel si et hoc ipso impedito, celebrari per deputatos in scholarum conclavi ad id designato, ubi tamen tunc non agatur nisi de sola re, cujus instat necessitas.

De secretario congregationis.

§. 18. Item, quo ad deputatam hujusmodi congregationem attinet, statuas in ejus secretarium cum voto mere consultivo, præfectum studiorum, qui etiam erit archivista, et archivii in aliquo scholarum loco intus erigendi custodiam sumere, ibique congregationis decreta, omnesque scripturas quomodolibet ad scholas, earumque res, et bona spectan-

tes recondere debebit, diligenterque servare: statuasque insuper, ut decreta congregationis fiant, per singula tui, ac deputatorum secreta suffragia, et excipiantur in urnam.

XV.

De numero scholarum, et stipendio professorum.

§. 19. Ut dicta auctoritate præfinias tum numerum scholarum, tum stipendia professorum, scilicet pro grammatica scutata annua octoginta, pro humanitate, ac elementis poeticæ latinæ scuta annua octoginta, pro eloquentia latina et itala scutata annua centum et viginti, pro logica, et metaphysica scutata annua sexaginta, pro physica et elementis matematicæ scutata annua centum, et viginti; pro institutionibus juris civilis scutata annua sexaginta; pro institutionibus juris canonici scutata annua sexaginta; pro theologia dogmatica scutata annua sexaginta; pro theologia morali, et sacra scriptura scutata annua sexaginta, pro præfecto studiorum, et secretario congregationis, ac archivista scutata annua centum; pro cappellano quotidiano cum libera missæ eleemosyna scutata annua quadraginta. Ceterum de schola minori, utque ad grammaticam, janua grammaticæ comprehensa, jubeas provideri sumptibus communitatis, sicuti retroactis providebatur temporibus, quæ schola idcirco nominari solebat de communi, mandesque simul, ne quisquis ad scholam grammaticæ publicam possit admitti, nisi prævio examine super istructione debita elementorum, seu januæ grammaticæ.

XVI.

Denique hic e vestigio pro directione scholarum inserendas regulas, quibus titulus est vulgari verbo *Regolamento*, dicta auctoritate publices, seu publicari facias, easque ab omnibus, et singulis ad easdem scholas quomodocumque attinentibus inviolabiliter observari præcipias: regulæ autem, seu regulamenta sunt prout sequitur.

REGOLAMENTO

Da osservasi per la direzione delle publiche scuole di Spoleto.

Tenor regularum pro usu scholarum instituendarum.

§. 20. Essendo necessario il buon ordine in tutte le publiche amministrazioni, e specialmente in quelle, che riguardano la publica educazione, adesivamente perciò a quanto si è determinato nell'annesso breve, ed in esecuzione di esso il card. vescovo subito dopo la publicazione del medesimo dovrà adunare avanti di se, o del suo vicario generale la prima congregazione di tutti i deputati, e previe le consuete preci si leggerà il presente regolamento.

CAP. I.

De' deputati, loro ufficio, e facoltà.

De deputatis.

§. 21. Li deputati così ecclesiastici, che laici nella prima congregazione da destinarsi dal card. vescovo, o in sua assenza dal vicario generale avanti di prender possesso della loro deputazione dovranno prestar giuramento in mani del detto card. vescovo, o suo vicario generale di bene, e fedelmente amministrare l'impiego, che assumono, e così nelle elezioni, che in qualunque altro atto di operare secondo la giustizia, e per il solo publico bene, proposto qualunque altro fine, o privato impegno.

De munere deputatorum.

§. 22. Avrà la congregazione deputata insieme unita piena, e libera facoltà di confermare, o di mettere alle occasioni giuste, ed opportune qualunque lettore, allontanare qualunque scolare, mutare i ministri subalterni, e prendere in genere quegli espedienti, che crederà necessarj, ed opportuni al buon ordine, ed al publico bene in tutto ciò, che riguarda le publiche scuole, e la pubblica educazione.

De facultatibus deputatorum.

§. 23. Averà facoltà di fare alle occasioni qualche permuta di alcun fondo, se si crederà di utile evidente a questa pia istituzione, e respettivamente avrà facoltà di affigere notificazioni, ed inviti all' affitto

de' beni anche per un novennio, se si crederà espediente, e deliberarlo a favore di quello, che giudicherà più idoneo, e sicuro riportandone le opportune fidejussioni.

Idem ut supra

§. 24. Avrà facoltà in fine di stabilire i rispettivi sistemi nella direzione, e metodo delle scuole, e riformare ogni abuso, uniformandosi per quanto sia possibile alle pratiche già osservate nelle scuole dalli padri della compagnia di Gesù.

De loco ubi expleri debent pietatis officia

§. 25. Non essendovi commodo opportuno nella fabbrica ora destinata alle publiche scuole, e finchè questa non abbia disposti tutti li necessarj commodi, dovrà la congregazione, riportato il consenso da chi presiede al collegio, e chiesa del Gesù di Spoleto esercitare nell' oratorio di detto collegio giusta l' antico uso de' padri della compagnia di Gesù tutte le pratiche di pietà, che solevano ivi esercitarsi nelle domeniche, ed altri giorni festivi, ed in altri tempi dell' anno, aggiungendone se faccia d'uopo delle altre pratiche, e destinando persona ecclesiastica, la quale dirigga tali opere pie, dia gli esercizi, meditazioni e riforme, e quanto credasi opportuno con l'approvazione e sopraintendenza del deputato ecclesiastico.

De surrogatione deputatorum.

§. 26. Ne' casi di vacanza di qualche deputato, sia ecclesiastico, sia laico, o sia per morte, o sia per spontanea dimissione, o casi simili si devolva alla stessa congregazione il diritto di surrogare altri nella deputazione vacante, ed a tale oggetto possa il vescovo pro tempore, e respettivamente ciascun deputato proporre quel soggetto, che crederà opportuno, e corra il bussolo a voti segreti, e giusta la pluralità de' voti, seguirà l'elezione: in caso di parità de' voti ricorrerà il bussolo per que' soli, fra quali ebbe luogo la parità de' voti, e ritornando la stessa parità si devolva l' elezione di uno di essi al vescovo pro tempore.

De resolutionibus viva voce non capiendis.

§. 27. *Si dichiara però, che nessuna elezione, e nessuna risoluzione di qualche importanza si possa prendere a viva voce sebbene siano tutti concordi, ma debba indispensabilmente adempirsi tutto per voti segreti, e se ne registri sempre la proposizione, e la risoluzione.*

De electione secretarii.

§. 28. Nella medesima congregazione per voti segreti si proponga da ciascun deputato, e si elegga per voti segreti il segretario della congregazione medesima, il quale sarà anche prefetto delle scuole, o sia de' studi, siccome nella stessa guisa si elegga il cappellano, il bidello, ed il ministro di campagna.

De resolutione casuum dubiorum.

§. 29. Accadendo però de' casi non preveduti di qualche rilevanza, e non compresi nella disposione del breve, e nel presente regolamento, o su quali nasca un ragionevole dubbio ne riserviamo a noi la decisione, e respettiva spiegazione.

CAP. II.

De' lettori, modo di eleggerli, e confermarli.

De lectoribus, eorumque electione.

§. 30. Nella stessa prima congregazione, o in altra da tenersi sollecitamente dovrà venirsi all'elezione di tutti i respettivi maestri e lettori.

De excludendis ab electione.

§. 31. Da tale elezione non siano esclusi gli attuali lettori nelle rispettive cattedre, ma ciascuno di essi debba esser proposto, e respettivamente passato a voti segreti. Al fine d'ogni biennio dovrà rinnovarsi il bussolo per la conferma di tutti li lettori, eccettuato il solo lettore di teologia morale. In caso di esclusione, e vacanza si dia luogo al concorso publicandosi le notificazioni ad oggetto di esibire in tempo determinato i requisiti in mano del segretario della congregazione. Questa debba darne un compendio a ciascun deputato per venirne in seguito all' elezione. Non siano esclusi dal concorso, e dall' elezione i regolari, purchè esibiscano oltre i requisiti la commendatizia del superiore maggiore del loro istituto. Sarà esente da tal concorso la cattedra di logica, e metafisica.

De professione fidei coram episcopo facienda.

§. 32. In principio dell'anno scolastico, e prima che si riaprano le scuole debbano in ciascun anno tutti insieme adunarsi nel giorno destinato a fare avanti al vescovo pro tempore, o suo vicario generale la professione della fede, che si leggerà in ginocchioni ad alta voce, ed a nome di tutti dal lettore di teologia dommatica, ed in fine ciascheduno di

essi dovrà presentarsi a toccare, e baciare in conferma il s. vangelo.

De exercitio muneris lectorum.

§. 33. Ciascun lettore, e maestro dovrà nell'ora ad esso destinata trovarsi pronto a salire in cattedra. Sarà dispensato però ciascun lettore per sola ragione di malattia, nel qual caso il lettore infermo manderà i suoi scritti, e questi dovranno dettarsi, e spiegarsi dal prefetto de' studi, ed in caso di necessaria di lui mancanza dal cappellano delle scuole.

De publicis experimentis.

§. 34. Al fine di ciascheduno anno scolastico giusta la respettive scuole, procurerà ciascun lettore eccitare i più idonei fra i suoi scolari a far qualche publico esercizio, o di esporsi al publico esame delle materie dettate fra l'anno, e di sostenere publiche tesi, ed essendovi più concorrenti a tali publici esperimenti si darà un conveniente premio a quello, che fra gli altri sarà a giudizio della congregazione riputato il più meritevole in ciascheduna respettiva classe.

CAP. III.

Del prefetto de' studj, e sue incombenze

De praefecto studiorum, ejusque munere.

§. 35. Il prefetto de' studj dovrà invigilare al buon ordine esteriore delle scuole, quasi in ajuto del deputato ecclesiastico. Quindi presiederà alla scolaresca, perchè si osservi da essa nelle scuole specialmente prima di entrare, e nello uscire da esse una perfetta modestia, e silenzio. Invigilerà, che non vi sia fra scolari alcun motteggio, o derisione, che si vada alla messa, e si stia in chiesa con tutta la compostezza, e divozione, e vi sia anche nel vestiario, e nella pettinatura tutta la decenza, e per tale oggetto avrà anche facoltà di mortificare i scolari rei di mancanze con qualche discreta correzione. Non permetterà, che nella fabbrica delle scuole in alcun tempo, e sotto qualunque pretesto entrino donne, nè queste ne' giorni di scuola si trattengano con qualche ragionevole sospetto nel circondario di esse scuole. Parimenti invigilerà, che nessuno de' scolari all'uscire dalla scuola, o dalla messa si trattenga nella publica strada, ma dovendo aspettare si trattenga dentro il cortile con tutta modestia. Impedirà, che non si unisca più d'uno nel tempo stesso ai luoghi comuni, e sapendo, che qualche scolare introduca discorsi, o proferisca parole, o faccia atti, o gesti, che offendono la modestia, vi proveda anche all'istante con proporzionata mortificazione.

De congregationibus jussu episcopi indicendis.

§. 36. Dovrà come segretario della congregazione deputata ricevere gli ordini del vescovo per intimare le congregazioni, ed il preciso giorno, ed ora alli respettivi deputati, al quale oggetto pregherà il medesimo vescovo mandar l'intimo tre giorni prima ad oggetto d'intimare, occorrendo, qualcuno attualmente assente, o che accidentalmente si trovasse senza la previa intimazione di tre giorni ragionevolmente impedito. Dovrà egli stesso trovarsi presente alle congregazioni all'ultimo luogo, e sedia inferiore, e dovrà dire il suo semplice sentimento in ciò, che potesse essere di sua cognizione, e tutto scrivere in foglio a parte nella medesima congregazione, presenti i deputati, con leggere in appresso publicamente ciò, che ha scritto, per poter quindi prontamente ricopiare, e tutto registrare in libro apparte intitolato, *libro delle proposizioni, e risoluzioni dell' illma congregazione deputata.*

De intimatione concursuum ad cathedras.

§. 37. Dovrà all'occasioni giusta gli ordini, che riceverà dalla suddetta congregazione deputata intimare i concorsi alle cattedre, e nel termine stabilito ricevere i respettivi requisiti: dovrà di questi formare un compendio, e distribuirlo a tutti i deputati per farne uso nell'occasioni dell'elezioni.

De subscriptione literarum patentalium.

§. 38. Dovrà in nome della congregazione deputata stendere, e sottoscrivere in qualità di prefetto de' studj, e segretario, le patenti di ciascun lettore, ed in nome della stessa congregazione, e per espressa commissione della medesima, alle occasioni scriver biglietti, intimazioni, e simili. Non potrà esigere per le nuove patenti de' lettori se non la tenue somma di mezzo scudo per il sigillo.

De negligentiis lectorum nunciandis.

§. 39. Dovrà parimenti riferire al deputato ecclesiastico ogni mancanza, o tardanza de' lettori nell'ingresso alle scuole, ed in occasione di

malattia di qualche lettore ricevere i scritti del medesimo, e in di lui vece dettarli, e spiegarli. Essendo però egli impedito dovrà con licenza del deputato, e per di lui commissione incaricarne il cappellano della congregazione.

De archivii custodia.

§. 40. Finalmente dovrà ritenere la chiave di un archivio, e senz' ordine della congregazione non dovrà mai consegnarla ad alcuno. In esso archivio conserverà il libro o libri delle proposizioni, risoluzioni, intimazioni, copie di patenti, e finalmente tutti gli atti delle respettive congregazioni, tutti i requisiti de' concorrenti alle respettive cattedre, e quanto di più avrà in commissione dalla congregazione deputata.

Idem ut supra

§. 41. Per le materie ancora dell' economia dovrà conservare in archivio i monumenti a quella appartenenti, specialmente i rendimenti de' conti annuali, e lo stato attivo e passivo economico ben giustificato, che dovranno esibire i respettivi deputati laici esattamente formati dal computista, indicando in esso ciò, che si esigge, e l'erogazione dell'esatto, quali stati dovranno essere approvati, e sottoscritti dal vescovo pro tempore, e da tutti i deputati.

CAP. IV.

Del cappellano, e sue incombenze.

De cappellano, ejusque munere.

§. 42. Oltre il prefetto de' studj vi dovrà essere un cappellano, il quale sia tenuto in tutti i giorni celebrar la messa a comodo della scolaresca senza obbligo alcuno d'applicazione. Quindi ne' giorni feriali, e di scuola dovrà per tale oggetto sul terminare delle scuole basse di grammatica, ed umanità, un ora prima del mezzo giorno, trovarsi pronto a soddisfare a tal suo impiego, e ne' giorni festivi, ne' quali vi siano le solite pie congregazioni, o quante volte sia unita la scolaresca per esercizj spirituali, o altre opere di pietà, dovrà trovarsi pronto all'ora che gli verrà prescritta dal prefetto de' studj per lo stesso oggetto di celebrare la s. messa.

De onere supplendi praefectum studiorum.

§. 43. Nelle occasioni parimenti nelle quali il prefetto de'studj sia legittimamente occupato dovrà egli supplire in qualche cattedra, nella quale sia impedito per malattia il lettore attualmente, ed a tale oggetto dovrà farsi consegnare i scritti del medesimo lettore infermo, e quelli dettare, e respettivamente spiegare, perchè non resti oziosa quella scolaresca.

De onere supplendi secretarium.

§. 44. Finalmente dovrà anche supplire da segretario nelle congregazioni, che occorra doversi adunare in tempo, in cui il prefetto de' studj, o per malattia, o per altre ragioni, sia legittimamente impedito.

CAP. V.

Del bidello

De janitore, ejusque munere.

§. 45. Nella prima congregazione deputata dovendosi sistemare, ed organizzare a seconda del breve tutte le scuole publiche, dovrà dalla medesima congregazione destinarsi ancora, ed eleggersi il bidello. L' ufficio di questi sarà nè giorni di scuola suonare alla stesa la campana per un intero quarto di ora prima d'entrare alle scuole, e perciò un quarto d'ora prima delle quattro ore innanzi al mezzo giorno, e respettivamente nel giorno alle ore venti, e un quarto. Parimenti ne' giorni festivi, ed in qualunque altro tempo debba adunarsi la scolaresca per alcun pio esercizio sia nella cappella delle scuole, sia nell'oratorio del Gesù, dovrà nella stessa forma suonare un quarto d'ora prima del tempo appuntato.

Idem ut supra

§. 46. Similmente dovrà trattenersi in una camera prossima alla scuola con campanello al di fuori, ed in questa stessa camera potranno trattenersi i respettivi lettori aspettando il tempo dell'ingresso alle scuole respettive. In essa camera dovrà loro nell'inverno tenersi preparato un focone con carbonella accesa, e con bussola per difenderla dal freddo.

Idem ut supra

§. 47. Dovrà parimenti il bidello suonare detto campanello in segno dell' ingresso delle respettive scuole de' lettori, e scolari al termine dell' ora prescritta, e respettivamente dell' ingresso degli altri lettori nelle ore destinate.

Idem ut supra

§. 48. Dovrà almeno una volta la settimana scopare tutte le scuole, ed anche il cortile, e custodirlo da

qualunque immondezza, e tenere informato il prefetto de' studj, se alcuno in qualunque modo abbia ardito deturparlo.

Idem ut supra

§. 49. Finalmente dovrà presentare intimazioni, recare ordini, ed obbedire a qualunque commando gli sarà dato dal prefetto de' studj, ed in tempo delle congregazioni dovrà trattenersi nel palazzo vescovile, aspettando, se occorresse, ricever ordini, portar libri ec.

CAP. VI.

Ministro della campagna, ed altri subalterni

De ministro, aliisque subalternis.

§. 50. Il ministro di campagna, computista, esattore, ed ogn' altro subalterno sarà sogetto agli ordini de' respettivi deputati.

CAP. VII.

Regole generali

De initio scholarum.

§. 51. In ogni anno si darà apertura alle scuole sul principio di novembre. Il dì tre vi sarà nelle camere del vescovo pro tempore la professione della fede. Il dì cinque si darà principio a tutte le scuole, e nel dì venticinque detto, giorno di s. Caterina, si farà da uno de' lettori per turno incominciando dal lettore di eloquenza un orazione latina per l'apertura de' studj, e si regaleranno al lettore sei scudi.

De horario scholarum.

§. 52. La mattina si entrerà in scuola al fine della campana, che terminerà costantemente quattr' ore prima del mezzo dì, ed il giorno terminerà sempre alle ore venti, e mezza nella quale ora si salirà in cattedra, e detto suono di campana durerà un quarto d'ora. La mattina continueranno le scuole tre ore, e dopo la terz'ora vi sarà la messa per li scolari. Il giorno vi saranno due ore di scuola.

De duratione scholarum.

§. 53. Le scuole di grammatica, e di umanità dovranno durare le intere cinqu'ore del giorno. La scuola del jus civile, in cui dovrà insegnarsi anche il jus statutario di Spoleto si aprirà alla prima ora della mattina, e parimenti alla prima ora del giorno, e durerà detta sola ora. Alla seconda ora comincerà la scuola di jus canonico, e storia ecclesiastica, e continuerà le due ore seguenti. In tutte le altre scuole maggiori si salirà in cattedra alla seconda ora della mattina, e si continuerà per un ora e mezza. Nella prima ora del giorno vi sarà per un'ora la ripetizione nelle cattedre di jus civile e canonico. La cattedra di eloquenza, in cui è necessario un maggior esercizio della gioventù dovrà durare due ore continue la mattina, cominciando come le altre scuole maggiori alla seconda ora, e le due ore intiere del giorno, e dovranno istruirsi i scolari non meno nell'eloquenza profana, che nell'eloquenza sagra, rimanendo in libertà del lettore nelle ore del giorno dare anche i precetti della lingua Greca. Sarà egualmente in libertà de' lettori nelle ore del giorno esercitare i scolari nelle ripetizioni, circolo, e simili esercizj scolareschi.

De admissione discipulorum.

§. 54. Non potrà alcun scolare essere ammesso alla scuola di grammatica, se previo un diligente esame del maestro di grammatica, di umanità, e del prefetto di studj non si trovi bene istruito nè primi elementi della grammatica medesima. Parimenti non potrà nella scuola medesima di grammatica passare dalla prima alla seconda classe, se dopo un diligente esame de' medesimi maestri non si trovi aver fatto il necessario profitto nella sua prima classe, nè potrà in fine della scuola di grammatica passare alla scuola di umanità, se dopo un simile esame non si trovi perfettamente istruito ne' precetti grammaticali, e bastantemente esercitato nella lingua latina.

Idem ut supra

§. 55. Lo stesso si praticherà nelle scuole di umanità. In questa scuola, che deve precedere la scuola di eloquenza si deve alli scolari della prima classe insegnare una maggior purità della lingua latina, e li principj della poesia latina, ed alli scolari della seconda classe dovranno darsi gli elementi di rettorica precettiva, onde siano disposti a perfezionarsi nella scuola successiva di eloquenza, nè siano ammessi alla scuola di eloquenza, se non dopo un rigoroso esame di tutta la grammatica, ed umanità,

dopo dato saggio non equivoco di essere bene istruiti nella lingua latina, e ne' precetti, che riguardano le rispettive composizioni di prosa, e poesia latina.

De tractatis theologiae dogmaticae, et moralis quolibet anno exponendis.

§. 56. I due lettori di teologia dommatica, e di teologia morale, dovranno nel mese di agosto di ogn' anno combinare insieme col primo deputato ecclesiastico i trattati, che dovranno leggere nell'anno seguente, i quali siano più utili alli studenti chierici, e più conducenti all' ufficio di parroco, di confessore, di predicatore, e simili.

De tempore vacationum.

§. 57. Nelle due scuole di grammatica, e di umanità si daranno le vacanze autunnali non prima del dì quindici di settembre.

Idem ut supra

§. 58. Nelle altre scuole superiori si darà la vacanza del dì 14. agosto, dopo il qual giorno si dovrà da ciascun lettore invitare i più studiosi, e più idonei a dar saggio di loro studj, e del loro profitto, o con tenere publiche dispute, o con publiche disfide a rispondere a qualunque interrogatorio da farsi ad arbitrio di ciascuno de' lettori, e specialmente nella scuola di eloquenza con composizioni su temi da darsi ad arbitrio del vescovo, o di alcun deputato in prosa italiana, o latina, ed anche in poesia italiana, o latina da recitarsi publicamente dopo il terzo giorno dal tema proposto.

Idem ut supra

§. 59. Nel giorno di tali publici esercizi vi sarà vacanza il giorno nelle altre scuole più basse, e dovranno intervenire tutti, e riuscendo felicemente l'impegno, il vescovo pro tempore si compiacerà dare un premio al candidao a suo arbitrio.

De publicis experimentis inter discipulos.

§. 60. Parimenti dopo il quattordici settembre sarà in libertà d'ogni scolare pulicare una disfida, o un invito a reder conto di tutto ciò, che si è insegnto nella sua scuola, e nella sua classe in tutto l'anno.

Idem ut supra

§. 61. Li signori deputati si compiaceranno d'intervenirvi, ed essi insieme coll respettivi lettori si uniranno a formare la nota di quelli, che hanno meritato maggior lode, e si meterà in publico detta nota affissa nelle scuole, e nell' anticamera del escovo, per le scuole basse il dì 14 sttembre, e per le altre il dì ventinoe detto.

De novis ordinibus edendis, et congregationi reservatis.

§. 62. Considerando noi in fine, che ben possono darsi dei casi a quali venga di occorrere con qualche opportuno provedimento, perciò diamo facoltà alla congregazione deputata di aggiungere nelle circostanze occorrenti qualche nuova ordinazione, la quale però non altrimenti debba osservarsi se non concorrendovi almeno due terzi de'voti della congregazione deputata.

De taxa imponenda pro supportatione onerum.

§. 63. E siccome li molti pesi, che gravitano sulli beni fondi applicati a questa pia istituzione delle scuole, forse rendono insufficienti le rimanenti rendite di essi a supplire pienamente agli emolumenti de' lettori, ed alle altre spese necessarie alla giusta economia, ed alla ben regolata amministrazione, perciò giustificata sì ragionevol causa, diamo facoltà al card. vescovo di Spoleto d'imporre a Nostro nome, e come in questa parte specialmente nostro delegato non meno nella città, che in tutta la diocesi una qualche tenue gravezza non maggiore di un bajocco per ogni cento scudi di valore sulla libra non meno de' laici, che degli ecclesiastici, e luoghi pii, non compresi però in tale imposizione i soli beni delle chiese parrochiali, ed addetti alle stesse cure, e li beni appartenenti alli monasteri di monache. Quale imposizione debba esigersi da chi deve esiggere la dativa reale all'oggetto di formare con essa una cassa di supplemento alle scuole, onde si proveda a tali spese necessarie, e vi sia in oltre qualche sopravanzo da erogarsi o in qualche giubilazione col sentimento della congregazione deputata, o in qualche segreta gratificazione nel fine dell'anno scolastico, la quale si creda opportuna in favore di qualche lettore di merito più singolare ad arbitrio della congregazione deputata da darsi per voti segreti; e questa imposizione debba durare sino che non si prenderà da Noi, o da Nostri successori altro provedimento per supplire alle spese necessarie per mantenimento delle medesime scuole.

Confirmatio apostolica.

§. 64. Quae quidem omnia et singula his literis Nostris exposita, inserta et contenta Nostra auctoritate publicandi, declarandi, decernendi, et praescribendi plenam, et amplam

facultatem tibi eadem auctoritate tenore præsentium committimus, attribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 65. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac iis omnibus, et singulis, ad quos spectat, et quomodocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus respective, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 66. Non obstantibus quatenus opus sit felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et regulis quoque cancellariæ Nostræ apostolicæ de jure quæsito non tollendo, nec non dictorum cœnobiorum, ecclesiarum, et curarum animarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, seu quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, præsentibus, pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLI.

Dat. die 26 septembris 1803 anno IV.

Literæ apostolicæ alias expeditæ, et nuncio apostolico Lisbonensi commissæ pro erectione collegiatæ nunc archiepiscopo Alborensi committuntur.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Ita excitat cor Nostrum sæcularium principum reverentia, qua in hanc divi Petri cathedram se gerunt, ut ea quæ ab ipsis pie et recte petuntur, benigne excipere impellamur, prout eorum exigunt preces, et apostolicæ Sedis ad eas gratas habendas convenit inclinatio.

Memorantur præcedentes literæ ad rem editae.

§. 2. Quoniam vero Nos alias votis, ac precibus dilectissimi in Christo filii Nostri Joannis Brasiliæ principis, ac regnorum Portugalliæ, et Algarbiorum regentis per dilectum filium Alexandrum de Souza et Holstein ipsius Joannis principis ac regentis, apud Nos, et Sedem apostolicam oratorem Nobis porrectis benigne annuentes per similes Nostras literas incipientes *Romanorum pontificum*, sub plumbo etiam expeditas apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo secundo, quinto decimo kalendas januarii, pontificatus Nostri anno tertio, prævia nonnullarum cappellaniarum regæ cappellæ in villa Vicosa nuncupatæ a præclarissimis Bragantiæ ducibus erectæ, ac perpetui simplicis vacanis beneficii ecclesiastici archidiaconatus de Regoa nuncupati dignitatis forsan residentialis in cathedrali ecclesia Portugallensi, ac ex tunc prout ex eo tempore aliorum perpetuorum simplicium beneficiorum ecclesiasticorum in quibusvis ecclesiis civitatum, et diœcesum regnorum Portugalliæ et

Algarbiorum hujusmodi respective existentium primo loco vacaturorum ordinariæ liberæ collationis suppressione et extinctione beneficiorum eorumdem fructus in dotationem dictæ regiæ cappellæ converterimus, et regiam ipsam cappellam in insignem collegiatam ecclesiam ad instar aliarum de Ourem, et de Barcellos erexerimus, prout in prædictis literis plenius, ac fusius continetur.

Declaratur literas exequendas commissis se nuncio apostolico.

§. 3. Dilecto autem filio Nostro et Sedis apostolicæ nuncio in civitate Lisbonensi commoranti specialiter commisimus, et mandavimus, ut ipse ea omnia quæ a Nobis in literis præfatis disposita, et ordinata reperiebantur, juxta voluntatem et intentionem Nostras fideliter exequutioni demandaret, et ad hujusmodi effectum facultates omnes ad id nenessarias, et opportunas concessimus, atque tribuimus.

Preces porrectae pro deputatione alterius executoris apostolici.

§. 4. Cum vero Nobis idem Joannes princeps ac regens ante oculos posuerit, quod facilius, atque expeditius omnia in literis Nostris hujusmodi contenta ad effectum adducerentur, si ipsimet archiepiscopo in cujus dioecesi præfatum locum de villa Vicosa existit, dictarum literarum exequutio commissa fuisset.

Deputatio archiepiscopi Elborensis in executorem, praedictarum literarum.

§. 5. Nos considerantes quod prædictus Joannes princeps ac regens optime cogitaverit a Nobis hoc enixe efflagitando, literis præfatis quoad commissionem tantum specialiter et expresse derogantes, venerabilem fratrem modernum et pro tempore existentem archiepiscopum Elborensem in exequutorem earumdem literarum constituimus, et declaramus, eique facultates omnes tribuimus, et impertimur, quæ nuncio Nostro prædicto antea fuerant elargitæ, perinde ac si exequutio dictarum literarum ab initio archiepiscopo prædicto commissa fuisset.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 6. Decernentes præsentes Nostras literas semper et perpetuo validas, et efficaces existere, ac suos plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, ac specialem, et individuam mentionem etiam requirentibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus etiam, ut earumdem præsentium transumpta, sive exempla etiam impressa, manu alicujus notarii publici subscripta, et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munita eamdem ubique fidem, et auctoritatem obtineant in judicio, et extra, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ derogationis, commissionis, deputationis, decreti, ac facultatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, sexto kalendas octobris, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLII.

Dat. die 27 septembris 1803 anno IV.

Instante sodalitate sanctissimi Sacramenti civitatis Limanæ confirmatur rescriptum congregationis Rituum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum, sicut dilecti filii moderni moderatores sodalitatis sub titulo sanctissimi Sacramenti, sanctissimæ Trinitatis, et Conceptionis beatæ Mariæ Virginis in ecclesia sanctorum Petri, et Pauli civitatis Limanæ canonice, ut asseritur, erectæ Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quo in sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, ac eamdem Deiparam afficiuntur devotionis affectu, eorum cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor confirmationis rescripti sacrae congregationis Rituum.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, referente dilecto filio magistro Marco Antonio Cattaneo sacrorum rituum congregationis protonotario, venerabili fratri archiepiscopo Limano arbitrium auctoritate Nostra apostolica indulgendi, si ita ei expedire videbitur, ut quotannis in posterum in prædicta ecclesia in die proprio festi Conceptionis B. M. V., et per ejus octavam in omnibus missis ejusdem festi adhiberi possint paramenta, vestesque sacræ auro intertextæ, et colore cæruleo parce vermiculatæ: præterea, ut in una dominica cujusque mensis, non tamen primæ classis, in qua peculiari cultus significatione fit renovatio hostiæ consecratæ, celebrari possit una missa cum cantu votiva solemnis de sanctissimo Eucharistiæ sacramento. Tandem, quod a cappellano ipsius sodalitatis celebrari possit missa privata in altari, in quo est expositum sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, permittimus,

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima septembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLIII.

Dat. die 30 septembris 1803. anno IV.

Instante confraternitate animarum purgatorii Bracharensis, confirmatur instrumentum concordiæ inter eamdem confraternitatem ex una, et capitulum, ac canonicos cathedralis prædictæ ex altera partibus initæ.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Bracharensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Nomine dilectorum filiorum judicis, et officialium mensæ confraternitatis, quæ sub titulo animarum purgatorii in ista cathedrali ecclesia Bracharensi canonice, ut asseritur, extat erecta, nuper expositum Nobis est, quod, ut finis demum fieret magnis sumptibus, quos impendi opus fuit pro lite diu exagitata inter confraternitatem, et dilectos filios canonicum oeconomum fabricæ, et capitulum cathedralis prædictæ, concorditer conventum fuit hinc inde, restitui confraternitati plura utensilia, ac plura quoque declarari, assignarique ei jura pro cappella, et altari, pro sacristia, et utensilium custodia, pro missis, et functionibus, aliisque rebus, usibus, et commoditatibus, prout videre est in instrumento concordiæ hujusmodi die undecima augusti currentis anni solemni stipulatione confecto, et a partibus vicissim utrinque subscripto, cui fraternitatis etiam tuæ pro coronide accessit consensus. Ut autem isthæc concordia firmiter, perpetuoque subsistat, exponentes dictum instrumentum per Nos confirmari, ac apostolicæ auctoritatis Nostræ præsidio communiri vehementer desiderant;

Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac eos, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus prænarratis, recensitum instrumentum cum omnibus, et singulis in eo contentis, atque expressis, auctoritate Nostra apostolica adprobes, atque confirmes, ac ratum, confirmatumque declares, illique perpetuæ firmitatis apostolicæ robur adjicias, et omnes, ac singulos sive juris, sive facti defectus, si quos in eo quomodolibet intervenisse contigerit, suppleas, et sanes; Nos enim tibi ad id plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes propterea easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac iis quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis ad respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima septembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLIV.

Dat. die 30 septembris 1803 anno IV.

Confirmatur erectio scholarum piarum per episcopum Ferentinum facta pro puellis ejusdem civitatis instruendis, et respectivæ assignationes pecuniariæ a nonnullis confraternitatibus promissæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Pietatis, charitatisque opera, quæ a vigilantibus pastoribus, pro sibi concrediti gregis utilitate provide instituuntur, non modo laudanda, et promovenda esse ducimus, sed etiam auctoritate Nostra confirmare solemus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi itaque Nobis nuper fecit venerabilis frater Nicolaus archiepiscopus, episcopus Ferentinus, quod ipse pro eo, quo flagrat pastorali zelo, scholas publicas pro puellis, præsertim pauperibus, ut ipsæ etiam ad religionem, et femineas artes informentur, in dicta civitate erigere constituit sub directione, et regulis per se constitutis, seu constituendis, et pro circumstantiarum varietate per se quoque, et successores suos immutandis; ad quod salutare opus perficiendum, et perpetuandum dilecti filii moderni confratres confraternitatis sub titulo Spiritus Sancti annuam summam quinquaginta scutorum monetæ Romanæ, confratres alterius confraternitatis s. Antonii similiter vigintiquinque scutorum, alterius sanctissimi Sacramenti quindecim, ac tandem pariter confratres B.M.V. de Monte Carmelo summam annuam scutorum decem ex dictarum confraternitatum redditibus respective solvendas spoponderunt. Accessit quoque summa viginti scutorum annuorum detrahenda ad id ex redditibus pro juvenum dictæ civitatis eruditione destinatis, juxta visitatoris ipsius communitatis decretum editum, et successive per Nostram congregationem Boni Regiminis die vi. superioris mensis Augusti adprobatum. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, ut scholarum piarum hujusmodi institutio firmius subsistat, et prædictæ annuæ pecuniariæ assignationes solvantur exactius

apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio omnia muniri, ac alias, prout infra, sibi desuper per Nos indulgeri ipse Nicolaus episcopus desideret.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos ipsum exponentem in suo laudabili proposito, quantum cum Domino possumus, benigne confovere, ac specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, erectionem scholarum piarum hujusmodi pro puellis ab eodem Nicolao episcopo factam, seu faciendam sub directione, et regulis supradictis, nec non omnes, et singulas memoratas confratrum assignationes annuas, dictique visitatoris decretum auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac singulos, juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, sanamus, et supplemus.

Facultas imponendi annuam taxam super bonis ecclesiasticis.

§. 4. Insuper eidem episcopo, quatenus opus sit, pro meliori operis complemento, aliquam annuam taxam super redditibus monasterii monialium s. Claræ, aliarumque dictæ civitatis ecclesiarum imponendi, et exigi faciendi quascumque opportunas, et necessarias facultates, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, civitatis, confraternitatum, monasterii, et ecclesiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, ac personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis in decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima septembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLV.

Dat. die 30 septembris 1803 anno IV.

Ampliatio ad induendam, et exuendam vestem violaceam domi cum facultate addendi filum aureum funiculo serico, pro dignitatibus, et canonicis basilicæ Lauretanæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii dignitates, et canonici ecclesiæ basilicæ Lauretanæ, quod pridem sub certis modo, et forma tunc expressis sibi auctoritate apostolica indulsimus, ut ipsi vestem oblongam violaceam intra ecclesiam prædictam et in functionibus capitularibus dumtaxat gestare, libere, et licite possent, et valerent, ac alias, prout ex Nostris desuper in simili forma brevis die prima superioris julii expeditis literis, quarum tenorem præsentibus, pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus, fusius continetur. Verum quia, sicut in eadem expositione additum erat, ob localem eorum sacristiæ angustiam, perincommodum ipsis est vestem prædictam mutare, aliquam assumere, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut

infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes amplioribus favoribus, et gratiis prosequi volentes, atque eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, iisdem dignitatibus, et canonicis, ut ipsi pro iis vicibus dumtaxat, in quibus ad psallendum, vel celebrandum, aut sacras quascumque functiones in dicta basilica peragendas erit eundum, veste hujusmodi violacea in propria quisque domo se induere, illaque induti ecclesiam prædictam recta petere, rectaque domum ad eam deponendam, quin per urbem errent, redire, atque ita, et in hisce circumstantiis tam per publicas vias singulatim eandem oblongam violaceam vestem per publicas vias, non autem per officinas, aut alienas domos, vel alio gestare; nec non funiculum sericum, in quo crux, quam ante pectus appensam deferendam in dictis literis concessimus, est alliganda, ipsum funiculum auro intertextum, ita ut unum ejusdem funiculi filum aureum sit, alterum vero sericum nigrum cum flocculo similiter intertexto gerere libere, et licite possint, et valeant, servata in reliquis earumdem Nostrarum literarum forma, et dispositione, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in memoratis Nostris literis non obstare voluimus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima septembris, millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLVI.

Dat. die 10 octobris 1803 anno IV.

Literæ apostolicæ suppressionis nonnullorum beneficiorum alias expeditæ, et nuncio Lisbonensi pro exequutione commissæ nunc patriarchæ Lisbonensi committuntur.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Apostolica benignitate amplectere nunquam dubitavimus vota sæcularium principum, et interdum ad eorum preces nonnulla quamvis aliter a Nobis ordinata, libenti animo mutare non prætermittimus, quando illa congruis rationibus conspicimus expedire.

Expositio literarum jam expeditarum.

§. 2. Cum itaque per alias Nostras sub plumbo expeditas literas incipientes *Ineffabilis* datas apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo secundo, quinto decimo kalendas januarii pontificatus Nostri anno tertio ad supplicationem dilecti filii Alexandri de Souza et Holstein, dilectissimi in Christo filii Nostri Joannis Brasiliæ principis ac regnorum Portugalliæ, et Algarbiorum regentis apud Nos et apostolicam Sedem oratoris nomine ejusdem Joannis principis et regentis, moderno, et pro tempore existenti Nostro, et prædictæ Sedis apostolicæ nuncio in civitate Lisbonensi commoranti facultatem tribuimus, ut nonnullas dignitates, canonicatus, et dimidios canonicatus tam in patriarchali ecclesia Lisbonensi, quam in aliis cathedralibus ecclesiis prædictorum regnorum respective primo loco vacaturos supprimeret, et extingueret, illorumque fructus certis modo et forma in conventus fratrum ordinis sancti Francisci reformatorum sancti Petri de Alcantara nuncupatorum provinciæ de Arabida penes regium palatium de Mafra existentes, firmum et stabile subsidium converteret, prout in ante dictis, atque etiam in aliis incipientibus *Ingenua* pariter apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, quarto idus maji, pontificatus Nostri anno quarto, expedi-

tis literis plenius respective continetur.

Preces porrectae pro deputatione alterius executoris.

§. 3. Prædictus vero Joannes princeps, cum animo attentius cogitaverit, quod si literarum Nostrarum hujusmodi exequutio patriarchalis ecclesiæ Lisbonensis præsuli potius quam Nostro pro tempore existenti apostolico nuncio fuisset commissa, facilius omnia in literis prædictis contenta ad felicem exitum perducerentur.

Deputatio novi exemptoris in locum nuncii apostolici.

§. 4. Qua propter ejusdem Joannis principis ac regentis precibus Nos annuere volentes, literis præfatis illa in parte tantum specialiter et expresse derogantes venerabilem fratrem Nostrum modernum et pro tempore existentem patriarcham ecclesiæ Lisbonensis per præsentes in exequutorem earumdem literarum constituimus, et declaramus, eique facultates omnes tribuimus et impertimur, ut ipse, prout nuncio Nostro præfato antea commissum fuerat, expressa in eisdem literis Nostris vacatura beneficia ecclesiastica supprimenda designet, illorumque fructus in enunciati conventus, et ecclesiæ ac religiosorum stabilem manutentionem et substentationem, ut supra, convertere, atque ea omnia valeat peragere, quæ in literis prædictis eidem apostolico nuncio fuerunt mandata.

Decretum irritans.

§. 5. Has vero Nostras literas perpetuo validas et efficaces esse, ac suos integros effectus sortiri et obtinere, nec non ab omnibus firmiter et inviolabiliter observari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, ac specialem et individuam mentionem etiam requirentibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem præsentium Nostrarum literarum transumptis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si originaliter exhibitæ forent.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ derogationis, commissionis, deputationis, decreti, et facultatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, sexto idus octobris pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLVII.

Dat. die 15 novembris 1803 anno IV.

Suppressio perpetua commissariatuum congregationis s. Joannis De-Deo in Americanis provinciis Hispaniæ ditioni subjectis, et substitutio provincialium in eorum locum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Inscrutabili divinæ providentiæ consilio ad regendam Christi Ecclesiam, licet immerentes, constituti, Nostrarum partium intelligimus esse curas omnes, et sollicitudines Nostras eo convertere, unde non modo mala, si qua sunt a fidelibus, quantumfieri potest, arceantur, et amoveantur, verum etiam quæ eorum bono, utilitatique sunt, in eos provenire possint.

Ratio decernendae suppressionis.

§. 2. Quibus in cogitationibus dum dies, noctesque, quantum in Nobis est, sine intermissione versamur, accidit, ut carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus pro flagranti studio, quo in utilitates omnes, et commoda incensus est hominum regiæ suæ ditioni subjectorum, atque in primis eorum, qui morbis, atque infirmitatibus afflicti, et vexati, propter rerum omnium inopiam ad hospitalia confugere, atque in iis levamen, subsidiumque suis necessitatibus quaerere, ac postulare coguntur, cognoverit, hospitalia quædam ex eorum numero, quorum cura, et administratio congregationi fratrum sancti Joannis De Deo nuncupatorum credita est, et quæ in Americanis ipsius regis catholici ditionibus sunt constituta, eo in statu, ac conditione versari, ut aptior in iis, atque utilior earum rerum administratio constitui necesse sit, quæ ad levandos infirmos desti-

natæ sunt, idque tam circa prædia, quorum possessionibus jampridem gaudent, quam circa eleemosynas, quæ a fidelium pietate, ac charitate conferuntur, cognoveritque præterea, hanc aptioris, utiliorisque administrationis necessitatem ex eo maxime proficisci, quod nimis pauci sunt prædictæ congregationis sancti Joannis De Deo commissarii, et impares omnino sint prospiciendis, prævidendisque rebus omnibus, quæ sunt eorum muneris, ac necessariæ, præsertim in tanta, et tam dissita illarum regionum catholico regi subditarum amplitudine, ita, ut his ipsis de causis etiam concilium provinciale Mexicanum IV celebratum anno MDCCLXXI, cui venerabilis frater Noster cardinalis De Lorenzana nuncupatus, tunc archiepiscopus Mexicanus, præfuit, existimaverit, ac proposuerit, incommodis, quæ ob allatas causas in hospitalia proveniebant, auctoritate Sedis apostolicæ consulendum esse. Harum igitur cognitione permotus rex catholicus, pro ea, qua in subditos suos, præsertim pauperes, fervet charitate, humiliter Nobis supplicari fecit, ut malis hujusmodi remedium afferre, atque auctoritate Nostra apostolica providere dignaremur, et quo res succedere facilius, maturiusque posset, ipse quasdam Nobis proponi jussit rationes, quibus aptior illa, et utilior prædictorum hospitalium in rebus temporalibus administratio posset institui, prout latius in precibus nomine catholici regis ab ejusdem ministro plenipotentiario in hac alma urbe Nostra degente continetur.

Tenor decretæ suppressionis.

§. 3. Nos igitur piis, religiosisque ejusdem Caroli regis votis, quantum cum Domino possumus, pro Nostra in eum benevolentia annuere volentes, illud etiam in animo considerantes, congregationem prædictam sancti Joannis De Deo conflatam esse religiosis viris maxima ex parte laicis, qui solemni voto pauperibus infirmis omni ope juvandis se se dicant; motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, quemadmodum a præfata synodo Mexicana propositum fuerat, commissariatuum hujusmodi officia, seu gradus in dictis provinciis, et aliis ipsius Caroli regiis dominiis, Americanis dumtaxat, ut præfertur, existentibus abolemus, supprimimus, extinguimus, et perpetuo abrogamus, atque in eorum locum provinciales, et definitores provinciales, ut infra, eligendos, eo numero, et locorum intervallis, quæ ab episcopis tamquam specialiter ad id ab hac Sede apostolica delegatis, annuente rege catholico, magis expedire judicabuntur, substituimus, et subrogamus, cum iisdem facultatibus, præeminentiis, honoribus, et oneribus (cohærenter tamen ad ea, quæ infra statuemus) et auctoritatibus, quibus dicti commissarii generales pollebant. Statuentes, ut prædictorum provincialium electio libere a sexennio in sexennium fiat a religiosis vocalibus ipsius ordinis sancti Joannis De Deo juxta formam, et tenorem in constitutionibus ejusdem ordinis pro hujusmodi electionibus peragendis constitutum, præsidentibus eisdem episcopis, salva tamen, et integra remanente exemptione, et libertate electionis.

Subjectio hospitalium jurisdictioni suorum ordinariorum.

§. 4. Mandamus insuper, ut quæcumque ad hospitalium regimen, et eorumdem bonorum, et eleemosynarum administrationem dumtaxat pertinebunt, respectivorum ordinariorum pro tempore existentium utpote delegatorum apostolicorum directioni, curæ, et vigilantiæ subjiciantur, ita ut possint, ac debeant in id potissimum intendere, ne hospitalium redditus, et eleemosynæ prædictæ ad alios usus distrahantur, sed ad infirmorum, pro quibus datæ sunt, subsidium prorsus erogentur, utque præterea rationes bonorum, et eleemosynarum hujusmodi a dictis confratribus repetere possint, ac debeant, omninoque invigilent, atque attente provideant, ut dicti redditus quam optime, rectissimeque administrentur, erogenturque in utilitatem, subsidium, et levamen pauperum infirmorum, cæterosque fines, quorum gratia, vel a piis fundatoribus prædia, et bona legata fuerunt, vel a benefactoribus donata, qui manualibus quotidianis eleemosynis ad conservationem, incrementumque operis tam salutaris concurrunt, salvo semper jurepatronatus ad prædictum regem catholicum pertinente. In iis vero, quæ ad internum conventuum regimen, et ad conservationem, integritatem, incolumitatem, et obser-

vantiam disciplinæ regularis pertinent, volumus, et mandamus, ut prædicti confratres, priores, provinciales, definitores, et conventus quicumque in ea, in qua hactenus fuerunt a confratre majori in Hispania degente dependentia permaneant, et perseverent, et a quacumque respectivorum ordinariorum potestate exempti sint, juxta privilegia, quæ, ut præfertur, eidem ordini concessa fuerunt; ut, servata uniformi membrorum ab eodem generali capite dependentia, uniformitas quoque disciplinæ servetur, regularis observantia consistat, ac illius integritas, ipsiusque congregationis unitas habeatur.

Ampliatio facultatum dictorum ordinariorum pro recta administratione hospitalium.

§. 5. Præterea locorum ordinariis, quibus vigore præsentium, ut præfertur, cura invigilandi super recta quorumcumque redditnum dictorum hospitalium administratione demandata est, facultatem concedimus, utpote hujus sanctæ Sedis delegatis, cognoscendi in gradu appellationis de omnibus decretis, et provisionibus ad administrationem dictorum hospitalium pertinentibus tantum emanatis, aut emanandis, a provincialibus, et definitoribus eligendis, ut supra, quoad superiorem generalem dictæ congregationis in Hispania residentem recurratur, ita postulante dictorum decretorum, ac provisionum natura; quæ cum ad bonum publicum tam urgens, ac necessarium pertineant, qualis est infirmorum curatio, providendum est, ut quam celerrime fieri potest, executioni mandentur, quin eorum executio tamdiu retardetur, quandiu necessarium esset, si ante illorum executionem expectanda essent prædicti superioris generalis Hispani responsa, et decisiones; salva tamen, ac firma remanente ipsi superiori generali facultate cognoscendi, ac decidendi super quibuscumque aliis causis, et quæstionibus, quæ oriri possent circa internam conventuum disciplinam, et circa regimen communitatis religiosæ, itemque salva, et firma remanente prædicti ordinis, sive congregationis sub unico capite unitate. Ordinariis autem locorum, quibus ea cura demandata est, de qua supra, volumus, ut ad formam decretorum alias a congregatione concilii editorum, et a felicis recordationis Urbano pp. VIII prædecessore Nostro auctoritate apostolica confirmatorum, nihil prorsus solvatur, nec eorum officialibus pro rationibus exigendis, et cæteris præmissis exequendis, neque a visitatis procuratio sive in pecunia, sive in victualibus debeatur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio Nostro, et hujus apostolicæ Sedis nunc, et pro tempore existenti in Hispaniarum regnis nuncio, vel pro nuncio motu, et potestate similibus per præsentes committimus, et mandamus, quatenus ipse per se, vel per alium, seu alios præsentes Nostras literas, et in eis contenta quæcumque; ubi, et quando opus fuerit, et quoties pro parte dictorum archiepiscoporum, episcoporum, confratris majoris, definitorum provincialium, ac superiorum, et confratrum congregationis sancti Joannis De Deo hujusmodi, seu alicujus eorum fuerit requisitus solemniter publicans, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens faciat auctoritate Nostra apostolica easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque hujusmodi inviolabiliter observari; contradictores quoslibet, et rebelles per censuras ecclesiasticas, et poenas etiam pecuniarias, aliaque juris, et facti remedia auctoritate Nostra prædicta, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super iis habendis servatis processibus, censuras, et poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, auxiliumque brachii sæcularis ad hoc, si opus fuerit, invocando.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus super præmissis dumtaxat quibuscumque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis etiam speciali mentione dignis, nec non congregationis prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis sta-

tutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam motu simili, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xv. novembris MDCCCIII., pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLVIII.

Dat. die 11 novembris 1803 anno IV.

Indulgetur canonicis cathedralis Polensis, ut mantelletam, et vestem talarem, et parvam crucem gestare valeant in functionibus.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium

§. 1. In sanctæ apostolicæ Sedis fastigio, meritis licet imparibus, constituti ad statum ecclesiarum omnium, præsertim illustriorum, quarum Nobis a Domino commissa est sollicitudo, personarumque in eis Altissimo famulantium propensis studiis animum intendentes, illarum honorificentiæ, et decori eo libentius consulimus, quod ipsa quoque indumenta, et externa personarum hujusmodi ornamenta multum venerationis oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici ecclesiæ cathedralis civitatis Polensis, cathedralis ipsa templi structura, patrimonii amplitudine, sacrarum supellectilium copia, sacerdotum pietate, et doctrina, populi christiani devotione, et frequentia, ac præsertim antiquitatis laude ita floreat, ut in dicta civitate Constantinus magnus imperator, ejusque sancta mater Helena resedisse censeantur, multum splendoris, et ornamenti ad eamdem ecclesiam accederet, ac divinus cultus, populique devotio majora ibi susciperet incrementa, si ipsius cathedralis dignitates, et canonici, beneficiati, cappellani, et mansionarii præclaris decorationibus, novisque prærogativis donentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis cathedralis prædictæ, ut ipsi mantelletam, et vestem talarem violaceas, cum asulis et globulis ejusdem violacei coloris, ac parvam auream crucem magnitudine, et forma ab episcopali cruce prorsus discrepantem, fasciola serica rubea adligatam e collo ad pectus pendentem, in cujus antica ipsius sanctæ crucis alba effigies, in postica vero effigies beatæ Mariæ virginis in cœlum assumptæ ejusdem cathedralis patronæ insculpta sit, in choro, et processionibus, ac reliquis functionibus, et actibus publicis quibuscumque capitularibus, et (quoad vestem prædictam talarem dumtaxat) etiam in aliis sacris functionibus, et in missarum privatarum, ac solemnium celebra-

tione gestare; extra vero functiones hujusmodi eamdem crucem, et fasciolam sericam violaceam circa pilei fornicem obvolutam cum flocculis similibus, nec non collarem, cinctorium, et tibialia ejusdem violacei coloris in civitate, et diœcesi Polensi tantum deferre; beneficiatis autem, et cappellanis, ac mansionariis ipsius cathedralis, ut eam insigniam, quam vulgo zanfardam vocant, gestare in functionibus quibuscumque prædictis, atque omnes hujusmodi insigniis respective uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictasque dignitates, canonicos, beneficiatos, cappellanos, et mansionarios desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari, ac irritum, et inane, si secus a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis constitutionibus, et ordinationibus nec non dictæ cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta novembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



CCII.

Dat. die 22 novembris 1803 anno IV.

Indulgetur canonicis collegiatæ ecclesiæ oppidi Portus Mauritii Albinganensis diœcesis, ut rocchetum et cappam magnam gestare valeant in functionibus.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Quantum splendoris, ac venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum pro festorum, sacrarumque functionum varietate sacerdotibus suis præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est christiani populi frequentia, sacris ministris divinas laudes ibidem publice canentibus, cœlestesque angelorum choros imitantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici ecclesiæ collegiatæ oppidi Portus Mauritii, Albinganensis diœcesis, in qua quatuordecim canonici existunt, collegiata ipsa antiquitatis laude, sacerdotum probitate, et doctrina, populique frequentia, et devotione non parum floreat, multum honorificentiæ, et dignitatis ad ipsam accederet, divinusque cultus, fideliumque devotio majora ibi susciperet incrementa, si ejusdem collegiatæ canonici iisdem decorationibus donentur, quibus haud ita pridem dilectos filios dignitates, et canonicos collegiatæ ecclesiæ s. Blasii oppidi civitatis pariter nuncupati Finarii Savonensis diœcesis per Nostras desuper in simili forma brevis die xiv. septembris anni superioris expeditas literas donavimus; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et, ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis

quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus canonicis dictæ collegiatæ ecclesiæ Portus Mauritii, ut rocchetum, et cappam magnam violaceam, cum asulis, et globulis sericis cremisini coloris et cum pellibus armellinis coloris cineracei, vulgo color bigio, hyemali, æstivo autem tempore eamdem cappam magnam cum tela serica ejusdem violacei coloris sine dictis pellibus, ad instar canonicorum memoratæ collegiatæ s. Blasii, tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, aut perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima secunda novembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



CCL.

Dat. die 22 novembris 1803 anno IV.

Indulgetur canonicis collegiatæ Oneliæ Albinganensis diœcesis, ut rocchetum, et cappam magnam in functionibus gestare valeant.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Procemium.

§. 1. Quantum splendoris, ac venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro festorum, sacrarumque functionum varietate sacerdotibus suis præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est christiani populi frequentia, sacris ministris divinas laudes ibidem publice canentibus, cœlestesque angelorum choros imitantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Expositio precum.


§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici ecclesiæ collegiatæ oppidi civitatis nuncupati Oneliæ Albinganensis diœcesis, in qua tresdecim canonici existunt, collegiata ipsa antiquitatis laude, sacerdotum probitate, et doctrina, populique frequentia, et devotione non parum floreat, multum honorificentiæ et dignitatis ad ipsam accederet, divinusque cultus, fideliumque devotio majora ibi susciperet incrementa, si ejusdem collegiatæ canonici, iisdem decorationibus donentur, quibus haud ita pridem dilectos filios dignitates, et canonicos collegiatæ ecclesiæ sancti Blasii oppidi civitatis pariter nuncupati Finarii Savonensis diœcesis per Nostras desuper in simili forma brevis die xiv. septembris anni superioris expeditas literas donavimus; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis,

et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus canonicis dictæ collegiatæ Oneliæ, ut rocchetum, et cappam magnam violaceam cum asulis, et globulis sericis cremisini coloris, et cum pellibus armellinis coloris cineracei, vulgo color bigio, hyemali, æstivo autem tempore eamdem cappam magnam cum tela serica ejusdem violacei coloris sine dictis pellibus, ad instar canonicorum memoratæ collegiatæ sancti Blasii tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, aut perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit, attentari decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima secunda novembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



CCLI.

Dat. die 24 novembris 1803 anno IV.

Deputatio episcopi titularis ad exercenda pastoralia munia in loco del Paposo in Indiis.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium. §. 1. Dum Redemptor Noster Jesus Christus apostolis suis spiritum sapientiæ, et intellectus ad manifestandum gentibus magnalia Dei, et ad revelandum sedentibus in umbra mortis, quia ipse est Deus sæculorum conspector, misericorditer suscitavit in cordibus; Petrum, cui oves suas pascere injunxit, clavesque regni cœlorum tradidit, inter illos principem constituit, eique fidelium directionem ad viam salutis, uti supremum pontificem pertinere statuit; hinc Nos uti Petri successor ad universalis Ecclesiæ regimen, licet nullis suffragantibus meritis, Nostrisque viribus penitus impares a Christo Domino misericorditer constituti, officii Nostri debitum adimplere cupientes, quid animarum omnium saluti conferre valeat, mentis Nostræ acie sedulo considerare nunquam desistimus; ideoque dilectissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici piissimis desideriis obsecundantes, ut orthodoxæ fidei propagationi quoad vires Nostræ suppetunt, Deo opitulante, consulatur, muneris Nostri esse ducimus postulationibus hujusmodi clementer indulgere.

Expositio precum. §. 2. Cum itaque dilectus filius eques Antonius De Vargas y Laguna, apud Nos, et Sedem apostolicam ejusdem Caroli regis plenipotentiarius administer, nomine ipsius Caroli regis Nobis significaverit, quod usque ab anno Domini MDCCXC. eidem regi notitiam pervenit, eximia pietate, et labore dilecti filii Raphaelis Andreu y Guerrero presbyteri, in regno de Chile, centum leucarum intervallo a villa nuncupata de Copiapò, aliquos habitatores absque ullo catholicæ religionis auxilio, et deinde ad incognitas regiones aperto aditu

in medio deserti di Atacama nuncupati in loco pariter nuncupato del Paposo majorem habitatorum numerum respective inventum fuisse, quos idem Raphael orthodoxæ fidei præceptis erudiebat, et alios probabiliter inventum iri, atque idcirco putari necessarium, ut aliqua ecclesiastica persona designaretur, cui animarum iis in locis degentium cura a respectivis ordinariis committeretur, pro eo, quod attenta quatuorcentum leucarum distantia a præcipua civitate præfati regni, nullo alio modo spirituale auxilium animabus hujusmodi opportune posset subministrari.

Ratio concessionis.

§. 3. Cumque idem Carolus rex optime agnoverit, quod populi isti de potestate tenebrarum erepti, et ad gratiam coruscantis luminis sempiterni perducti, e remotissimis illis locis ad respectivos antistites eorum preces nisi magnis incommodis, et animarum quoque periculis transmittere minime valerent, ideo juxta votum etiam venerabilis fratris episcopi sancti Jacobi de Chile, ad cujus diœcesim magna locorum hujusmodi pars pertinet, spirituali earumdem profectui opportunum videretur, personam ecclesiasticam ad erudiendos tales populos deputatam episcopali dignitate insigniri, ut animarum populorum curæ supradicti s. Jacobi de Chile, et infrascriptorum episcoporum commissorum, congruo regimini, illorum vice valeret consulere.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos itaque pastorali sollicitudine, votis ejusdem Caroli regis superius expositis propensius annuentes, ac in præmissis omnibus providere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, maturaque deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ad omnipotentis Dei laudem, et gloriam, ac fidei catholicæ propagationem præcipimus, atque statuimus, ut in super expressis locis ad diœceses de Plata vulgo Charcas, s. Jacobi de Chile, Tucumanam, et de Arequipa respective pertinentibus, unus presbyter vel sæcularis, vel cujusvis ordinis regularis in theologia, seu decretis graduatus, habilis, et idoneus per ipsum Carolum, et pro tempore existentem Hispaniarum regem catholicum semper, et etiam pro hac prima vice nominandus, ac per Nos, et Romanum pontificem, ad episcopalem ecclesiam titularem promovendus, qui præcipue in portibus et oris sancti Nicolai, et Beatæ Mariæ Virginis del Paposo resideat, illiusque populi tam christiani, quam gentilis, nec non oppidorum, terrarum, et locorum in eorumdem territoriorum limitibus, terminis, et locis præfatis consistentium respective spiritualem curam nomine, ac vice respectivorum ordinariorum ex eorum speciali delegatione habere, et inibi prædicare, ac etiam per alias personas ecclesiasticas ab eo deputandas prædicari facere, gentilesque prædicti, ut ad orthodoxæ fidei cultum convertantur studere, et conversis, in eadem fide confirmare, atque baptismi gratiam, et confirmationis, nec non matrimonii, et sacrorum quoque ordinum sacramenta impendere, et tam illis sic conversis, quam omnibus aliis fidelibus in territoriis hujusmodi, eorumque respective oppidis, terris, villis, locis, ac limitibus pro tempore degentibus, et ad ea declinantibus omnia spiritualia munera tamquam deputatus in auxilium supradictorum archiepiscopi, et episcoporum, atque uti ipsorum archiepiscopi, et episcoporum, nec non etiam Sedis apostolicæ specialis delegatus in hujusmodi locis respective ministrare, et administrari quoque facere, et procurare possit, et valeat. Ita ut ipse omnia, et singula, quæ ad divini cultus augmentum, et ad animarum salutem expedire cognoverit, quæque archiepiscopus, et episcopi antedicti facere possent, ac deberent, in iis locis nomine, ac vice eorumdem archiepiscopi, et episcoporum, atque uti ab iis specialiter respective delegatus gerere possit, ac debeat, assignata tamen per dictum Carolum Hispaniarum regem annua summa ab ærario regio hujusmodi episcopo titulari in prædictorum antistitum auxilium deputato pro ejus congrua substentatione persolvenda.

Protestatio super assensu praebendo ab episcopis.

§. 5. Minime vero dubitamus quin moderni, et pro tempore existentes archiepiscopus de plata vulgo Charcas, et sancti Jacobi de Chile, de Tucuman, et de Arequipa respective episcopi hujusmodi dispositioni Nostræ catholicæ religionis incrementum, et spiritualem populorum salutem unice respicienti libentissime sint assensuri, ac tali episcopo titu-

lari in eorum auxilium designato facultates omnes respective delegaturi sint, quæ ad bonum perficiendum opus necessaria erunt, atque opportuna.

Injunctiones speciales servandae ab episcopo titulari.

§. 6. Antedicto autem episcopo titulari in prædictorum archiepiscopi, et episcoporum auxilium deputato injungimus, ut loca existentia in territorio ipsius curæ a memoratis antistitibus delegato, et ab infrascripto præsentium Nostrarum literarum executore declaranda, quantum fieri poterit, pastorali visitatione perlustret; in quem finem liberum ipsi erit unam aut alteram locorum partem eligere, ac certioratis de causa sui itineris tam episcopo diœcesano, quam regio vice patrono, ut opportuna unusquisque valeat ei auxilia præstare, sese ad eam transferre, in eaque per tempus judicio suo congruum permanere, et iter hac, vel illac prosequi ad curandum illorum habitatorum spirituale bonum, absque eo, quod aliquis ex præfatis archiepiscopo, et episcopis, vel quisvis alius ullam possit in hoc ipsi afferre molestiam, vel impedimentum. De statu vero eorumdem locorum, ac præsertim de baptizatorum numero, de catholicorum matrimoniis, de clericorum ordinatione, deque aliis præcipue ecclesiasticis negociis, cum primum commode juxta opportunitates identidem se se præbeat occasio, archiepiscopum, et episcopos supradictos respective certiores reddere omnino debeat; itemque de peractis suis itineribus, de rebus aliis illa spectantibus teneatur scientes facere vice reges, gubernatores, aliosque regios superintendentes illarum partium, ut hoc pacto nulla ei desint consilia, et adjumenta ad hujusmodi pium opus, etiam juxta catholici regis vota feliciter prosequendum.

Deputatio episcopi titularis in legatum sanctae Sedis.

§. 7. Nos enim ut animarum saluti in remotis illis regionibus, quovis modo, ac tempore opportune consultum sit hujusmodi titulari episcopo in antedictorum archiepiscopi, et episcoporum auxilium deputato in singulis casibus, in quibus vel tempus, vel modus ei non suppetat potestatem habendi delegatam ab archiepiscopo, et episcopis respective supramemoratis, licentiam, et auctoritatem tribuimus, ut ipse tamquam ab hac quoque apostolica Sede deputatus, facultates tam ordinarias, quam extraordinarias occasione præsertim visitationis pastoralis, etiam quoad sacros ordines, et matrimonia, eorumdem archiepiscopi, et episcoporum vice, ac nomine exercere libere, ac licite valeat, quæ a præfatis archiepiscopo, et episcopis essent respective exercenda.

Facultas concessa regi catholico nominandi executorem apostolicum.

§. 8. Ut perfecte demum pia vota ipsius Caroli regis ad exitum perducantur, et ea omnia, quæ præsentibus Nostris literis disposuimus magis fideliter observentur, idoneam personam in ecclesiastica dignitate constitutam, quæ a memorato catholico rege nominabitur in earumdem literarum exequutorem deputamus, et juxta instructiones ei ab ipso Carolo rege tradendas territorium, et loca expresse declaret, in quibus antedictus episcopus titularis in auxilium archiepiscopi, et episcoporum prædictorum designatus, pastoralia officia eorum vice debeat exercere, atque archiepiscopum, et episcopos supradictos de hisce Nostris literis certiores reddat. Ad hoc vero ut nullum talis boni operis expedito progressui obstet impedimentum, eidem personæ ecclesiasticæ ab ipso rege nominandæ omnes ad hunc effectum necessarias, et opportunas tribuimus facultates.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Decernentes præsentes Nostras literas validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, etiamsi quicumque cujuscumque gradus, dignitatis, conditionis, aut præeminentiæ, in præmissis, et circa ea quomodolibet, et ex quavis causa, ratione, et actione vel occasione, jus, vel interesse habentes, aut habere prætendentes, illis aut plenissime, aut minime consenserint, aut ad id vocati, et auditi, et causæ propter quas eaedem præsentes emanaverint, adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut jus, vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio substantiali, etiam individuam mentionem, et expressionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, aut in jus vel controversiam vocari, aut adversus

illam quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu proprio similiter concesso, et impetrato, vel emanato uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, sed eas validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere. Sicque et non alias in præmissis omnibus per quoscumque judices etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem S.R.E. cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuntios, et alios quoscumque quavis auctoritate, potestate, prærogativa, et privilegio, ac præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, seu instantia judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus omnibus etiam cancellariæ Nostræ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, aliisque etiam in synodalibus, provincialibusque, et universalibus conciliis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictarumque de Plata, seu Charcas, sancti Jacobi de Chile, Tucumanæ, et de Arequipa respective ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eisdem ecclesiis, seu earum præsulibus pro tempore existentibus, ac quibusvis aliis personis sub quibuscumque tenoribus, et formis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis specialis, specifica, expressa, et individua mentio facienda, aut aliqua alia forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, eisdem præsentibus, perinde ac si, nihil omisso, hic inserti forent, pro insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, et expresse motu simili derogamus, ac derogatum esse decernimus, contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 11. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus publici notarii, aut alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ subscriptis, et sigillo munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostri decreti, declarationis, derogationis, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, octavo kalendas decembris, pontificatus Nostri anno quarto.

CCLII.

Dat. die 24 novembris 1803 anno IV.

Deputatio suffraganei seu vicarii in loco del Paposo pro conversione infidelium in deserto di Atacama nuncupato.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Dum redemptor Noster Jesus Christus apostolis suis spiritum sapientiæ et intellectus ad manifestandum gentibus magnalia Dei, et ad revelandum sedentibus in umbra mortis, quia ipse est Deus sæculorum conspector, misericorditer suscitavit in cordibus; Petrum illum, cui oves suas pascere injunxit, clavesque regni coelorum tradidit, inter illos principem constituit, eique fidelium directionem ad viam salutis uti supremum pontificem pertinere statuit: hinc Nos ad universalis Ecclesiæ regimen, licet nullis suffragantibus meritis, Nostrisque viribus penitus impares, a Christo Domino misericorditer constituti, officii Nostri debitum adimplere cupientes, quid ma-

jori Dei cultui, et gloriæ, quid animarum saluti conferre valeat, mentis Nostræ acie seduló considerare nunquam desistimus, ideoque dilectissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici piissimis desideriis obsecundantes, ut orthodoxæ fidei propagationi quoad vires Nostræ suppetunt Deo opitulante consulatur, muneris Nostri esse ducimus postulationibus hujusmodi clementer indulgere.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque dilectus filius eques Antonius de Vargas y Laguna, apud Nos et Sedem apostolicam ejusdem Caroli regis plenipotentiarius administer, nomine ipsius catholici regis Nobis significaverit, quod usque ab anno Domini millesimo septingentesimo nonagesimo, eidem regi notitiam pervenit, eximia pietate et labore dilecti etiam filii Raphaelis Andreu y Guerrero presbyteri, in regno de Chile nuncupato, centum leucarum intervallo a villa nuncupata de Copiapò, aliquos habitatores absque ullo catholicæ religionis auxilio, et deinde ad incognitas regiones aperto aditu, in medio deserti di Atacama nuncupati in loco pariter nuncupato del Paposo majorem habitatorum numerum respective inventum fuisse, quos idem Raphael orthodoxæ fidei præceptis erudiebat, ita ut necessarium fore putaretur, aliquam ecclesiasticam personam designare, cui animarum iis in locis degentium cura committeretur, pro eo quod attenta quatuorcentum leucarum distantia a præcipua civitate præfati regni, nullo alio modo spirituale auxilium animabus hujusmodi subministrari potuisset.

Ratio concessionis

§. 3. Cumque idem Carolus rex optime agnoverit quod populi isti de potestate tenebrarum erepti, et ad gratiam coruscantis luminis sempiterni perducti, e remotissimis illis locis ad respectivos antistites eorum preces nisi magnis incommodis, et animarum quoque periculis recurrere minime potuissent, ideo juxta votum etiam venerabilis fratris episcopi sancti Jacobi de Chile ad cujus diœcesim major locorum hujusmodi pars pertineret spirituali earumdem profectui opportunum videretur personam ecclesiasticam ad erudiendos tales populos deputatam episcopali dignitate insigniri, ut animarum populorum suæ curæ commissorum congruo regimini valeret consulere.

Tenor concessionis

§. 4. Nos itaque pastorali sollicitudine votis ejusdem Caroli regis superius expositis propensius annuentes, ac in præmissis omnibus providere volentes motu proprio et ex certa scientia, maturaque deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ad omnipotentis Dei laudem et gloriam, ac fidei catholicæ propagationem, præcipimus atque statuimus, ut loca illa, quæ divisim ad diœceses de Plata vulgo Charcas, sancti Jacobi de Chile, Tucumanam, et de Arequipa respective pertinerent, ex nunc et in posterum distincta remaneant, iisque in locis unus presbyter vel sæcularis vel cujusvis ordinis regularis in theologia seu decretis graduatus, habilis et idoneus per ipsum Carolum, et pro tempore existentem Hispaniarum regem catholicum, etiam pro hac prima vice deputandus, per Nos ac Romanum pontificem ad episcopalem ecclesiam titularem promoveatur; qui præcipue in portibus, et ecclesia sancti Nicolai, et beatæ Virginis del Paposo resideat, illiusque populi tam christiani, quam gentilis, nec non oppidorum, terrarum, et locorum in eorumdem territoriorum limitibus, terminis et locis præfatis consistentium, respective spiritualem curam habere, et inibi prædicare, ac etiam per alias personas ecclesiasticas ab eo deputatas prædicari facere, gentilesque præfati, ut ad orthodoxæ fidei cultum convertantur studere, et conversis in eadem fide confirmare, atque baptismi gratiam, ac confirmationis, nec non sacrarum quoque ordinum sacramenta impendere, et tam illis sic conversis, quam omnibus aliis fidelibus in territoriis hujusmodi, eorumque respective oppidis, terris, villis, locis, ac limitibus pro tempore degentibus, et ad ea declinantibus omnia spiritualia munera tamquam locorum hujusmodi specialis delegatus ordinarius, nomine ac vice supradictorum archiepiscopi et episcoporum, etiam absque ulla expressa eorumdem licentia ministrare, et administrari quoque facere et procurare possit et valeat.

Jurisdictio concessa novo vicario.

§. 5. Ac denique ipsum tamquam archiepiscopi, et episcoporum

prædictorum suffraganeum, et vicarium specialiter a Sede apostolica deputatum cum plena, libera, et omnimoda spirituali, et ecclesiastica, ac ordinaria jurisdictione in foro tam interiori, quam exteriori, omniaque et singula alia, quæ archiepiscopus et episcopi antedicti iis in locis ac territoriis præfatis habere, gerere, et exercere deberent, similiter et pariformiter, nullaque prorsus differentia, prout divini cultus augmento, et populi animarum saluti expedire cognoverit, respective gerere, facere, et exequi; assignata tamen per dictum Carolum Hispaniarum regem annua summa ex aerario regio, suffraganeo, et vicario hujusmodi pro tempore existenti pro congrua ipsius substentatione persolvenda, de apostolicæ potestatis plenitudine declaramus.

Monitum ad electum vicarium, seu suffraganeum.

§. 6. Hujusmodi autem suffraganeo seu vicario præcipimus, et mandamus, ut omni diligentia studeat idoneos, ac dignos presbyteros assumere in exercitium curæ illarum animarum, utque loca in territorio sibi assignato, prout fieri poterit visitare, in quem finem liberum omnino ei erit unam potius aut alteram locorum partem eligere, et ad eam sese conferre, in eaque per tempus pro suo judicio congruum permanere, ac iter prosequi ad curandum illorum habitatorum spirituale bonum, absque eo quod aliquis ex præfatis archiepiscopo, vel episcopis, seu quisvis alius ullam possit in hoc ipsi afferre, aut molestiam aut impedimentum, et de statu eorumdem locorum, ac præsertim de baptizatorum numero, de catholicorum matrimoniis, de clericorum ordinatione, deque aliis præcipuis ecclesiasticis rebus identidèm juxta opportunitates, cum commoda sese præbeat occasio, archiepiscopum, et episcopos supradictos, certiores respective reddere omnino debeat, et teneatur: atque insuper de memoratis suis itineribus, deque causis illa spectantibus scientes faciat vicereges, gubernatores, aliosque regios superintendentes illarum partium, ut nulla ei desint consilia et adjumenta ad hujusmodi pium opus etiam juxta catholici regis vota feliciter prosequendum.

Deputatio executoris apostolici.

§. 7. Minime vero dubitamus quod moderni et pro tempore existentes archiepiscopus de Plata vulgo Charcas, et sancti Jacobi de Chile, de Tucumana, et de Arequipa respective episcopi, hujusmodi dispositioni Nostræ, catholicæ religionis augmentum, et spiritualem animarum salutem tantummodo respicientes, consensum non sint præbituri; verumtamen hujusmodi mandata, ut perfecte absolvantur, ac ad felicem perducantur exitum, venerabili fratri Antonio S. R. E. presbytero cardinali de Sentmanat y Cartellà nuncupato patriarchæ Indiarum committimus, ut ipse per se, vel alium, seu alios ad hoc specialiter subdelegandum, vel subdelegandos, dicto suffraganeo et vicario, loca et limites suæ jurisdictionis assignet, quodque archiepiscopum et episcopos supradictos de hisce Nostris literis certiorando, assensum ab unoquoque eorum pro memorati suffraganei, et vicarii deputatione exquirat. Nos enim si contingat aliquem ex iis irrationabiliter ab hujusmodi statutis providentiis dissentiri, ipsius consensui de apostolicæ potestatis plenitudine derogatum esse decernimus; atque ne ullum talis boni operis expedito progressui obstet impedimentum, ex nunc dictum suffraganeum et vicarium, ad liberum plenæ ordinariæ jurisdictionis exercendum munus habilitando, singulas ad id necessarias, et opportunas tribuimus facultates. Præterea si forte accidat, quod minime putamus, aliquas circa res in hisce Nostris literis dispositas oriri quæstiones, volumus ut præfatus cardinalis patriarcha vel ejus subdelegatus, aut subdelegati, eas absque mora dijudicent, solvantque difficultates, et dissentiones component, ea forma, qua ad orthodoxæ fidei propagationem magis in Domino judicaverint expedire.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes præsentes literas validas, et efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ex quocumque capite, vel qualibet causa, quantumvis juridica, etiamsi quicumque cujuscumque gradus, dignitatis, conditionis, aut præeminentiæ, in præmissis et circa ea quomodolibet, et ex quavis causa, ratione, et actione, vel occasione, jus vel interesse habentes, aut habere prætendentes, illis aut plenissime aut minime consenserint, aut ad id vocati, et audi-

ti, et causæ propter quas eaedem præsentes emanaverint, adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint, de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut jus vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio substantiali, etiam individuam mentionem et expressionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, aut in jus vel controversiam vocari, aut adversus illam quodcumque juris vel facti aut gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu proprio similiter concesso et impetrato vel emanato uti, seu se juvare in judicio vel extra posse, sed eas semper validas et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere. Sicque et non alias in præmissis omnibus per quoscumque judices etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, ac alios quoscumque, quavis auctoritate, potestate, prærogativa et privilegio ac præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate in quocumque judicio, seu instantia judicari et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane etiam decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 9. Non obstantibus omnibus etiam cancellariæ Nostræ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet editis vel edendis, etiam in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis dictarumque de Plata seu Charcis, sancti Jacobi de Chile, Tucumana, et de Arequipa respective ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eisdem ecclesiis seu earum præsulibus pro tempore existentibus, ac quibusvis aliis personis sub quibuscumque tenoribus et formis in genere vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis etiamsi de illis specialis, specifica, expressa et individua mentio facienda, aut aliqua alia forma ad hoc servanda foret, eorum tenores eisdem præsentibus, perinde ac si nihil omisso hic inserti forent, pro insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter et expresse motu simili derogamus; ac derogatum esse decernimus, contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 10. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus publici notarii, aut alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ subscriptis, ac sigillo munitis, eadem prorsus fides in judicio et extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Sanctio poenalis. §. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostri decreti, statuti, declarationis, derogationis, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, octavo kalendas decembris pontificatus Nostri anno quarto.



Dat. die 24 novembris 1803 anno IV.

CCLIII.

Episcopales ecclesiæ de Cuba, et de Benecuela in archiepiscopales eriguntur.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. In universalis Ecclesiæ regimine semper cordi fuit Romanis pontificibus, decori et ornamento ecclesiasticæ hierarchiæ opportuna forma prospicere, quod ut facilius assequerentur, eorum qui in partem apostolicæ sollicitudinis vocati sunt sedes ad varios per orbem catholicum gradus sustollere consueverunt; ita Nos etiam prædecessorum Nostrorum vestigia sectantes aliquas ex iis sedibus sublimiori titulo decorare, et peculiaria illis insignia elargiri expediens in Domino arbitramur.

Expositio precum porrectarum a rege catholico.

§. 2. Nomine dilectissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici nuper Nos animadvertere studuit dilectus filius eques Antonius de Vargas y Laguna, apud Sedem apostolicam ejusdem Caroli regis plenipotentiarius administer, quod post cessionem insulæ sancti Dominici ab eodem Carolo rege peractam favore Gallicanæ reipublicæ, vigore concordatorum inter Carolum regem prædictum, et ipsius reipublicæ consules initorum, episcopales ecclesiæ illæ, quæ suffraganeæ metropolitanæ ecclesiæ sancti Dominici antea erant assignatæ, similem metropolitanum intra fines dominii ejusdem catholici regis non amplius in posterum haberent, quodque ut populi omnes eisdem ecclesiis subiecti, eidemque Carolo regi obtemperantes, facilius in necessitatibus ad metropolitanum appellare, ejusque auxilium, si ratio postulet implorare opportune valerent, opportunum videtur eas a metropolitico jure præfatæ ecclesiæ sancti Dominici abdicare, et deinde vel alicui archiepiscopatui subijcere, vel etiam earum unam vel plures ad archiepiscopalis ecclesiæ gradum extollendo, alias in suffraganeas eisdem designare.

Ratio decernendae novae erectionis.

§. 3. Et subinde cum ipse Carolus rex catholicus semper excogitaverit ea omnia in suis regnis statuere, quæ tam bono catholicæ religionis expedirent, quam populis sibi subditis commoditatem tribuerent; ideo si una de Cuba, et altera de Benecuela vulgo Caraccas respective episcopales ecclesiæ ad archiepiscopalium ecclesiarum gradum eveherentur, et ad illam de Cuba, alias sancti Christophori de Havana, et de Portorico, ad alteram vero de Benecuela vulgo Caraccas, aliam de Guajana respective episcopales ecclesias in earum respective ecclesias suffraganeas assignarentur, personarum tam ecclesiasticarum, quam laicarum in illis partibus degentium necessitatibus optime occurreretur.

Idem ut supra

§. 4. Quin immo in eumdem finem cum episcopalis ecclesia Emeritensis vulgo de Maracaibo, archiepiscopatui s. Fidei suffraganea, magno locorum intervallo a suo metropolitano disjuncta sit, ad diœcesanos omnes præfatæ ecclesiæ Emeritensis commodum afferendum si ecclesia ipsa episcopalis a metropolitica subjectione archiepiscopi s. Fidei subduceretur, et una cum prædicta ecclesia de Guayana novo archiepiscopatui de Benecuela tamquam ejus suffraganea subijceretur, opportune respective populorum commoditati foret consultum.

Tenor concessionis.

§. 5. Zelo itaque antedicti catholici regis, quo pro ecclesiarum splendore, et populorum utilitate, ac rerum omnium expedito ordine, incensum aspicimus, apostolica auctoritate libenter accurrentes motu proprio et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine antedictas de Cuba, de Benecuela, s. Christophori de Havana, de Portorico, et de Guayana respective episcopales ecclesias antea archiepiscopatui s. Dominici in suffraganeas assignatas, a superioritate, jurisdictione, et metropolitica subjectione præfati archiepiscopatus s. Dominici, ad præsens vacantis, et extra catholici regis ditione existentis, sejungimus, et abdicamus, ac in posterum separatas, et minime archiepiscopatui prædicto subjectas esse volumus atque decernimus.

Exemptio a jurisdictione archiepiscopi.

§. 6. Ad hoc pariter ut juxta superius expressa præfati regis desideria, commoditati populorum in diœcesi Emeritensi vulgo, ut diximus, de Maracaibo degentium, quorum episcopalis ecclesia, ut præfertur, metropolitico jure archiepiscopalis ecclesiæ s. Fidei subjacet, opportune provideatur, antedictam quoque ecclesiam episcopalem Emeritensem a metropolitica subjectione, jurisdictione, et superioritate tam ipsius archiepiscopalis ecclesiæ s. Fidei, quam illius pro tempore existentis archiepiscopi, ex nunc et in posterum, modo tamen et forma infrascriptis etiam similiter eximimus et liberamus, ac minime eidem subjectam esse censeri mandamus.

Erectio novarum sedium archiepiscopalium.

§. 7. Episcopales profecto ecclesiæ superius expressæ, sic abdicatæ, et a metropolitica subjectione suorum archiepiscoporum liberatæ, unam et alteram earum videlicet de Cuba, et de Benecuela, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, et Beatissimæ Virginis Mariæ, ac sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, nec non fidei catholicæ exaltationem, totiusque militantis Ecclesiæ decus, in ecclesias archiepiscopales, et sedes illas usquemodo episcopales, in archiepiscoporum sedes, pro duobus archiepiscopis, qui pallii, et crucis usum more aliorum archiepiscoporum habeant, aliisque gaudeant privilegiis, honoribus, et prærogativis similibus archiepiscopis debitis, et concessis, quibus primi, ac successive protempore existentes illarum ecclesiarum archiepiscopi uti, frui, potiri, et gaudere libere et licite possint et valeant, ac etiam debeant, apostolica Nostra auctoritate, ipsarum tenore præsentium, perpetuo erigimus, et instituimus, ac nomine, titulo, insigniis, et honore archiepiscopali respective decoramus. Nec non dictarum ecclesiarum præsules usque modo episcopi, eorumque respective successores pro tempore existentes in archiepiscopos declaramus; ita quod ipsi absque alia de illarum ecclesiarum de novo facienda provisione, et præfectione, unum in de Cuba, et alterum in de Benecuela respective archiepiscopos præfectos esse intelligantur. Præterea eisdem archiepiscopis, suisque successoribus, ut ipsi, et illorum quilibet omnia et singula, quæ ad similes archiepiscopos in eorum civitatibus, et diœcesibus ad archiepiscopale munus exercendum, de jure vel consuetudine, aut alias quoquomodo spectare, et pertinere solent, et debent, gerere, facere, exercereque libere et licite possint, plenam et omnimodam auctoritatem, tenore præsentium concedimus et impertimur.

Assignatio ecclesiarum suffraganearum.

§. 8. Alteras postmodum, videlicet s. Christophori de Havana, de Portorico, de Guayana, et Emeritensem respective episcopales ecclesias, jam per Nos ut supra a metropolitico jure, et respectiva subjectione suorum archiepiscoporum exemptas et liberatas, ad hoc ut ecclesiasticæ hierarchiæ in catholico orbe semper omnibus in rebus servetur ordo, illas nempe s. Christophori de Havana, et de Portorico in archiepiscopalis ecclesiæ de Cuba, alteras vero de Guayana, et Emeritensem, respective episcopales ecclesias, in alterius archiepiscopalis ecclesiæ de Benecuela respective suffraganeas assignamus, et prædictarum episcopalium ecclesiarum præsules, ac loca omnia, personasque tam ecclesiasticas quam laicas in earum respective diœcesibus existentes, pro tempore existentium archiepiscoporum antedictarum de Cuba et de Benecuela respective archiepiscopalium ecclesiarum, metropolitico jure per easdem præsentes perpetuo subijcimus, atque supponimus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 9. Quamobrem ut omnia et singula per has Nostras literas disposita exequutioni debitæ, absque longa mora demandentur, venerabili fratri Antonio S. R. E. presbytero cardinali de Sentmanat y Cartellà nuncupato, patriarchae Indiarum committimus, ut sive per se, sive per alium aut alios ab eo deputandum aut deputandos, quibuslibet interesse habentibus, præsentia Nostra decreta communicet, ac venerabilis fratris archiepiscopi s. Fidei consensum exquirat, omniaque agat, quæ ad plenarium singularum rerum consequendum effectum necessaria, et opportuna cognoverit. Nos enim, si præfatus archiepiscopus s. Fidei ad id assentiri irrationabiliter renuerit, ejusdem et aliarum quarumcumque ecclesiasticarum personarum assensum supplentes, illi ex nunc apostolica auctoritate derogatum esse declara-

mus; prædictoque Antonio cardinali et patriarchæ amplam ad supradicta omnia integre exequenda tribuimus potestatem.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 10. Omnia autem et singula in hisce Nostris literis contenta, nullo unquam tempore, etiam ex eo quod causæ propter quas hæc gesta fuere, examinatæ, verificatæ, et approbatæ, ac antedictarum ecclesiarum antistites, earumque capituli et alii quicumque in eis interesse habentes, ad id vocati non fuerint, nec præmissis consenserint, sive alias ex quibuscumque causis juridicis, et legitimis, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio vel intentionis Nostræ, seu quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, in jus vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, vel adversus illas quodcumque juris vel facti, aut gratiæ remedium etiam aperitionis oris impetrari posse; nec sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per Nos, seu Romanos pontifices successores Nostros sub quibusvis expressionibus et formis etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus pro tempore faciendis comprehendi cultus et ecclesiastici ordinis decore et augmento concessas semper ab illis excipi, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere debere. Sicque per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, aut nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate judicari, et definiri debere mandamus, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum prorsus et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non quorumcumque Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum super authoritate, et usu pallii editis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, omniumque et singularum super expressarum, tam archiepiscopalium, quam episcopalium ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eisdem ecclesiis, illarumque respectivis præsulibus, nec non dilectis etiam filiis illarum capitulis et canonicis, aliisque personis etiam speciali mentione dignis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, nec non irritantibus et aliis decretis etiam motu pari, ac consistorialiter, aut alias quomodolibet etiam pluries concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, earumque totis tenoribus specialis, expressa et individua mentio, seu quævis alia expressio habenda foret: tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, præsentibus inserti forent, pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, plenissime, ac specialiter et expresse motu pari hac vice derogamus, contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 12. Præterea volumus quod earumdem præsentium transumptis etiam impressis, charactere notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ iisdem præsentibus adhiberetur, si exhibitæ forent vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ disjunctionis, divisionis, separationis, abdicationis, erectionis, subjectionis, decreti, statuti, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, octavo kalendas decembris pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 29 novembris 1803 anno IV.

CCLIV.

Communicantur nuncio apostolico Hispaniarum facultates ad restituendam regularem observantiam in provincia sancti Joannis Evangelistæ in insulis Azoriis ordinis minorum sancti Francisci de observantia.

Venerabili fratri Laurentio Archiepiscopo Nisibensi Nostro, et apostolicæ Sedis, in Portugalliæ, et Algarbiorum regnis nuncio.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§.1. Exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii minister provincialis, et definitores moderni fratrum ordinis s. Francisci de observantia nuncupatorum provinciæ s. Joannis Evangelistæ in Azoriis insulis Augrensis diœcesis, quod ipsi magna cum amaritudine cordis plures in eamdem provinciam irrepsisse intuentur abusus, præsertim adversus paupertatis vota, et disciplinæ regularis præcepta, cum eo usque perventum sit, ut linea sub habitu indusia gestentur, et nummi tamquam proprii retineantur, ac non sine etiam aperto dedecore dissipentur. Hinc ne per exempla hujusmodi palam grassantia laxiores fiant in diem habenæ conscientiis, zelo ipsi religiosæ observantiæ incensi validum tanto malo, ac in tanta regionis distantia opportunum a Sede hac apostolica efflagitantes remedium, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut providere sibi, ac ut infra indulgere, de apostolica benignitate dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes, eorumque singulos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut constito tibi prius de narratis, eisdem exponentibus per ea, quæ magis quoad præmissa ad regulam, et professionem religiosam in utriusque sexus cœnobiis, et monasteriis prædictæ provinciæ subjectis non modo strenue reparandam, sed sarctam quoque tectamque tuendam expedire in Domino duxeris auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et prudentia provideas, sive per te ipsum statuendo, atque mandando, sive eis auxilium impendendo, et potestatem communicando; Nos enim tibi facultates omnes, quæ ad id opus sunt, eadem auctoritate tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§.3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona novembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



Dat. die 2 decembris 1803 anno IV.

CCLV.

Facultas dignitatibus, et canonicis cathedralis Pratensis utendi bugia in perpetuum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritus licet imparibus, constituti personarum etiam in celebrioribus ecclesiis Altissimo famulantium, deque Nobis, et hac sancta Sede benemerentium decori, et honorificentiæ libenter consulimus.

Expositio precum.

§. 2. Cum igitur, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii moderni dignitates, et canonici ecclesiæ cathedralis Pratensis, ipsa cathedralis ecclesia antiquitatis laude, sacrarum supellectilium copia, populi christiani devotione, et frequentia, atque sacerdotum probitate, et doctrina, vel difficillimis temporibus probata non mediocriter floreat, non parum splendoris ad eam accederet, ac divinus cultus, populique devotio majora ibi susciperet incrementa, si dignitates, et canonici prædicti aliqua nova prærogativa, et honorificentia per Nos, et hanc apostolicam Sedem, donentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur attentis desuper venerabilis fratris Francisci episcopi Pratensis commendationibus, ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, dignitatibus, et canonicis dictæ cathedralis ecclesiæ Pratensis nunc, et pro tempore in perpetuum existentibus, ut palmari, vulgo bugia in sacris tam privatim, quam solemniter faciendis, ac in aliis presbyteralibus functionibus quibuscumque uti libere, et licite possint, et valeant, et quilibet eorum possit, et valeat, auctoritate apostolica, tenore præsentium tribuimus, et impertimur, dictosque dignitates, et canonicos desuper a quoquam impediri, et molestari, aut perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictæ cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda decembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.



Dat. die 2 decembris 1803 anno IV.

CCLVI.

Facultas missionariis missionum de Fiorillo civitatis Neapolitanæ utendi quibusdam privilegiis, et facultatibus in exercitio missionum in perpetuum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Quum nuper Nobis expositum sit nomine dilecti filii Josephi De Angelis Caruso ordinis fratrum Prædicatorum ex-provincialis, rectorisque ad præsens sacrarum missionum, quæ, ut supponitur, s. Dominici majoris civitatis Neapolitanæ conventui adnexæ, et a piæ memoriæ Ludovico Fiorillo ordinis ejusdem alumno sub s. Vincentii Ferrerii patrocinio extant canonice institutæ, spem haud inanem adesse, ut e missionibus hujusmodi multo uberiores in vinea Domini fructus colligi queant, si earum operarii indulgentiis, privilegiis, et facultatibus præsertim absolvendi a reservatis æque fulciantur, ac fulciti, sicut asseritur, anno 1723 et 1728 per apostolicas fel. rec. Innocentii pp. XIII. et Bened. pp. XIII. prædecessorum Nostrorum, in simili forma brevis expeditas literas isthic fuere tum missionarii, quos vocant, de sancta Maria Regina Apostolorum, tum ii, qui et de s. Georgio, et de P. Pavone nuncupantur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos ordinis ac institutionis præmemoratæ missionariis toto, quo cum Domino possumus, animo præsto esse cupientes, ipsosque, ac ipsorum singulos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, iisdem missionariis, ut in exercitio suarum missionum omnibus, et singulis privilegiis, et facultatibus absolvendi a reservatis, nec non gratiis et indultis, quibus alii aliarum superius recensitarum institutionum missionarii vigore apostolicarum literarum, ut præfertur, utuntur, fruuntur, et gaudent, simili, ac eodem plane modo, juxta tamen literarum earumdem dispositionem et formam, uti, frui, et gaudere libere, licite, ac perpetuo possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, ac indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta decembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 15 decembris 1803 anno IV.

CCLVII.

Privilegia, et immunitates concessæ militibus provincialibus status Ecclesiastici.

Pius PP. VII.

Motu proprio

Ratio concessionis.

§. 1. Le stesse ragioni, che ci hanno determinato a procedere ad un nuovo impianto delle così dette milizie urbane, a seconda del piano formatone dalla congregazione militare, e che abbiamo pienamente approvato, ci hanno del pari indotto a stabilire de' nuovi privilegj, ed esenzioni in favore degl' individui, che saranno in esse per arrolarsi, i quali nuovi privilegj prenderanno il luogo di quegli accordati alle antiche milizie dai Nostri predecessori, e che per la sopravvenienza delle note vicende rimasero già fin da quell' epoca al pari delle milizie stesse soppressi, ed aboliti; prevenendo in tal guisa la riforma, che per gli abusi introdottisi e nel detto corpo, e nell'esercizio degli stessi privilegj, era la sa. mem. di Pio VI. nella determinazione di eseguire. Per vieppiù animare la nuova truppa all' esatto disimpegno de' proprj doveri, servendo opportunamente all' oggetto della di lei istituzione, abbiamo voluto fra gli altri privilegi aggiungervene ancora taluno, che sia per la medesima di un qualche reale vantaggio nella personale esenzione dalla quota forzosa

del sale, e dell'altra dalla gabella del macinato.

Tenor privilegiorum.

§. 2. I privilegj pertanto, de' quali verrà loro inviolabilmente mantenuto il possesso, sono i seguenti.

I.

Honores militares.

§. 3. Gli onori militari eguali in tutto alla truppa di linea, durante l'effettività di servigio „

II.

Privilegium fori.

§. 4. Privilegio del foro non solo per le mancanze in servizio, ma per i delitti anche comuni, che si commetteranno allorchè si trovano in effettivo esercizio della milizia »

III.

Forma servanda in carceratione militum

§. 5. Quando dal tribunale civil si esigesse l'arresto d'un individuo militare in que' luoghi, ne' quali risieda un ufficiale, sino al sargente esclusivamente, sarà cura del giusdicente locale farlo eseguire, per quanto sia possibile, dal militare stesso, prestandosi il capo della truppa esistente in luogo ad ogni richiesta sotto gravissime pene in caso di contravenzione. Quando però le circostanze del luogo, o del caso non permettano d'eseguirlo, che per mezzo degli esecutori locali del governo, dovrà il giusdicente darne immediatamente ragguaglio al superiore militare, perchè questi, occorrendo, abbia la cura, che il soldato non sia aggravato »

IV.

Retentio eorum in guardiæ loco, et vice carceris.

§. 6. I militari, che per le mancanze in servizio verranno puniti dal loro superiore, saranno per l'oggetti tenuti in arresto nel locale, che servirà loro di corpo di guardia. Per gli altri delitti poi dipendenti dalla giudicatura civile verranno consegnati alle pubbliche carceri. Nel primo caso dovrà l'arrestato mantenersi a proprie spese, e nel secondo a carico della rev. camera, come gli altri detenuti »

V.

Exemptio a solutione propinarum.

§. 7. In tutte le cause, senza eccezione alcuna, i militari provinciali non pagheranno che la metà delle stabilite propine „

VI.

Privilegium pacis.

§. 8. Continueranno a godere, come in passato, del privilegio della così detta pace in termini »

VII.

Exemptio a taxis personalibus.

§. 9. Sarà esente l'arrolato da tutte le gravezze comunitative risguardanti la persona »

VIII.

Liberatio a receptione salis.

§. 10. Godrà l'esenzione personale della quota forzosa del sale»

IX.

Item de macinatus.

§. 11. Sarà del pari esente, sempre però la sola di lui persona, dalla gabella del macinato per mezzo rubbio di grano all'anno »

X.

Jus gestandi arma.

§. 12. Verrà permesso di portare l'arme, di cui dev' essere un militare fornito a seconda del rango, cioè il soldato del fucile, e bajonetta di fazione, ed i bassi ufficiali della sciabla, proibendosene qualunque altra, che non sia propria per l'armamento d'un militare »

XI.

Idem ut supra

§. 13. Sarà concesso di portar l'archibugio andando a caccia, esclusi però i soliti tempi proibiti, ed i luoghi riservati con legittimo privilegio»

XII.

Privilegia fruenda post cessationem muneris.

§. 14. Potrà l'arrolato ottenere dopo anni 25. di fedele servizio un' onorifico ritiro dalla truppa, godendo sua vita naturale durante de' privilegj sopraindicati »

XIII.

Declaratio specialis.

§. 15. Finalmente de' privilegj suddetti non ne potranno godere, che i soli arrolati nella truppa provinciale della nuova ascrizione, esclu-

dendosi dal godimento de' medesimi le soppresse milizie. »

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 16. Ordiniamo pertanto, ed espressamente comandiamo in virtù di santa obbedienza, e sotto pena della disgrazia Nostra, ed altre pene ad arbitrio Nostro, a tutti i legati ancorchè di latere, vice-legati, governatori, commissarj, podestà, fiscali ed esecutori, ed altri ministri ed ufficiali di giustizia del Nostro stato Ecclesiastico, che non ardiscano in qualsivoglia modo, nè sotto qualsivoglia pretesto, colore, o causa contravenicnte direttamente, o indirettamente a questi privilegj ed esenzioni, o turbare, o violare la loro disposizione con derogazione o in altro modo, ancorchè incognito, ma debbano inviolabilmente e puntualmente osservali e farli osservare da tutti a chi spetta ad unguem come stanno senza alcuna estranea dichiarazione, o interpretazione, la quale interpretazione in ogni caso, e dubbio che vi fosse riserviamo a Noi, ed ai Nostri successori, che saranno pro tempore. Volendo che non siano compresi ne' bandi generali, senz'ordine Nostro espresso sotto qualsivoglia pretesto, che da nessun' altro per qualsivoglia autorità, dignità, e preeminenza che abbia si possa in tutto o parte derogarli, nè opporre contro di essi difetto della Nostra intenzione, o qualsivoglia altro difetto, e mancamento di ragione, o di fatto, ai quali tutti suppliamo colla pienezza della Nostra potestà. Volendo che contro detti privilegj, e cose contenute in essi non possa per tempo alcuno opporsi, nè dirsi cosa alcuna, e così si debba, e non altrimenti giudicare da tutti ancorchè cardinali di S. R. C. e legati de latere ed altri etc., levata a ciascuno di essi la facoltà, e potestà di poter giudicare altrimenti, irritando ed annullando ciò che fosse fatto in contrario.

Derogatio contrariorum.

§. 17. Non ostante qualsivoglia constituzione apostolica, e massime quella di Pio IV. di registrare infra certo tempo le concessioni, e grazie, che concernono in qualsivoglia modo l' interesse della Nostra camera, ed altre constituzioni ed ordinazioni apostoliche, regole di cancellaria, massime quella *de jur. quæs. non tollendo* in quanto bisognasse per la validità de' detti privilegj, esenzioni ed altre ordinazioni, privilegj, leggi e statuti ancorchè giurati e confermati più volte da Noi, e Nostri predecessori con clausole, e decreti irritanti ed altre amplissime derogazioni, alle quali tutte, avendo Noi il loro tenore qui per espresso, ed inserto di parola in parola, restando peraltro ferme ed in loro vigore, deroghiamo espressamente, ed in individuo, ed in ogn' altro miglior modo che possiamo.

Fides habenda transumptis.

§. 18. Volendo che alli transunti della presente stampati e sottoscritti da qualsivoglia notaro pubblico, e sigillati con il sigillo di qualche persona costituita in dignità ecclesiastica, se gli dia quella fede, che all' originale stesso. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale li 15. dicembre 1803.

PIUS PAPA VII.

CCLVIII.

Dat. die 16 decembris 1803 anno IV.

Extensio concessionis supplendi vices ministri generalis in quibusdam gradibus distribuendis pro hac vice pro ministro provinciali ordinis Prædicatorum provinciæ s. Antonii novi regni Granatensis.

Dilecto filio moderno ministro provinciali fratrum ordinis Prædicatorum provinciæ s. Antonii novi regni Granatensis in Indiis.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod paulo ante sub certis modo, et forma tunc expressis auctoritate apostolica tibi indulsimus, ut in locum ministri generalis tui ordinis (jamdiu generalatus officio hujusmodi vacante) quosdam istius tuæ provinciæ et ordinis professores ad ministerii, et præsentaturæ gradus admittere, et promovere libere, et licite posses, et valeres, ac alias,

prout in Nostris desuper in simili forma brevis die xxix superioris mensis novembris, quarum tenorem præsentibus, pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus fusius continetur. Verum quia, sicut in eadem expositione additum erat ad rem plane conficiendam alios quoque fratres, quorum merita in capitulo provinciali jam sunt adprobata, vel adprobanda erunt, ad alios infrascriptos gradus per te pariter evehere posse plurimum desideras; Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur te specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, ac singulares personas, quibus præsentes Nostræ literæ favent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, ut pro hac vice dumtaxat in locum dicti ministri generalis adhuc vacantis dilectos filios Ignatium Busto in magistrum pulpiti, Augustinum Turrigos, Ignatium Ruiz, et Firminum Zabala in præsentatos, Emmanuelem Neyra, Joachimum Buvitrago, Tiburtium Torres, et Antonium Collegas in prædicatores generales: Antonium Salazar, et Dominicum Obregon in prædicatores pariter generales sub titulo missionum assumere, et promovere; ac demum, si, et quando per dictum capitulum provinciale aliorum quatuor fratrum merita respective fuerint adprobata ad unam prædicationem generalem obtinendam, et ad unum aliud missionum magisterium, duasque præsentaturas sub eodem missionum titulo ad præsens vacantia, et pro quibus nemo in ultimo capitulo provinciali fuerat adprobatus, itidem assumere, ac novum etiam prædicatorem generalem, novumque missionum magistrum, duosque præsentatos hujusmodi promovere cum omnibus, et singulis præeminentiis, privilegiis, exemptionibus, juribus, facultatibus, honoribus, et oneribus cuilibet ex gradibus prædictis competentibus respective solitis, et consuetis, libere, et licite possis, et valeas, servata in reliquis præcedentium Nostrarum literarum forma, et dispositione, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in memoratis Nostris literis voluimus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta decembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCLIX.

Dat. die 16 decembris 1803 anno IV.

Confirmatio decreti cardinalis De Somalia protectoris ex motu proprio pro Raymundo Giovannini præsidente generali provinciæ Romanæ ordinis monachorum Cirstercensium.

Pius P.P VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Pastoralis Nostra solicitudo exigit, ut religiosorum virorum quieti, et concordiæ quantum cum Domino possumus, consulamus. Cum itaque, sicut Nobis dilectus filius Raymundus Giovannini monachorum ordinis Cistercensium provinciæ Romanæ præses generalis nuper exponi fecit, postquam per Nostras in simili forma brevis die xxi julii MDCCCI. expeditas literas dicti ordinis monasterium s. Crucis in Hierusalem de urbe dictæ provinciæ univimus, et incorporavimus, demandata etiam electione novi abbatis ejusdem monasterii ob expiratum quinquennale gubernium dilecti filii Alani Bagatti ipsius monasterii abbatis tunc absentis excitatæ fuerint ab eodem abbate Alano nonnullæ querelæ, ad quas sedandas per dilectum filium Nostrum Julium Mariam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem De Somalia nuncupatum ejusdem ordinis protectorem die xi. septembris ejusdem anni rescriptum emitti mandavimus, quo non solum in dictis No-

stris literis disposita servari jussimus, sed etiam, abrogata interina deputatione ejusdem abbatis Alani in procuratorem generalem totius ordinis, subrogavimus in eodem officio, donec, et quoad novum desuper consilium suscepissemus, procuratorem generalem pro tempore existentem dictæ provinciæ Romanæ; cumque dictus Alanus hisce dispositionibus minime acquievisset, præviis debitis licentiis, re integra ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositam delata, atque in plena congregatione expensa die ii. aprilis MDCCCII. prodiit resolutio confirmatoria incorporationis dicti monasterii sanctæ Crucis ad formam Nostrarum literarum, itemque constitutum, servandam esse electionem dilectorum filiorum abbatis denominati Castillia in novum abbatem dicti monasterii, et deputationem alterius abbatis Joannis Colombini Fatteschi procuratoris generalis provinciæ Romanæ in procuratorem generalem totius ordinis ad Nostrum, et hujus s. Sedis beneplacitum, ac in reliquis ad ejusdem congregationis mentem; mens autem fuit quod dictus Alanus, si adgregari voluerit provinciæ Romanæ, provideretur suo loco, et tempore de aliqua abbatia, attentis ejus personalibus meritis, ac præterea, si aliqui ex monachis provinciæ Longobardinæ institerint pro aggregatione provinciæ Romanæ, admitterentur, ac opportune per ipsius provinciæ monasteria distribuerentur. Cumque ne huic quidem resolutioni acquievisset dictus Alanus, novam audientiam impetravit, quin tamen adhuc quidquam novi juris in contrarium deduxerit: atque interim de Nostra voluntate monitus pro ejus deputatione in abbatem monasterii ss. Fabiani, et Sebastiani extra urbem eidemque proposita conventione a dicto procuratore generali Fatteschi nomine etiam præsidentis, et regiminis provinciæ Romanæ de annua pensione trecentorum quinquaginta scutatorum ipsi subministranda pro fructibus dictæ abbatiæ juxta apocam die xiii. novembris MDCCCII. subscriptam; idem Alanus acceptavit pensionem hujusmodi cum protestatione, sine præjudicio suorum jurium in causa, et adhuc recusat se gerere velle, uti abbas dicti monasterii ss. Fabiani, et Sebastiani. Cum autem ex hujusmodi dissentionibus scandala, et incommoda in dicta congregatione oriantur.

Tenor motus-proprii editi pro imponendo silentio jurgiis excitatis ab abato Alano, qui præponitur monasterio ss. Fabiani, et Sebastiani de urbe cum certis legibus.

§. 2. Nos malis hujusmodi firmum, et perpetuum remedium afferre, dictumque præsidentem, aliosque monachos hujusmodi specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, non ad alicujus preces Nobis super iis, quæ infra statuemus, oblatas, sed motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, causam, seu causas, et quæstiones hujusmodi obtruncantes, dicto Alano abbati perpetuum silentium super præmissis indicimus, quæstionesque prædictas nullo unquam tempore coram memorata, et alia quacumque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium congregatione, aut quolibet Romanæ curiæ judice, et tribunali, vel apostolico delegato proponi, et agitari posse decernimus, et mandamus: atque incorporationem prædictam monasterii s. Crucis, dictæque cardinalium congregationis resolutionem, declaratamque mentem confirmantes cum aggregatione facta ejusdem Alani provinciæ Romanæ, ejusque deputatione in abbatem monasterii prædicti ss. Fabiani, et Sebastiani ad futurum usque capitulum generale dictæ provinciæ cum plena administratione bonorum, et redditunm ejusdem monasterii conventionem prædictam annuæ pensionis trecentorum quinquaginta scutatorum sine apostolico beneplacito factam motu, et potestate similibus delemus, et abrogamus, irritamque decernimus, eidemque abbati Alano residendi in dicto monasterio ss. Fabiani, et Sebastiani, vel in quovis alio monasterio dictæ congregationis in urbe ad sui libitum eligendo, excepto semper monasterio s. Crucis in Hierusalem, facultatem concedimus, ita tamen, ut constitu-

tiones; ac decreta capitularia provinciæ Romanæ servare, ac superioribus ejusdem, ut reliqui ejusdem provinciæ monachi abbates, parere, atque ad regimen, et administrationem dicti monasterii ss. Fabiani, et Sebastiani, ut abbatem decet, incumbere omnino debeat, ac teneatur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, neque causæ, propter quas ipsæ præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis legitima, juridica, et privilegiata causa, et capite etiam in corpore juris clauso nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, alioque quolibet, quantumvis magno, et substantiali, ac individuam expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas quodcumque juris, et facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam ex motu proprio, et ex certa scentia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine concesso, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suumque plenarium, et integrum effectum sortiri, et obtinere, atque illis ad quos spectat, et quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non congregationis, et ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores, præsentibus, pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta decembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCLX.

Dat. die 23 decembris 1803 anno IV.

Confirmatio duorum decretorum a d. card. vicario urbis editorum super incorporatione oblatarum s. Rufinæ, et destinatione bonorum monasterii sanctissimæ Crucis ad Longariam de urbe.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio primi decreti editi a cardinali vicario pro unione duorum monasteriorum.

§. 1. Nobis nuper exposuit dilectus filius Noster Julius Maria Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis de Somalia nuncupatus in alma urbe Nostra vicarius in spiritualibus generalis, quod ipse juxta Nostram sibi prævie declaratam mentem duo edidit decreta, in quorum primo die xii. superioris mensis maii constituit, ut in oblatarum monasterium sanctæ Rufinæ trans Tyberim, ubi vix quinque tantum religiosæ mulieres remanserant, transferrentur, et unirentur aliæ undecim oblatæ, et tres famulæ tunc in alio fere simili monasterio sanctæ Crucis ad Longariam, quæ una cum primodicti monasterii oblatis unum corpus in posterum efficerent sub eodem

instituto, et regula, quin ad eas regulas, quas antea professæ fuerant, servandas amplius tenerentur; ac pro translatarum hujusmodi receptione, et manutentione eidem sanctæ Rufinæ monasterio domum in platea sancti Calixti sitam, aliamque parvam adjacentem domum numeris 9., et 10. notatas, ambasque simul tribus millibus septingentis viginti duobus scutatis monetæ Romanæ æstimatas cum aliqua supellectili arbitrio suo specificanda, et tradenda tribuit in perpetuum, et assignavit: ac præterea pensionem annuam septuaginta duorum scutorum ejusdem monetæ pro unaquaque oblata, et sexaginta pro unaquaque famula hujusmodi ad earum vitam dumtaxat respective duraturam dicto sanctæ Rufinæ monasterio solvendam esse ex redditibus relicti monasterii sanctæ Crucis decrevit.

Tenor secundi decreti ab eodem cardinale editi super gubernio, et jurisdictione monasterii sanctæ Crucis ad Longariam.

§. 2. In altero vero decreto die xxii. superioris mensis septembris successive constituit, ut in dicta domo sanctæ Crucis gynceum, seu mulierum hospitium restituatur, ac eadem domus perpetuis futuris temporibus juxta suam primævam institutionem adhibeatur ad recipiendas mulieres, tum, quæ anteactæ vitæ ultro pœnitere velint, tum, quæ ibi a superioribus ecclesiasticis collocabuntur, non tamen publica infamia notatæ; ad quem effectum constituit pariter, et assignavit omnia, et singula bona tam stabilia, quam mobilia, jura, redditus, et actiones ad ipsam domum quomodolibet pertinentia, prædictis duabus domibus exceptis, et supportatis oneribus adnexis, solutisque pensionibus prædictis. Gynecei autem, seu piæ domus hujusmodi sanctæ Crucis spirituale regimen, et œconomicam administrationem commisit dilectorum filiorum Nostrorum almæ urbis Nostræ parochorum collegio, a quo per modernos, et pro tempore in perpetuum existentes officiales secretæ eorumdem parochorum congregationis exerceatur, ita tamen, ut jurisdictioni ipsius cardinalis vicarii, ejusque vicesgerentis nunc, et pro tempore in perpetuum existentium dicti officiales subesse debeant, atque eisdem vicario, et vicesgerenti administrationis, et regiminis hujusmodi rationem quotannis, vel quoties dictis superioribus placuerit, reddere teneantur. Cum autem sicut idem Julius Maria cardinalis Nobis exponere perrexit, quo decreta prædicta firmius subsistant, et serventur exactius, apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desideret.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Nos ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ambo decreta prædicta, ac omnia, et singula in eorum utrisque contenta, et expressa auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictorum monasteriorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia decembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 23 decembris 1803 anno IV.

CCLXI.

Suppressio beneficii simplicis ejusque applicatio in perpetuum archipresbyteratui terræ Ficulle Urbevetanæ diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Nuper exponi Nobis fecerunt dilecti filii Joseph Bellucci archipresbyter, et capitulum insignis, ut asserunt, collegiatæ ecclesiæ s. Mariæ Novæ de terra Ficulle Urbevetanæ dioecesis, nec non ejusdem terræ populus, quod archipresbyteratus prima dignitas enunciatæ ecclesiæ præter chori servitium habet quoque adnexam sibi curam animarum, sed ejus congrua adeo est modica et tenuis, ut quandoque concurrentium defectu vacuus diu ac derelictus permanserit. Hinc ne id amplius contingat tanto cum detrimento communi, cupiunt exponentes congruam archipresbyteratus hujusmodi pinguefieri ecclesiastico beneficio simplici, quod sub invocatione sanctæ Christinæ in ecclesia ss. Annunciatæ extra portas Ficulle extat erectum, et affert in annuum fructum scutata centum et septuaginta tria, obulosque sexaginta, oneribus tamen non computatis, quæ ad scutata quindecim circiter ascendere perhibentur, scilicet beneficium istud, quum primum vacare evenerit, (nam de præsenti a dilecto filio Innocentio Mercanti urbis presbytero possidetur) uniri per Nos etiam cum pensionis onere aliquo, et incorporari in perpetuum archipresbyteratui prædicto: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eosque omnes ac singulos a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, beneficium simplex prædictum si et quando per obitum, cessionem, renunciationem, aut alia quacumque ex causa prænominati Innocentii, qui ejusdem ad præsens possessor est, ut præfertur, vacare contigerit, ex nunc pro tunc, et e contra auctoritate apostolica tenore præsentium supprimimus in perpetuum, illiusque bona et jura omnia, nec non omnes, et singulos fructus, redditus, et proventus prænominato archipresbyteratui in congruæ augmentum perpetuo applicamus, ita tamen ut archipresbyteri protempore universa et singula hujusmodi beneficii onera, quæ sarta tecta esse, ac fore decernimus, debeant omnino semper explere, ac annuam pensionem scutorum centum monetæ Romanæ, quam super ejusdem beneficii fructibus, redditibus, et proventibus favore personæ per Nos, et apostolicam Sedem nominandæ auctoritate et tenore prædictis imponimus, ac reservamus perpetuis futuris temporibus teneantur persolvere.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, atque iis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, recentis memoriæ Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non regulis cancellariæ Nostræ de jure quæsito non tollendo, ac dicti beneficii erectione, juribus, et privilegiis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis,

et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die vicesima tertia decembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 23 decembris 1803 anno IV.

CCLXII.

Deputatio trium parochorum in administratores perpetuos cujusdam collegii terræ de Ascona Comensis diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti, illud etiam curandum Nobis esse arbitramur, ut puerorum, seu juvenum collegia pro eorum animis ad religionem, et bonas artes informandis bene sapienterque erecta, serventur, et floreant.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nuper dilecti filii moderni reipublicæ Helveticæ catholici moderatores exponi fecerunt, juvenum, seu adolescentum, et puerorum collegium in oppido de Ascona Comensis diœcesis a bo. me. Bartholomæo Papio per suas testamentarias tabulas an. MDLXXX institutum, atque claræ memoriæ cardinalis Orsini nuncupati fidei, et jurisdictioni commissum, successive autem a fel. rec. Urbano VIII. prædecessore Nostro pro meliore ejus regimine per suas in simili forma brevis die xii. martii MDCXXIV. tunc, et pro tempore existentis archiepiscopi Mediolanensis curæ et administrationi creditum, atque ineunte tempore ab archiepiscopo hujusmodi diectis filiis oblatis sancti Sepulchri civitatis Mediolanensis per subdelegationem commissum sub omnimoda ejusdem archiepiscopi dependentia, ita nunc demum a pristino suo statu exciderit, ut ad illud restituendum, et servandum pro temporum, rerumque mutatione subdelegatos hujusmodi administratores per Nos, et hanc apostolicam Sedem immutari, aliosque novos ex eodem oppido deligi maxime expediat, qui præsentes melius, quam absentes ejusdem collegii utilitatibus prospicere valeant. Nobis propterea dicti exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur eorumdem moderatorum zelum plurimum in Domino commendantes, piis eorum votis annuere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati prævia sanatione super quocumque defectu, quatenus infrascripti parochi ejusdem collegii curam jam suscepissent, præviaque convalidatione singulorum contractuum, aliarumque dispositionum ad dictum collegium spectantium ab ipsis recte initarum, loco oblatorum prædictorum in subalterno regimine, et administratione memorati collegii dilectos filios archipresbyterum Julium Cæsarem Caglioni, et theologum Joannem Antonium Zeanettini, ac pœnitentiarium Josephum Mariam Pancaldi dicti oppidi parochos, eorumque respectivos in archipresbyteratu, et paræciis hujusmodi successores in perpetuum eodem modo, et forma, quo dicti oblati ipsum collegium administrabant, et regebant, sub omnimoda tamen dependentia, et subordinatione nunc, et pro tempore in perpetuum existentis archiepiscopi Mediolanensis tum quoad morale, et doctrinale juvenum regimen, tum etiam quoad œconomicum, auctoritate apostolica, tenore præsentium constituimus, et deputamus, firma in reliquis remanente dictarum Urbani prædecessoris literarum forma, et dispositione.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus in præmissis ejusdem Urbani prædecessoris literis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non, quate-

nus opus sit, collegii ipsius etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia decembris millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCLXIII.

Dat. die 13 januarii 1804 anno IV.

Instante marchione Carolo Massimi de urbe mandatur, ut archipresbyteri terræ Arsoli teneantur in perpetuum semel in mense ad officium defunctorum et missam de requiem cum cantu; eorum vero cappellanus ad celebrationem missæ in quadam ecclesia, et hora, statisque hebdomadæ diebus.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Nuper Nobis exponi fecit dilectus filius marchio Carolus Massimo de urbe, vacare in præsens in terra de Arsoli Tiburtinæ dioecesis archipresbyteratum curatum, qui, prout asserit, de jure est patronatus suæ familiæ: se autem zelo augendi suffragia animabus defunctorum fidelium optare quamplurimum, ut ante novam nominationem, seu præsentationem ad archipresbyteratum hujusmodi per se uti familiæ primogenitum faciendam prædisponatur a Nobis de onere sane haud gravi, quo futuri archipresbyteri terræ prædictæ teneantur in perpetuum unum officium defunctorum, unamque missam de requiem cum cantu, et assistentia quatuor presbyterorum in aliquo dierum cujuscumque mensis ad libitum recitare, et celebrare, sumptibusque ceræ tantum ad id necessariæ subjacere; nam quod insuper opus fuerit pro interventu presbyterorum, et pro quatuor similibus missis sine cantu eodem itidem die per eos celebrandis, se exponens proprio suppleturum ære promittit; qui rursus ad spirituale subsidium terræ ejusdem incolarum, qui mane in agros, agrorumque labores egrediuntur, æque desiderat, ut cappellanus pro tempore, quem archipresbyter habere, ac ex redditibus binarum cappellaniarum jam ad id, ut supponit, apostolica auctoritate unitarum alere debet, teneatur et ipse quarta, et sexta feria cunctis in hebdomadis anni missam celebrare in ecclesia sancti Laurentii, quæ ibidem multo est commodior agricolis, absque ullo tamen onere applicationis, sed hora solummodo eis, prius quam in campos discedant, opportuna: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus, prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut accedente consensu primi archipresbyteri ad prædictam ecclesiam curatam nominandi, seu præsentandi tam ipse, quam cæteri ipsius successores in perpetuum aliquo ad libitum die cujuslibet mensis non impedito ad unum defunctorum officium recitandum, unamque missam,, de requiem,, celebrandam pro fidelibus defunctis cum cantu, et assistentia præmemoratis, ac ad ceræ tantum expensas pro officiis, et missis hujusmodi perferendas; nec non ut dicti cappellani per-

petuis futuris temporibus ad missæ celebrationem, quæ tamen applicatione eis libera sit, diebus (sed non sexta feria majoris hebdomadæ) ecclesia, et hora suprarecensitis, obligentur, ac obligati permaneant, auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, atque decernimus, ac eidem exponenti dictos archipresbyteros, et cappellanos sic, ut præfertur, obligandi licentiam, et facultatem, qua indiget, tribuimus, atque impertimur; ea tamen sub lege, ut tam ipse, quam sui successores patroni pro tempore superius promissos sumptus de proprio tribuendos tribuere, ac subministrare reapse semper teneantur, ac debeant, alioquin præsentes literæ nullius roboris sint eo ipso.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac iis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV, prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Ceterum per præsentes non intendimus supradictum juspatronatus in aliquo approbare. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia januarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.



CCLXIV.

Dat. die 13 januarii 1804 anno IV.

Facultas confratribus sodalitii sancti Sepulchri Maceratensis aggregandi sodalitio etiam mulieres, quæ participent de ejus indulgentiis, ejusque sacco supervestiantur in morte.

Venerabili fratri episcopo Maceratensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii confratres sodalitii quod uti asserunt, sub titulo sancti Sepulchri ista in Maceratensi civitate legitime erectum existit, se quam plurimum cupere, ut eidem sodalitio etiam mulieres, præsertim ipsorum uxores ac natæ aggregari possint, fierique participes indulgentiarum, quibus ditatum est sodalitium, ac earum in morte ejusdem sodalitii sacco, quemadmodum sacr. stigmatum confraternitas isthic habet in more pro consororibus suis, supervestiri: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune, providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine, Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus prænarratis, eisdem exponentibus, ac eorumdem successoribus adscribendi, et aggregandi juxta tamen formam per te præfigendam sodalitio prædicto etiam mulieres, quæ sic aggregatæ, et adscriptæ de indulgentiis sodalitio, ut præfertur, concessis participare, et defunctæ quum fuerint, sacco sodalitii indutas afferri libere, et licite valeant, licentiam et facultatem auctoritate No-

stra apostolica pro tui arbitrio et prudentia impertiaris.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia januarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 13 januarii 1804 anno IV.

CCLXV.

Declaratoria extensiva ad regulares super facultate sibi nuper concessa dispensandi, ut sui diœcesani pro oleo, adipe suino uterentur in condiendis epulis in diebus prohibitis pro r. p. d. moderno episcopo Aveirensi.

Venerabili fratri
Moderno episcopo Aveirensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod dudum fraternitati tuæ sub certis modo, et forma tunc expressis, auctoritate apostolica, facultas tributa fuit dispensandi cum populis tuæ civitatis, et diœcesis in quadragesimæ, et aliis prohibitis temporibus, ut ipsi loco olei in epulis condiendis adipe porcino uti possent, et valerent, ac alias, prout in Nostris desuper in simili forma brevis die IX. septembris anni superioris expeditis literis, quarum tenorem præsentibus, pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus, fusius continetur. Verum quia, sicut in eadem expositione additum erat, in dictis Nostris literis nulla specialis mentio de utriusque sexus regularibus facta fuit, ac præterea pro meliori conscientiæ tuæ securitate rem omnem melius super alia quædam, quæ tunc obiter in iisdem literis obrepsere, per Nos declarari et extendi summopere desideres, Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor exquisitæ declarationis.

§. 2. Nos igitur integritatem tuam maxime in Domino commendantes, te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eidem fraternitati tuæ, ut, etiam si tanta porcorum copia in ista diœcesi non existat, quanta in dictis literis significata reperitur, nihilominus cum omnibus, et singulis diœcesanis tuis sæcularibus, et ecclesiasticis, ac etiam cum utriusque sexus regularibus (illis tantum exceptis, qui ex voto solemni ab escis carnalibus se abstinere tenentur) ac tandem cum personis universis in ista tua diœcesi commorantibus tam privatim, quam publice super condimentis prædictis dispensandi, ita ut ipsi non modo in quadragesimæ, et aliis singulis diebus ab Ecclesia prohibitis, sed etiam in reliquis vigiliis, aliisque abstinentiæ diebus immemorabili, ex locorum consuetudine, aut respectivis dictorum ordinum, et monasteriorum statutis servari solitis, seu præscriptis, in epulis quibuscumque condiendis pro oleo, suino adipe uti, sicque conditis vesci libere, et licite possint, et valeant, et quilibet eorum possit et valeat, servata in reliquis dictarum literarum forma, et dispositione, plenam, et amplam facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus, civitatis, et diœcesis hujusmodi consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac omnibus et singulis illis, quæ in memoratis Nostris literis non obstare voluimus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia januarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 24 januarii 1801 anno IV.

CCLXVI.

Concessio privilegiorum pro capellanis communibus cappellæ pontificiæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Grata familiaritatis obsequia, quæ dilecti filii Joseph Nadini Romanæ, Franciscus Flaminj s. Salvatoris majoris respective jubilati, Antonius Mariotti, Antonius Ghilardi, et Nicolaus Tamberlich itidem Romanæ civitatum, vel diœcesum presbyteri, et respective clericus modernæ cappellæ Nostræ pontificiæ cappellani familiares Nostri Nobis, et apostolicæ Sedi hactenus impenderunt, et adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt; necnon vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, quibus eorum personas tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum virorum testimoniis juvari percepimus, Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Tenor motus-proprii.

§. 2. Hinc est, quod Nos volentes illos specialibus favoribus, et gratiis prosequi, eosque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, motu proprio, non ad supradictorum Josephi, Francisci, Antonii, Antonii, et Nicolai vel alicujus ipsorum, aut aliorum pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera Nostra deliberatione, ac certa scientia auctoritate apostolica tenore præsentium Josephum, Franciscum, Antonium, Antonium et Nicolaum prædictos, et illorum singulos in Nostros, et Sedis apostolicæ notarios recipimus, ac sacri palatii, et aulæ Lateranensis comites (sine tamen dilectorum filiorum notariorum de numero participantium præjudicio) nec non nobiles Romanos, et urbis Romæ, omniumque, et singularum civitatum, terrarum, et locorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectorum cives creamus, et constituimus, ac in numerum, et consortium aliorum Nostrorum, et ejusdem Sedis notariorum, nec non palatii, et aulæ hujusmodi comitum, ac nobilium Romanorum, aliorumque civium civitatum, et oppidorum prædictorum referimus, et conscribimus, ipsosque, etiamsi habitum, et rochetum notariorum dictæ Sedis juxta decretum Lateranensis concilii novissime celebrati non deferant, aut civitates hujusmodi non incoluerint, nec unquam in iisdem civitatibus domicilium habuerint, ut nihilominus omnibus, et quibuscumque privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, et indultis, quibus cæteri omnes notarii Nostri etiam de numero participantium, necnon comites, et nobiles, ac cives originarii tam in civitatum, et beneficiorum ecclesiasticorum, ac secularium etiam ex personis Romanorum originariorum vacantium assecutione, et exercitio tam in urbe, quam in civitatibus prædictis, ac alias ubique locorum, et gentium, nec non sessionum, et conventuum utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad illorum instar, sed pariformiter æque principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, et indulta pro ipsis emanassent (citra tamen exemptiones a sacro concilio Tridentino sublatas) itaut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subjaceant ordinariis, ac facultates legitimandi, ad gradus promovendi, et notarios, seu tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia a notariis Sedis apostolicæ, et comitibus palatinis prætensa, itaut illis supramemorati cappellani familiares Nostri nullibi uti valeant, ac irritum, et inane existat, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, uti, potiri, et gaudere, ac in omnibus, et singulis apostolicis, aliisque literis, instrumentis, et scripturis publicis, et privatis deinceps eorum nomine conficiendis sese notarios, comites, et nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, nec non Romanæ, et aliarum civitatum cives,

Receptio in notarios, et comites, et cives Romanos.

Nominatio in familiares papæ.

ut libuerit, inscribere, et se illis subscribere valeant, ac pro veris, et non fictis notariis, comitibus, nobilibus, et civibus habeantur, nihilque, qualecumque illud fuerit, cum iis expressionibus subreptitium, obreptitium, aut invalidum; sed illud idem efficax in omnibus, et per omnia censeatur, concedimus, et indulgemus.

Concessio obtinendi plura beneficia ecclesiastica.

§. 3. Et insuper illos, eorumque beneficia, et officia ecclesiastica quæcumque, quotcumque, et qualiacumque illorum fructus, res, et jura ubicumque locorum, regionum, et provinciarum, necnon in urbe, civitatibus, terris, et locis, eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis consistentia, prædia, domos, possessiones, et bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, et immobilia, ac semoventia, nec non actiones, et jura præsentia, et futura cujuscumque qualitatis, quantitatis, et naturæ, et cujusvis etiam annui valoris, fructus, redditus, et proventus hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcumque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque suarum usibus emenda ab omnibus, et quibuscumque decimis, quartis, et dimidiis partibus, subsidiis etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, datiis, et pedagiis, collectis, et quocumque alio nomine nuncupatis angariis, perangariis, cæterisque oneribus, et contributionibus tam urbanis, quam rusticis, ordinariis, et extraordinariis, realibus, et personalibus, ac mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, et pontium, portarum, ac moliturarum, et mercium cujuscumque generis transitus, seu passus, et vecturæ etiam in aliud territorium, seu provinciam terra, mari, et flumine, necnon equorum mortuorum, stabulationum militum, institutionis seminarii ecclesiastici, aut quacumque alia quantumvis gravi, et gravissima causa (pro subventione contra infideles dumtaxat excepta) nunc, et pro tempore impositis; ita quod illi, et quilibet eorum nihil omnino horum, aut aliorum similium subire teneantur, nec per cameræ apostolicæ, aut alios commissarios, seu vectigalium, et tributorum hujusmodi redemptores, conductores, et exactores quocumque privilegio, et facultate suffultos alias, quam, ut præfertur, valeant coarctari, quamdiu servitiis Nostris institerint dumtaxat, eximimus, et liberamus.

Exemptio a solutione vectigalium.

Facultas retinendi beneficia etiam cum cura animarum.

§. 4. Ad hæc cum iisdem, ut quæcumque duo dissimilia, vel similia simplicia sub singulis tribus tectis quarumcumque trium cathedralium, etiam metropolitanarum, aut aliarum ecclesiarum consistentia, etiamsi unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas etiam major, et principalis, canonicatus, et præbenda, personatus, administratio, vel officium fuerit, et ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eisque etiam cura jurisdictionalis immineat animarum, si eis alias canonice conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, et instituantur in eis, recipere, et dummodo illa omnia, uno excepto, personalem residentiam non requirant, insimul, quoad vixerint, retinere: nec non etiam, quamdiu Nobis inservierint, tum in beneficiis ecclesiasticis, non tamen parochialibus, vel curam animarum parochianorum habentibus, per eos pro tempore obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiamsi dignitates in metropolitanis, vel cathedralibus majores, et in collegiatis ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneantur, nec ad id per locorum ordinarios, seu ecclesiarum earumdem capitula, aut quosvis alios ad residendum interim in illis inviti compelli possint, omnesque, et singulos illorum beneficiorum obtentorum fructus, et redditus, durante servitio prædicto, cum ea integritate, distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si in iisdem ecclesiis, sive locis personaliter residerent, percipere, exigere, et levare, proviso tamen per eos, ut onera iisdem dignitatibus, et beneficiis quovis modo incumbentia congrue supportentur.

Concessio usus jurium civilium pro presbyteris.

§. 5. Necnon, etiamsi presbyteri fuerint, ac dignitates, et officia obtinuerint, leges, et jura civilia etiam publice in scholis, et universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo iidem trigesimum ætatis annum non excesserint, audire, ac, si habiles, et

sufficientes reperti fuerint, etiam ad doctoratus gradum in hujusmodi facultate se promoveri facere, ipsaque jura etiam publice docere, atque judicis, advocati, et procuratoris officium in causis ecclesiasticis, et civilibus tantum, exercere libere, et licite possint, et valeant de specialis dono gratiæ dispensamus.

Jus eligendi confessorem qui absolvere valeat etiam in casibus reservatis.

§. 6. Liceat quoque ipsis, et eorum singulis aliquem idoneum, et ab ordinario approbatum presbyterum secularem, vel cujusvis ordinis regularem in suum eligere confessorem, qui vita eis comite eos, et ipsorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, ac per eos incursis, et quibus ipsos pro tempore illaqueari contigerit, etiamsi absolutio Nobis, et successoribus Nostris Romanis pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, et quorumcumque votorum, et Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in quasvis personas etiam ecclesiasticas (non tamen episcopos, vel alios superiores prælatos) de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus, necnon recitationis horarum canonicarum, aliorumque divinorum officiorum, ac denique ab omnibus, et quibuscumque aliis eorum peccatis, criminibus, excessibus, et delictis quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta merito consulenda foret, ac in quibuscumque constitutionibus apostolicis contentis, semel tantum in vita, et mortis articulo, in reliquis vero dictæ Sedi quomodolibet reservatis, aliisve quibusvis casibus semel in anno, confessionibus illorum diligenter auditis, sine tamen alicujus præjudicio, præfata autoritate apostolica absolvere, et illis pro commissis pœnitentiam pro modo culpæ injungere salutarem: nec non vota quæcumque (ultramarino visitationis liminum beatorum Petri, et Pauli apostolorum, castitatis, et religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possit.

Facultas reservandi pensiones ecclesiasticas.

§. 7. Ac etiam iisdem, eorumquo singulis, ut quicumque locorum ordinarii, vel canonici metropolitanarum, seu aliarum cathedralium ecclesiarum, aut personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ tam in dicta curia, quam extra eam, etiam ad id per eos, aut eorum singulos coram notario, et testibus fide dignis eligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas eis, et eorum singulis super mensarum abbatialium, seu episcopalium, et archiepiscopalium, et quorumcumque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura secularium, et quorumvis ordinum regularium, etiam hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani quomodocumque, et qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et distributionibus etiam quotidianis, seu illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, et emolumenta sibi nunc, et pro tempore assignata, et reservata quandocumque simul, vel successive, in toto, vel in parte usque ad summam centum ducatorum auri de camera de eorumdem cappellanorum, vel cujuslibet ipsorum respective consensu in toto, vel in parte, etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, ac, postquam cassatæ, et extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et distributionibus, seu illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta hujusmodi etiam usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis etiam per eosdem cappellanos, et eorum singulos nominandis, et quæcumque, quotcumque, et qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus, seu clericali charactere insigniri volentibus, similiter eis, quoad vixerint, vel eorum legitimis procuratoribus iisdem modo et forma, quibus iisdem cappellanis assignatæ, aut reservatæ, vel assignati, concessi, seu concessa fuerint, etiam absque consensu easdem pensiones, et fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, et emolumenta hujusmodi solvere debentium, etiamsi pluries cassatæ, et de novo assignatæ fuerint, usque ad summam, et quantitatem

prædictam, ac alias cum omnibus, et quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, cautelis, ac etiam censuris, et pœnis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, et contentis integre persolven. servata tamen forma constitutionis fel. rec. Innocentii pp. XI. prædecessoris Nostri super translationibus pensionum editæ, reservare, constituere, et assignare.

Reservatio specialis super pensionibus.

§. 8. Volumus autem, ac sub pœna nullitatis translationum hujusmodi districte præcipimus, quod respectu pensionum eis, et cuicumque eorum respective, ut præfertur, reservatarum, et assignatarum, seu reservandarum, et quocumque tempore assignandarum super quibuscumque cathedralibus, metropolitanis, monasteriis etiam consistorialibus, atque aliis quibusvis beneficiis tam simplicibus, quam residentialibus, aut aliter quomodocumque qualificatis intra urbem, ac statum ecclesiasticum Nobis, et sanctæ Sedi in temporalibus immediate subjectum existentibus præfata transferendi facultas tum coram persona in dignitate ecclesiastica constituta, tum coram notario, et testibus eis, et cuilibet eorum respective ut supra impertita exerceri, aut expleri per eos, et quemlibet eorum respective nequeat, nisi favore dumtaxat illorum, qui vel ex eodem statu ecclesiastico, vel ex iisdem regnis, et provinciis originem trahant, in quibus et ipsi quoque Nostri, et sanctæ Sedis in temporalibus subditi promiscue cum civibus, et naturalibus dictorum regnorum, et provinciarum ad pacificam tam beneficiorum quorumlibet ecclesiasticorum, quam similium pensionum possessionem admitti consueverunt.

Concessio immunitatum.

§. 9. Necnon, ut iidem cappellani, et eorum quilibet de omnibus, et singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, et locis etiam jurisdictionalibus, cæterisque bonis immobilibus, et mobilibus, quæ tamen non sint altaris, seu altarium ecclesiarum ipsis cappellanis Nostris prædictis commissarum ministerio, seu alicui speciali earumdem ecclesiarum servitio, aut alias divino cultui, vel usui deputata, seque moventibus cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, et conditionis existentibus, ac juribus, et actionibus ad eos ratione ecclesiarum etiam cathedralium, et metropolitanarum, monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, dignitatum, et aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura secularium, et quorumvis ordinum regularium, quæ ex quibusvis concessionibus, et dispensationibus apostolicis in titulum, commendam, administrationem, et alias quomodolibet obtinuerint, et obtinent, ac obtinebunt, ac fructuum, redditnum, proventuum ecclesiasticorum loco pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, et proventibus eis reservatarum, et assignatarum, ac reservandarum, et assignandarum, quos, et quas perceperint, et percipiunt, ac percipient in futurum, nec non emolumentorum quorumcumque Romanæ curiæ officiorum, ac alias quomodolibet spectantium et pertinentium, ac etiam de dictis fructibus, redditibus, proventibus, ac pensionibus annuis, necnon eorum industria, ac labore quomodolibet, et undecumque, licite tamen acquisitis, et acquirendis, ac alias etiam de muneribus, et officiis, quæ exercuerint, et exercere contigerit, et alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad eosdem perventis, et perventuris, etiamsi in pecunia numerata, ac jocalibus, gemmis, aliisquè pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta curia, quam extra ubique locorum, etiam penes beneficia ipsa existentibus, quorum omnium qualitates, et veros annuos valores, etiamsi talia forent, quæ in generali appellatione bonorum, et supellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus, ac si specifice, et singillatim exprimerentur, et denominarentur, pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus, ac etiam de ipsis proventibus ac pensionibus debitis, et debendis, ac nondum perceptis, et exactis, etiamsi eorum solutionis, aut perceptionis terminus nondum advenerit, pro illa rata, quæ illis debita erit (constitutione declaratoria super fructibus, et pecuniis non exactis, quæ forsan ad successores in ipsis beneficiis spectare, et pertinere debeant non obstante) etiam cumulative cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, et habendis usque ad summam ducento-

rum ducatorum auri similium dumtaxat pro decentibus, et honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui eis viventibus inservierint, etiam ultra servitii meritum, ac in ipsorum consanguineorum, et affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem et usum et alias pro eorum arbitrio, et voluntate absolutis testari, ac testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus tam inter vivos, quam causa mortis, et aliis quibuscumque modis, et titulis, scriptura etiam minus solemni, etiam coram duobus, vel tribus testibus, aut etiam schedula eorum manu scripta, vel subscripta, ac alias in omnibus, et per omnia, prout, et quemadmodum eis videbitur, etiam in ipsa curia (non tamen extra residentiam) etiam in mortis articulo, et non facta mentione præsentis, vel aliarum eis pro tempore concessarum similium facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velint, et intendant, semel, atque iterum, et pluries disponere, statuere, et ordinare; itaut quidquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias ab eis dispositum fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni meliori modo valeat, et servari omnino debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, donationes, legata, et statuta etiam pluries, et toties, quoties eis videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, et alia de novo condere etiam libere, et licite valeant, plenam, et liberam concedimus facultatem.

Facultas disponendi etiam per testamentum de fructibus beneficiorum.

§. 10. Statuentes nihilominus, et ordinantes, eisque pariter indulgentes, quod, si contigerit ipsos ab intestato, et sine ulla, vel cum minus valida bonorum, ac rerum, et fructuum, reddituum, et proventuum prædictorum dispositione in dicta curia, vel extra eam, ac etiam extra sua beneficia, aut alia loca debitæ ab eis residentiæ personalis, etiam nulla subsistente causa ab humanis decedere, omnia, et singula illorum bona, res, et jura etiam ex præfatis, et alias undecumque provenientia ad cameram apostolicam, seu in dictis beneficiis successores non pertineant, sed ad hæredem sanguinis eorumdem integre deveniant, et illis deficientibus inter eorum familiares arbitrio personæ, seu personarum, quas ad id scripto nominaverint, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione eorumdem, scriptura etiam minus solemni secus appareret, quam tunc, vel ut efficacem, ipsæ personæ, vel alii judices, seu executores omnino exequi, et adimplere, illique sese conformare in omnibus, et per omnia debeant; nihilominus quæcumque hujusmodi testamenta, donationes, legata, dispositiones, et alia forsan alias ab ipsis, etiam nulla, aut minus sufficienti facultate suffultis de hujusmodi juribus, actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus supradictis etiam in favorem consanguineorum, et affinium prædictorum, et alias quomodolibet facta, cum omnibus inde secutis, ac etiam ea, quæ per ipsos in futurum quomodolibet fient, ex nunc, prout ex tunc, et e contra pro dicta summa ducentorum ducatorum dumtaxat approbamus, et confirmamus, omnesque, et singulos juris, et facti, ac sollemnitatum omissarum, et omittendarum, necnon substantiales, aliosque defectus quoscumque, si intervenerint in iisdem, etiamsi tales sint, vel fuerint, quod specialis, et specifica de ipsis mentio habenda esset, supplemus.

Exclusio reverendæ cameræ spoliorum a successione intestata.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac Lateranensis concilii novissime celebrati de certo eorumdem notariorum numero, etiamsi ad illum nondum deventum fuerit, cui per hoc alias derogatum non intendimus, ac de consensu præstando in pensionibus, et quibusvis aliis etiam per Nos, et Sedem prædictam quomodolibet editis, et in futurum edendis cancellariæ apostolicæ regulis, et stylo in similibus hactenus servato, et piæ mem. Alexandri pp. VI. prædecessoris etiam Nostri tertiam partem bonorum ecclesiasticorum cameræ prædictæ deberi inter alia disponente: necnon ejusdem memoriæ Bonifacii pp. VIII. etiam prædecessoris Nostri, per quam concessiones de fructibus in absentia percipiendis sine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, et quibusvis aliis apostolicis, ac in universalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus

Derogatio contrariorum.

constitutionibus, et ordinationibus, necnon legibus imperialibus, et aliis etiam municipalibus tam urbis, quam quarumvis aliarum civitatum, et locorum, in quibus cives originarii creati sunt, ac quarumvis ecclesiarum, monasteriorum, ordinum, et hospitalis præfati, necnon quorumvis collegiorum, et officiorum dictæ curiæ, ac regnorum, provinciarum, et urbis, ac aliarum civitatum, et locorum, ac prædictæ cameræ, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, etiamsi de illis servandis, et non impetrandis literis apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet concessis utendo ipsi cappellani per se, vel eorum procuratores præstiterint forsan hactenus, vel in posterum eos præstare contigerit juramentum; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis dictis ecclesiis, monasteriis, ordinibus, hospitali sancti Joannis Hierosolymitani, illorumque præsulibus, seu administratoribus, et superioribus, ac magistris, præceptoribus, prioribus, militibus etiam antianis, capitulis, et conventibus, civitatibus, et locis, aliisque personis etiam particularibus, nec non archiepiscopis, episcopis, et aliis locorum ordinariis, etiam ejusdem S. R. E. cardinalibus, ac dictæ cameræ officialibus, illorumque collegiis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis per quoscumque Romanos pontifices prædecessores Nostros, ac Nos, et Sedem prædictam, etiam consistorialiter, etiam de ejusdem S. R. E. cardinalium consilio, ac per modum statuti, seu constitutionis perpetuorum, ac motu, et scientia paribus, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ac ad imperatoris, regum, reginarum, ducum, marchionum, et aliorum principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, et innovatis, et in posterum concedendis, confirmandis, ac innovandis, etiamsi in illis, ac statutis, et stabilimentis præfatis caveatur expresse, vel tacite, quod urbis nonnisi originariis civibus Romanis, ac civium eorumdem filiis, aliarum vero partium beneficia nonnisi personas illustres, seu nobiles, ac etiam originarios cives, aut alias certo modo in illis expresso qualificatos obtineri, aut conferri respective possint, et nullus in civem urbis, aut civitatum, oppidorum, terrarum, et locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possit, nisi prius in dictis civitatibus, oppidis, et locis per certum tempus habitaverit, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsan ad certum valorem ascendentia possideat; quodque præceptoriæ, et alia beneficia quæcumque dicti hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum prædictorum dispositione non in titulum perpetuorum beneficiorum conferri, sed in commendam ad vitam commendatariorum revocabiliter concedi debeant, ut sic pensionibus ecclesiasticis secularibus, aut aliis personis apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, et privilegiis præfatis etiam vigore clausulæ implicitæ derogationis latissime extendendæ etiam per quascumque literas apostolicas, et quasvis etiam derogatoriarum derogatorias, efficacioresque, et insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio dictorum cardinalium fiat, et tunc demum ad id magistri, et conventus præfatorum expressus accedat assensus, sintque literæ derogationis hujusmodi etiam per dictum magistrum subscriptæ, ac ei, et prædicto conventui per diversas in forma brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis præsentatas intimatæ, et non alias, nec alio modo, et semper in hujusmodi literis, quæ sic fient, etiam de simili consilio derogationis sit apposita clausula, quod illorum effectum sortiantur de consensu magistri, et conventus præfatorum, et non alias, aliter, nec alio modo. Quibus omnibus, et eorum singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes

mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, ac in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, quodque clausula implicitæ derogationis in rescripto, etiam motu proprio emanato apposita aliter in literis exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore, et firmitate permansuris, hac vice dumtaxat harum serie in genere, et in specie ad effectum præmissorum specialiter, ac expresse motu, et scientia similibus derogamus, ac derogatum esse decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 12. Volumus autem, quod præsentium transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, et adhiberi posset, si forent exhibitæ, vel ostensæ; quodque prædicti, antequam gratia creationis in notarios perfrui valeant, in manibus alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ professionem fidei juxta articulos pridem a Sede prædicta propositos emittere, et solitum fidelitatis juramentum præstare omnino teneantur, et quilibet ipsorum teneatur. Ceterum volumus pariter, atque decernimus, ut, si cui ex supradictis cappellanis similes testandi de bonis, ac pensiones transferendi facultates ab aliquo Romano pontifice prædecessore Nostro, cui simile cappellani ministerium præstiterit, concessæ fuerint, præsentes literæ illi, quoad facultates testandi de bonis, et transferendi pensiones hujusmodi minime suffragentur. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta januarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.

CCLXVII.

Dat. die 28 januarii 1804. anno IV.

Facultas præsidi generali monachorum Cistercensium provinciæ Romanæ hypothecandi, alienandi, et permutandi bona in ejus provincia.

CHIROGRAFO

Monsignor Alessandro Lante protonotario apostolico Nostro, e della Nostra Camera tesoriere generale.

Expositio precum.

§. 1. Ci ha rappresentato il presidente generale dei monaci Cistercensi della provincia Romana, che appresso alla liquidazione del quarto dovuto agli acquirenti Duveyrier, e Perillier in scudi 44443 » 93 adesivamente all' editto della Nostra segretaria di stato dei 24 ottobre dell' anno 1801 per l' acquisto da essi fatto nell' epoca del governo repubblicano dei beni tanto liberi, che enfiteutici, che i detti monaci godevano, e godono in Chiaravalle, e Potenza l' avete voi indotto a Nostra insinuazione in sequela del peso indossatogli all' occasione della reintegrazione al possesso degli enunciati effetti di supplire per ora allo sborso della metà dell' enunciata somma, che spetta al detto Duveyrier nel periodo di due anni, ed in conseguenza prima del termine del quinquennio accordato al pagamento del quattro con i frutti corrispondenti, a similitudine di ciò, che aveva praticato la Nostra camera con il detto Duveyrier per simile indennizzazione, dovutagli per l' acquisto dei beni camerali in forza delle Nostre disposizioni, che per riflessi particolari abbiamo creduto prescrivere a vantaggio del medesimo: ci ha rappresentato inoltre, che in esecuzione di tali beneficenze da Noi a pro di detto Duveyrier praticate ha convenuto la prestazione di detta metà in otto rate pagabili nel biennio anzidetto, oltre l' importare de' frutti calcolcati a tutto novembre prossimo passato, ma che gli mancano immediatamente i mezzi onde supplire nelle respettive scadenze al pagamento delle promesse rate non potendole ottenere dai redditi sì dei beni enfiteutici, che

propri per le circostanze, che si sono riunite a loro danno dopo esser tornati al possesso degli enunciati beni avendoci formato un quadro veramente infelice della loro situazione, sì per aver trovati i fondi nell' atto del rivindicato possesso molto deteriorati, e mal andati, cosa verisimile per le diverse occupazioni a cui sono andati soggetti in breve intervallo, sì per averli riscontrati mancanti di una gran parte dei bestiami, che formano la dote de' medesimi, e ne costituiscono la dovizia, ragion per cui tanto meno era il fruttato, sì per aver rinvenute tutte le palizzate, che trattengono la voracità del fiume Esino che circonda per una grand' estenzione i beni anzidetti quasi devastate per esser state trascurate da molto tempo, ed in fine per aver perfino subito la caduta della fabbrica della mola uno degli oggetti più interessanti, perchè trascurate le necessarie riparazioni nell' epoca già rimarcata in un colpo corrosa dall'acqua è precipitata, per riparare alle quali disgrazie gli occorrono molte, e molte migliaja di scudi, abbisognandogli per la sola ricostruzione della mola giusta le perizie scudi dodici mila; ci ha soggiunto in fine, che in mezzo a tutti questi infortunj, i quali nel momento, che gli fanno percepire tanti prodotti di meno lo spingono alla necessità d' improntare gran somme per riporre nello stato di floridezza gli effetti riacquistati gli si è dato eziandio l' arresto della contrattazione di tutte le derrate per il vil prezzo a cui presentemente in quella provincia corrono, onde ci ha supplicato di abilitarlo a poter prendere ad usura fino alla somma di scudi 50 mila quanto glie ne occorre per soddisfare tanto la metà del quarto liquidato dalla computisteria generale, della Nostra camera, che spetta al Duveyrier, che l'altra metà, che apparterrà al Perillier unitamente ai frutti decorsi, e decorrendi non mancando gran tempo a compire il quinquennio, allo spirare del quale giusta la legge dell'indicato editto dei 24 ottobre 1801 devono senza ritardo aver soddisfatto l'intero importare del quarto surriferito con i corrispondenti frutti, autorizzandolo a maggior cautela de' sovventori ad ipotecare a favore di essi sì generalmente, che specialmente quella quantità de' fondi che corrisponder possa alle somme somministrate di qualunque specie essi siano, liberi cioè, o enfiteutici, ed a qualunque monistero della sua provincia, e religione apparteneessero, giacchè senza questa cautela non rinverrebbe persona, che per il solo oggetto del subingresso delle ragioni del Duveyrier, e Perillier gli affidasse il suo danaro: ovvero in vista della difficoltà quasi insormontabile di rinvenire ad usura l' enunciata somma non tanto per la entità di essa, quanto per la sproporzione, ed irregolarità delle usure, che al presente domandano i sovventori, di graziarli a poter vendere, ed alienare tanti fondi in qualunque luogo posti, ed a qualunque de' monisteri della provincia Romana spettanti tanto se questi siano di libero, e diretto dominio de' medesimi religiosi, e loro monisteri, quanto se li ritenghino a titolo enfiteutico per l' entrante somma di scudi cinquanta mila con la facoltà eziandio di poter contrattare, e commutare con altri luoghi pii cedendo fondi maggiori, e ritirandone degli altri di minore estenzione, conteggiando il di più a danaro senza che i medesimi in questo caso particolare abbiano bisogno d' impetrare le facoltà della Nostra congregazione del Concilio, e Vescovi Regolari, ripromettendosi il nomato padre presidente di reintegrare quei monasteri, e mense, i beni de' quali a questo determinato oggetto fossero stati distratti nel periodo di anni sessanta con altrettanti capitali tuti, e sicuri fino al totale importare di quelli alienati in maniera, che al compir di detto termine ciascun monistero, che ha sofferto la smembrazione anzidetta torni ad avere nella sua estenzione altrettanti fondi, che perfettamente corrispondino all' importare di quelli alienati, al quale effetto si obbligherebbe in ogni anno rinvestire una determinata somma da moltiplicarsi affinchè di tratto in tratto con il prodotto del detto moltiplico si potessero acquistare de' capitali tuti, e sicuri d' ascriversi con ordine, e vantaggio di quello, o quelli de' monisteri, o mense abbaziali, che fossero stati soggetti alle ridette alienazioni; avenduci dimostrato che con que-

sto metodo gli effetti delle smembrazioni vengono direttamente a riverberare i monasteri, che le subiranno, e non già i padroni diretti dei fondi godendoli tali monisteri a titolo di perpetua concessione, subito che in un certo intervallo vengono a ripristinarsi altrettanti capitali del valor de' distratti, ed alienati. Communicammo a voi la supplica, e nell' udienza dei 3 del passato dicembre se ne tenne maturo proposito, analizzando le circostanze dell' esposto, pesando i titoli a cui appoggiava l'inchiesta, e librando le cause tutte, che animavano la istanza, ed appresso alla più accurata ponderazione veggendo da una parte la necessità in cui è il ridetto presidente, e la sua provincia di supplire allo sborso del quarto dovuto ai detti Duveyrier, e Perillier, e singolarmente alla metà di esso, che spetta al Duveyrier nel ristretto termine di un biennio per corrispondere alle Nostre intenzioni da voi significategli con biglietto de' 26 novembre 1803, e dall' altra parte la morale impossibilità di esso di potere riuscire ad uno sborzo sì vistoso con i prodotti, e rendite de' fondi abbaziali per la riunione delle incontrate disgrazie, e di tutte le accidentalità, che ha dovuto subire commiserando la sua situazione siamo venuti nella determinazione di condiscendere colla Nostra paterna clemenza all' istanza umiliataci colle modificazioni, e dichiarazioni, che esprimeremo in appresso.

Tenor concessionis.

§. 2. Quindi è che con il presente Nostro chirografo, nel quale vogliamo, che si abbia per espresso il tenor della supplica dell' istromento di reintegrazione al possesso delle enunciate badie di Chiaravalle, e Potenza, stipolato nel dì 16 marzo 1802 per gli atti del Gregorj segretario della Nostra camera, e singolarmente il patto di soggiacere allo sborzo dell' indennizzazione dovuta ai sunnominati compratori, delle disposizioni da Noi date per il pagamento della metà del riferito quarto al Duveyrier nel periodo di un biennio della convenzione firmata fra detto presidente, ed il medesimo mediante la persona del Gerard suo procuratore delle costituzioni de' Nostri predecessori, che vietano l'alienazione dei fondi, o camerali, o de' regolari, ed altri ecclesiastici, alle quali per i riflessi particolari, che concorrono nel presente caso intendiamo specialmente derogare, e di ogni altra cosa, che fosse necessaria esprimersi, e che avesse bisogno di special menzione di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della suprema Nostra potestà ordiniamo a voi, ed espressamente vi commettiamo di autorizzare il presidente de' monaci Cisterciensi della provincia Romana al detto determinato oggetto di pagare, ed effettivamente sborzare tanto al Duveyrier nel periodo del biennio, quanto al Perillier nel fine del quinquennio le respettive metà del quarto liquidato dal computista generale della Nostra camera con i corrispondenti frutti siccome Noi con la pienezza della Nostra potestà lo autorizziamo a poter creare un debito fino alla somma di scudi 50 mila con uno, o più sovventori, ed in diversi tempi, ed ipotecare a favor di essi sì generalmente, che specialmente quella quantità dei beni a qualunque de' monisteri della sua provincia spettanti, che i medesimi sovventori potessero ricercare, ed il valor dei quali corrisponda alle somme sovvenute, quantunque i beni prescelti si godessero dai monaci a titolo enfiteutico, e la proprietà, o sia il diretto dominio ad altri spettasse, ed anche alla Nostra camera, volendo Noi, che a questo solo, e determinato effetto a favor dei sovventori abbiano a considerarsi come liberi in maniera che in qualunque caso di morosità della convenuta restituzione, o pagamento de' frutti possano impeterli, e giusta le solite regole, e disposizioni di ragione farseli aggiudicare restando il peso al detto padre abbate presidente, e sua provincia di reintegrare la mensa, e proprietà da cui fossero smembrati tali fondi nel periodo di tempo, che gli prefigeremo in appresso in altrettanti capitali tuti, e sicuri corrispondenti all' entità, e valore degli obbligati, e distratti, ed inoltre accorderete, come Noi accordiamo alli sovventori suddetti il subingresso nelle ragioni de' ridetti Duveyrier, e Perillier per la indennizzazione, che gli è stata da Noi accordata. Tutte le volte poi, che non gli riuscisse trovare ad interesse l' intera somma di scudi 50 mila, ovve-

ro non la potesse avere a condizioni eque, e con discrete usure lo abilitarete, siccome Noi lo abilitiamo a vendere, ed alienare tanti fondi ancorchè dalla sua religione, e provincia si godessero a titolo enfiteutico, ed ancorchè il dominio diretto fosse della Nostra camera quanti ve n' entreranno per riunire o il totale della somma di scudi 50 mila, o quella rata, che gli mancasse oltre la somma trovata ad interesse a compimento dell' intero importare del quarto, e frutti, che spettano ai nomati acquirenti Duveyrier, e Perillier, volendo, che l' alienazione non oltrepassi detta somma a condizione però, che tali alienazioni sieguano previa l' affissione delle notificazioni colla solita riserva della vigesima, e sesta, e per il sollecito disbrigo riduciamo il termine della prima a soli giorni otto, e della seconda a soli giorni dieci, ed a tal' effetto assolviamo altresì il detto presidente dall' obbligo d' interpellarne i padroni diretti, e riportarne da essi il consenso, o l' approvazione, concedendogliela Noi fin da ora con la pienezza della Nostra potestà, giacchè resta provveduto all' indennizzazione di essi coll' obbligo, che ingiungerete, siccome Noi l' ingiungiamo al nominato presidente, e suoi successori pro tempore di ripristinare gli effetti alienati, e reintegrare ciascun monistero, o mensa abbaziale, con altrettanti capitali tuti, e sicuri, e se sarà possibile con altrettanti fondi perfettamente corrispondenti al valore di quelli distratti nel periodo, e tempo di anni trenta, e non più, e perchè i padroni diretti non abbiano a risentire pregiudizio, o danno per tali distrazioni neppur sul canone, che ritirano annualmente dalli rispettivi monisteri, a cui hanno concesso in enfiteusi i loro effetti, e ragioni proibiamo al detto presidente, ed individualmente a ciascun monistero investito di poter domandare per l' oggetto, e titolo di tali alienazioni defaleo alcuno al suo padrone diretto sul canone, che gli corrisponde, volendo, che a fronte della smembrazione gli si continui a pagare quello istesso canone, che gli soddisfacevano prima dell' alienazione medesima.

Providetur futurae reintegrationi.

§. 3. Ad oggetto poi, che immancabilmente vada a verificarsi la reintegrazione prescritta, ordinerete, siccome Noi ordiniamo al sunnomato presidente estensivamente a tutti i suoi successori pro tempore di dovere ogni anno delle rendite dell' abbazia di Chiaravalle, e Potenza rinvestire con il vincolo di moltiplico, e con la legge, che un tal rinvestimento, o moltiplico è diretto alla reintegrazione di quelli monisteri, e mense, i di cui beni sono stati o distratti, o ipotecati, senza poter mai convertire il detto denaro in altro uso fino a tanto, che non sarà seguita o l' intera liberazione dei fondi ipotecati, o la reintegrazione perfettamente corrispondente al valore degli effetti alienati, scudi mille cinquecento, cominciando a contarsi l' epoca di un tal rinvestimento dalla data del presente Nostro chirografo, e siccome non è sì facile in ogni anno trovare a rinvestire una somma sì tenue in fondi, il di cui valore corrisponda alla medesima, per cui dovrebbesi tenere il più delle volte per qualche tempo oziosa, ed infruttifera, così a similitudine di ciò, che altre volte ha praticato la Nostra camera autorizziamo il detto presidente, ed i suoi successori a poter impiegare un tal denaro con il prodotto del moltiplico medesimo in rinvestimento a tempo con i frutti ricompensativi, con che alle respettive scadenze debba depositarsi sorte, e frutti, per tornarla a rinvestire con li medesimi vincoli, derogando in vista delle particolari circostanze, che concorrono nel caso presente alle disposizioni canoniche, ed alle constituzioni de' Nostri predecessori, che vietano a luoghi pii tal sorte di rinvestimenti, beninteso, che di tratto in tratto, allorchè mediante il moltiplico prescritto, si sarà riunita una buona somma la debba erogare in uno, o più rinvestimenti stabili, tuti, e sicuri ed immediatamente, e distributivamente li debba ascrivere, e cedere a vantaggio di quelle mense, o monisteri, che averanno subite le alienazioni, o smembrazioni anzidette, o in parzial reintegrazione, o in plenaria reindennizzazione in correspettività dell' importare del rinvestimento, e del credito, che per l' alienazioni seguite conterranno le già dette mense,

e monisteri: sarà inoltre obbligo del nomato padre presidente, e suoi successori pro-tempore di esibire in ogni anno a ciascuno degli abbati commendatarj sulla di cui mensa sarà caduta una qualche alienazione, o alla Nostra camera, se un qualche fondo di dominio diretto di essa fosse stato distratto, le prove legali del rinvestimento adempito della rata stabilita di scudi 1500, e del moltiplico prescritto giusta il metodo, e la forma già individuata, e perciò di questo moltiplico ne dovrà far tenere a parte un conto legale, e probante, e perchè con più speditezza, e facilità possa riunire la somma, che gli abbisogna per dimettere il quarto e frutti di sopra contemplati, abilitiamo eziandio il ridetto presidente a poter fare delle permute coi confinanti, o con altri, di fondi di un valore molto maggiore di quelli, che venisse a ricevere, ritirando in denaro contante il di più dell' importare del fondo, che cedesse, e commutasse, quantunque le persone, con le quali eseguisse tali contratti di permute fossero ecclesiastiche, e regolari, quali perciò avessero bisogno del Nostro beneplacito, accordando Noi fin da ora a qualunque delle contemplate persone ecclesiastiche, ed a qualunque superiore, o rettori di monisteri, o luoghi pii la facoltà di poter venire a tali permute, senza, che debbano per questo caso aver ricorso alle Nostre congregazioni del Concilio, e Vescovi Regolari o altro superiore ecclesiastico per l'impetrazione del necessario beneplacito, assolvendoli da tutte quelle necessarie solennità, che in qualunque altra circostanza sarebbe espediente coerentemente alle canoniche disposizioni, ed alle costituzioni de' Nostri predecessori, perchè i contratti fossero legittimi, volendo, che tali facoltà siano estensive anche al caso di qualunque altro contratto, che venissero a conciliare con il suddetto presidente o di compra, o vendita, o di sovvenzioni in danaro con la promessa de' frutti ricompensativi, piacendoci, che possino venire alla stipolazione de' medesimi con il nomato presidente, liberamente, senza alcuna altra solennità, o abilitazione. I fondi poi alienati dal surriferito presidente in esecuzione della presente Nostra concessione passeranno liberamente nei compratori quantunque direttamente non appartenessero alli monisteri della provincia Romana, ma fossero di diretto dominio o di qualche mensa abbaziale, o della Nostra camera, ed ancorchè fossero sottoposti a qualunque vincolo, o peso di fondazione sciogliendoli, e liberandoli, da qualsisia soggezione, vincolo, o ipoteca ecclesiastica, transferendo i medesimi su tutti gli altri beni, che godono i detti religiosi, e su quelli, che in forza del moltiplico ordinato, si anderanno ripristinando, considerandoli Noi quali altri beni secolari, su di cui non è vietata la libera contrattazione, derogando espressamente a qualunque costituzione, che facesse in contrario, e singolarmente alle lettere apostoliche, e moti proprii di concessione, dei contratti enfiteutici stipolati con li suddetti monaci Cistercensi della provincia Romana, i respettivi monisteri, per cui mai, ed in qualunque tempo gli enunciati compratori potranno essere turbati dai superiori pro tempore dei monasteri anzidetti, nè dai presenti abbati commendatarj, o loro successori, nè dalla stessa Nostra camera; e per l'esecuzione delle cose suddette concediamo a voi la facoltà di stendere uno, o più decreti esecutoriali con abilitare il presidente generale a deputare tutti quei procuratori che crederà necessarj per la effettuazione dei suddetti contratti, e di fare tutt' altro che crederete opportuno approvando Noi fin d' adesso tutto ciò che sarà da voi fatto.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 4. Volendo, e decretando che il presente Nostro chirografo, benchè non esibito, nè registrato nella Nostra camera, e nei suoi libri, abbia sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore ancorchè non vi sia stato citato, nè sentito monsignor commissario della Nostra camera, e qualunque padrone diretto al quale appartenessero i beni da ipotecarsi, vendersi, e permutarsi, volendo che a norma del medesimo Nostro chirografo sia sempre giudicato da qualunque tribunale, e congregazione, quantunque cardinalizia; e che non possa mai opporsi al medesimo alcun difetto neppure di orrezione, e surrezione, togliendo ad ognuno la fa-

colta di giudicare, ed interpretrare diversamente, non ostante la bolla di Pio IV Nostro predecessore, *de registrandis*, le bolle di Simmaco, del detto Pio IV, e Pio V, e di altri Nostri predecessori *de rebus Ecclesiæ et cameræ non alienandis*, non ostante qualunque legge, uso, stile, consuetudine, statuto, e regola della Nostra cancelleria *de jure quæsito non tollendo*, e qualunque altro canone, e costituzione che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali cose tutte avendone il tenore qui per espresso e per questo caso solo espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo di xxviii gennaro MDCCCIV.

Pius PP. VII.

Dat. die 31 januarii 1804 anno IV.

CCLXVIII.

Indulgetur Baptistæ Mas monasterii B.M. Virginis de Valdigna ordinis Cisterciensis Valentinæ diœcesis abbati, ejusque in abbatia hujusmodi successoribus in perpetuum, ut pontificalia deferre valeant, et in pontificalibus celebrare etiam in aliis ecclesiis, quæ ad ordinem prædictum non spectant.

Dilecto filio Baptistæ Mas monachorum ordinis Cisterciensis in monasterio B.M.V. de Valdigna Valentinæ diœcesis abbati.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster,
Salutem et apostolicam benedictionem

Proemium.

§. 1. Sinceræ tuæ in Nos, et hanc sanctam Sedem fidei, et devotionis, aliisque virtutum meritis, quibus te insignitum esse accepimus, adducimur, ut te paterna benevolentia prosequamur, teque, tuosque in abbatia, quam obtines, successores honoribus libenter decoremus.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecisti tu, qui monachorum ordinis Cisterciensis in monasterio beatæ Virginis Mariæ de Valdigna diœcesis, vel provinciæ Valentinæ abbas existis, privilegio deferendi pontificalia, ut asseris, in ecclesiis tui ordinis donatus, eadem pontificalia etiam in aliis ecclesiis, quæ ad dictum ordinem minime spectant, eodem privilegio frui posse plurimum desideres.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos te præmissorum meritorum tuorum intuitu, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi, ac tuis in dicta abbatia successoribus in perpetuum, ut in quibuscumque tam sæcularium, quam regularium ecclesiis, extra tamen almam urbem Nostram existentibus, ac requisita prius loci ordinarii licentia, pontificalia deferre, et in pontificalibus celebrare libere, et licite possis, et valeas, dictique tui successores abbates pro tempore existentes pariter possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dicti tui ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima januarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 7 februarii 1804 anno IV.

CCLXIX.

Instante congregatione ecclesiastica civitatis Perusinæ, indulgetur, ut canonici cathedralis ecclesiæ electi in deputatos dictæ congregationis possint in absentia a choro percipere fructus canonicatus, et distributiones quotidianas pro diebus et horis quibus suæ deputationis officio detenuti fuerint.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Procemium.

§. 1. Expositum Nobis nuper est a dilectis filiis congregatione ecclesiastica Perusinæ civitatis, cui, ut asseritur, legitime institutæ ordinarius præest, congregationem hujusmodi solere eligere deputatos ad assistendum pro sua etiam parte consiliis, congressibus, sindacationibus, aliisque actibus publicis, ubi de rebus agitur, quæ sunt laicis quoque communes. Verum quia tales deputati nullo ad id munus alliciuntur lucro, nulloque rependuntur emolumento, difficile sæpe fieri viros de seculari clero invenire, qui istud onus moleste non ferant, ac subire non renuant. Necessario idcirco debere illos exquiri in capitulo cathedralis ecclesiæ, quos tamen ne chori servitium a deputationis officio avertat, conferre plurimum posse, si canonici cathedralis in deputatos congregationis electi a chori obligationibus eximantur pro tempore, quod ipsi in prædictorum negociorum tractationem impendent. Quapropter postulare exponentes, ac humiliter exorare, ut Nos in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac ipsorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, si et quando canonicos dictæ cathedralis ecclesiæ in deputatos dictæ congregationis ecclesiæ ab ea eligi, ac nominari contigerit, ut ipsi deputationis munere perdurante, et pro diebus tantum et horis, in quibus recensita negocia publica pertractanda fuerint, ipsique hujusmodi pertractationibus partes deputatorum expleturi intervenerint (super quo eorum conscientiam oneramus,) a choro, aliisque dictæ ecclesiæ servitiis, functionibusque abesse, ac interim omnes, et singulos sui canonicatus fructus, redditus, et proventus, nec non jura, obventiones etiam quotidianas, et extraordinarias quomodolibet nuncupatas in quibusvis rebus consistentes, et undecumque provenientes, quæque solis præsentibus dari, et præstari solent, ac debent, atque ad ipsos ratione canonicatus spectantes, et pertinentes lucrifacere, exigere, et percipere, suosque in usus, et utilitatem convertere in omnibus, et per omnia perinde ac si cunctis nocturnis, et diurnis horis cæterisque chori, ecclesiæque functionibus personaliter interessent, libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, ac cum ipsis desuper ex specialis dono gratiæ dispensamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac iis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis ad respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, ac personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irri-

tantibusque, et aliis in decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima februarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Notri anno quarto.

CCLXX.

Dat. die 7 februarii 1804 anno IV.

Confirmatio in perpetuum cujusdam privilegii cum concessione aliarum facultatum circa electiones pro priore, et canonicis regularibus abbatiæ Bernensis in diœcesi Hollandiæ Sylvæ Ducensis

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper est nomine dilectorum filiorum Antonii Van Geel prioris, et canonicorum regularium abbatiæ Bernensis ordinis Præmonstratensis, quod isthæc abbatia anno MCXXXIII. ut asseritur, primum erecta, deinde quia erectionis locum hostes subverterant, circa annum MDXC. in civitate Sylvæ Ducis feliciter restituta, tandem anno MDCXLVIII. novis cladibus obruta, penitusque eversa denuo fuit. At canonici licet bonis expoliati, et extra claustra ejecti, nullis tamen locorum, temporumque injuriis unquam devicti, sua semper in vocatione firmiter permanserunt, regulari, quod semel professi sunt, instituto fideliter adhærentes, et in Domini vinea, parochiales ecclesias diœcesis Sylvæ Ducis numero octo vel novem per vetus privilegium, ut asserunt, sibi concessas administrando, jugiter adlaborantes. Porro in obitu abbatis, qui alibi residere assuevit; prior, et canonici prædicti de novo abbate canonice eligendo invicem conveniebant, ac formaliter capitulum celebrabant, tunc enim ex alio, ut inquiunt, privilegio verum representabant, verumque constituebant conventum. Quapropter, ut adversus rerum vicissitudines opportune se muniant, ac privilegio eodem, quod huc usque viguit apud se, etiam in posterum in quacumque nova abbatis electione tuto perfrui pergant, illud nunc exponentes confirmari, atque perpetuari, et alia quædam, ut infra circa tum abbatum, tum priorum quoque electiones indulgeri a Nobis vehementer desiderant, enixisque precibus humiliter postulant.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes, in sortem Domini vocatos in sancto ipsorum proposito servare, et in Dominicæ vineæ cultura confovere cupientes, eosque, ac eorum singulos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eisdem exponentibus, ut privilegium veri conventus in abbatis electione ex concessione legitima, ut præfertur, penes eos vigere solitum ipsi perpetuo retinere, illoque in omni abbatem novum, cæteroquin canonice, eligendi occasione uti, et gaudere, eumdemque abbatem, quo in præsentia carent, ut primum per tempus licuerit, in conventuali capitulo, ac per secreta suffragia, si per compromissum juxta quod a constitutionibus ordinis præscribi perhibetur, impedimento aliquo nequeant eligere, et post capitularem electionem ad consuetam ejus installationem unus ex prædictis canonicis capitulariter designandus, quoties tamen illum, quem ad id statuta decernunt, desiderari contingat, rite procedere; rursus quamdiu eligendi abbatem opportunitas deerit, si interea temporis prior Bernensis, vel alius canonicus regens, ut aiunt, vita decesserint, reliqui canonici regulares abbatiæ prædictæ ad electio-

nem novi prioris, novique regentis capitulariter, secretisque suffragiis devenire, novosque electos aliquis eorumdem regentium, quem capitulum deputaverit, confirmare, ac juxta morem instituere libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die septima februarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.



CCLXXI.

Dat. die 2 martii 1804 anno IV.

Concessio favore perinsignis cathedralis ecclesiæ sancti Clementis P. et M. civitatis Velitrarum tituli præeminentiæ, et privilegii basilicarum minorum urbis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti ad ecclesiarum omnium statum, quarum Nobis a Domino commissa est cura, propensis studiis animum jugiter intendimus, illarumque honorificentiæ, et splendori, prout rationi, et æquitati consentaneum videtur, libenter consulimus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi quidem Nobis nuper fecit venerabilis frater Noster Henricus episcopus Ostiensis, et Veliternensis S.R.E. cardinalis dux Eboracensis nuncupatus, sacri venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. cardinalium collegii decanus, quod vetustissimis quæstionibus, nunc demum vehementius excitatis super præcedentia in processionibus inter dilectos filios parochos civitatis Veliternensis ex una, et beneficiatos cathedralis ecclesiæ ejusdem civitatis ex altera parte; propterea quod parochi medii canonicos inter, et beneficiatos incedebant, ac eodem Henrico episcopo in arbitrum hinc inde electo, ipse pro data sibi a Domino prudentia ad quæstiones hujusmodi a sæculo et ultra vigentes radicitus tollendas, remque omnem perpetuo componendam ex visitationis decreto, ac prævio dilectorum filiorum capituli, et canonicorum dictæ cathedralis ecclesiæ consensu, parochis concessit, ut peculiare s. Crucis vexillum in processionibus elatum præferrent, sub quo ipsi parochi stola induti, ac ante ipsos universus clerus secularis memoratæ cathedrali non addictus incedere debeat, immediate vero capitulare aliud sequatur ejusdem s. Crucis vexillum, sub quo seminarii alumni, et convictores, cappellani hebdomadarii, beneficiati, et canonici incedant ultimi; perquod editum decretum omnia dissidia hujusmodi

a tot annis ferventia extinxit, ac omnino diremit.

Ratio concessionis

§. 3. Quoniam vero sicut in eadem expositione additum erat ex concessione, et decreto hujusmodi capitulum prædictum de suo jure super suæ crucis unitate in processionibus præferendæ remisit, ad hanc reparandam jacturam, ac potissimum eo quod dicta cathedralis ecclesia sacrarum reliquiarum, sanctorumque corporum in ea quiescientium splendore, et antiquitatis inter reliquas cardinalitias suburbicanas ecclesias præstantia, templi magnificentia, canonicorum probitate, et doctrina ita floruerit, et floreat, ut non modo amplissimis laudibus a sancto Petro Damiano episcopo canonici fuerint affecti, sed successivis etiam temporibus ex ejusdem capituli gremio multi ad episcopalem dignitatem, undecim vero ejusdem ecclesiæ episcopi ad summum pontificatum fuerint evecti, ac præterea Lucius pp. III. prædecessor Noster ibidem sit summus pontifex renunciatus, quodque accedit ipsius civitatis Veliternensis celebritas, quæ tanta est, ut ex ea sanctum Clementem papam et martyrem prædecessorem itidem Nostrum originem duxisse affirmetur, ac multi cum literis, tum dignitatibus præclari viri ex ea prodierint, quos inter dilectus filius Noster Stephanus S. R. E. presbyter cardinalis Borgia nuncupatus sacræ congregationis de Propaganda Fide præfectus, idcirco dictus Henricus episcopus eamdem cathedralem in basilicam per Nos declarari summopere desiderat.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur ejusdem Henrici episcopi votis, quantum cum Domino possumus benigne annuere volentes, ac omnes singulares personas, quibus præsentes Nostræ favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ecclesiam cathedralem prædictam Deo, ejusque martyri s. Clementi dicatam in ecclesiam basilicam minorem, ad instar basilicarum minorum urbis auctoritate apostolica tenore præsentium erigimus, et declaramus, eidemque ecclesiæ, ac ipsius capitulo, et canonicis, ut conopœum, vulgo *padiglione* cum tintinnabulo in processionibus præferre ad instar earumdem basilicarum minorum urbis, nec non omnibus, et singulis privilegiis, præeminentiis, honoribus, et antelationibus, quibus aliæ basilicæ hujusmodi, tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, vel uti, frui, et gaudere in futurum poterunt, pari modo uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore præsentis concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda martii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.

CCLXXII.

Dat. die 6 martii 1804 anno IV.

Concessio juris possidendi bona stabilia, ac recipiendi novas moniales chorales, et sorores conversas pro monialibus sancti Benedicti civitatis Eugubinæ.

Venerabili fratri
episcopo Eugubino.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Exponi nuper fecerunt Nobis dilectæ in Christo filiæ moniales ordinis s. Benedicti istius Eugubinæ civitatis, quod ipsæ antea in binis monasteriis, altero s. Claræ, altero s. Martialis divisim isthic inhabitantes, in unam deinde translatæ,

et conjunctæ simul fuere communitatem monasterii de Carmelo nuncupati, ubi nunc manent, sed tantum ad tempus a rec. mem. Pio pp. VI. prædecessore Nostro præordinatum, quum per apostolicas suas in simili forma Brevis die decima secunda decembris 1786. expeditas literas monasteriorum hujusmodi suppressionem decrevit, eorumque bona, jura, et actiones conservatorio, seu refugio pio, ut ajunt, puellarum pauperum civitatis ejusdem perpetuo addixit, et alias, prout iisdem in literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, fusius contineri perhibetur. Quoniam vero isthæc decreta suppressio tunc demum juxta dictarum literarum præscriptum perficienda plenarie foret, quum de communitate exponentium quinque tantum superessent moniales chorales, contigit interim, ut tibi, quem idem prædecessor ad harum ordinationum executionem opportunis cum facultatibus delegaverat, post varia super alimentis, quæ a patrimonio refugii monialibus exponentibus ad postremam usque earum extinctionem congrue suppeditari oportebat, adhibita experimenta, satius, et patrimonio utilius sit visum, undecim prædia, aliquotque census eis alimentorum loco assignare; tum contigit simul, ut œconomica hujus assignationis provisio tempus, locumque præbuerit animis viam excogitandi, qua moniales nihil de eo, quod ad utilitatem refugii extat præordinatum, auferri, et præstitutam ipsorum abolitionem censeant posse anteverti.

Proponunt idcirco

I.

Conditiones servandae ad gratiae effectus consequendos.

§. 2. Soluturas se proprio ære in perpetuum quidquid persolvi opus fuerit pro reficiendis, conservandisque ædibus omnibus, et singulis tam ruralibus, quam urbanis, ad conservatorium prædicti refugii pii spectantibus, nec non soluturas pariter illud omne, quod a conservatorio jam solvitur, vel in futurum solvetur in taxas, contributiones, et onera publica, tum imposita, tum quomodolibet imponenda super fundis, et censibus, cæterisque quibuslibet bonis, quæ possidet, ac possidere potuerit, ita tamen ut ipsæ moniales in plenam, liberamque redeant possessionem, et proprietatem bonorum, ac censuum, uti et utensilium domus, et ecclesiæ, quæ nunc eis assignata sunt dumtaxat in usum, et fructum, utque insuper ad recte æquilibrandas initio suarum rerum rationes, unde nunquam ad onera, quæ sibi assumunt, subinde possint impares fieri, contribuantur ipsis a patrimonio refugii per septem subsequentes annos septingentena scutata, id est singulis centena annis in decursu septennii, vel integra summa hujusmodi prius etiam quam septennium effluat, si refugio commodum fuerit.

II.

Cedi ab exponentibus beneficio conservatorii omnes, et singulas dotes, quæ occasione receptionum, et professionum tribui monasterio solent a novis professis, atque conversis, nihil retinendo pro se, nisi illud dumtaxat, quod præter, et ultra dotem percipitur pro reliquis educationis, vestitionis, et professionis expensis: has autem futuras dotes deponi penes depositarium refugii ad extinguendum pro rata omne alienum æs, quod necessario contrahi a conservatorio debuit, ut ea, quæ prælaudatæ literæ præscribebant, mandarentur executioni: depositum porro dotum hujusmodi continuari usquedum tale æs alienum finietur dissolvi, imo ad dissolutionem hanc quantocitius properandam statui debere per formale decretum, ut pro hujusmodi effectu etiam a patrimonio refugii centum deponantur scutata quotannis.

III.

Se suum præstare consensum, ut si forte ipsarum monasterium, atque communitatem quacumque ex causa contingat deficere; eo in casu omnia ipsorum bona, jura, et actiones relabantur conservatorio, ejusque proprietati, dominio, ac emolumento penitus cedant. Demum his ita propositis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Gratiae executio prudentiae episcopi committitur.

§. 3. Nos igitur attento regularis olim Nostræ professionis inclyto ordine, quem exponentes profitentur, attentoque etiam, sicuti accepimus, desiderio tam fraternitatis tuæ præcipuo, tum istorum civium communi pro dictis monialibus ista in civitate servandis, ipsas exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, easque, ac earum singulas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus enarratis, et quatenus enarrata monasterio æque, ac conservatorio prædictis fore proficua in Domino duxeris, eisdem exponentibus licet ipsis ob præordinatam in memoratis literis earum suppressionem, nec aliquid ad præsens in proprietatem possidere, nec ullam rursus monialem tam de choralium, quam de conversarum, ut dicitur, classe admittere liceat, nihilominus tam bona, census, et utensilia superius recensita, quam alia quæcumque hujusmodi, licite eis aliunde obventura, post hac in proprietatem recipiendi, acquirendi, et retinendi, nec non moniales novas chorales, novasque sorores conversas, eodem, quo antea, modo ad vestitionem, et professionem adsciscendi, admittendi, et in aliarum numerum coaptandi sub oneribus tamen, et conditionibus supra per ipsas propositis atque promissis, aliisque etiam provisionibus, et cautelis per te conservatorii favore capiendis, atque injungendis, licentiam, et facultatem, qua indigent, auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et prudentia impertiaris, atque concedas, easque a lege, et obligatione subeundi suppressionem præscriptam prorsus absolvas.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictis monialibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab illis, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus memorati prædecessoris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti conservatorii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta martii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.



Dat. die 7 martii 1801 anno IV.

CCLXXIII.

Erectio novæ pareciæ in suburbio nuncupato Pio ad paludes Pontinas.

Moderno episcopo Terracinensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Inter ceteras utilitates, quæ obvenerunt ex celebri opere assiduis curis assumpto, et ad exitum perducto per rec. mem. Pium pp. VI. prædecessorem Nostrum exiccandi, et ad culturam revocandi Pontinas paludes id aucto populo, atque commercio, multisque ædificiis extra istius civitatis mœnia extructis, præsertim ad oram maritimam, suburbium coaluerit, quod prælaudati pontificis nomine suburbium, seu burgum Pium isthic appellant.

Expositio precum.

§. 2. Sane cum accepimus voluisse pro pastorali sua sollicitudine suburbanis incolis istis prospicere novæ parochiæ erectione, eamque ob causam in animum habuisse, ut a religiosa familia ordinis fratrum prædicatorum, quorum domui, ut vocant, generalitiæ non exigua bona in regione ista concesserit, ecclesia s. Pii nuncupanda construeretur, sed quoniam id ob subsecutas rerum vicissitudines nondum confici potuit nuper Nobis non sine magno animi Nostri mœrore delatum Nobis est, incolas ejusmodi suburbanarum domorum, atque etiam eos damnatos ad opus publicum, qui in aggeribus fluminum Pontinorum, aliisque laboribus occupantur, militesque per ista loca stationem habentes, necessariis Christianæ doctrinæ instructionibus, ac monitionibus carere, et sæpe etiam sine sacramentorum administratione e vita infeliciter migrare. Quapropter varias iis, quibus in civitate et agro Terracinensi cura animarum incumbit, adducentibus excusationes; necesse fuit, ut a dilecto filio magistro Alexandro Lante cameræ Nostræ apostolicæ generali thesaurario, cui hanc rem præcipue commendavimus, mitteretur isthuc ab urbe presbyter idoneus sumptibus, ac stipendio cameræ Nostræ, qui de tui approbatione isto in suburbio sub cappellani tituli vices parochi interim gereret, donec solidius atque stabilius enarratis malis remedium afferendum duceremus.

Erectio ecclesiæ parochialis.

§. 3. Verum pro eo quod ab æterno pastore Nobis commissum est, munere animadvertentes periculo diutius differri non posse, volentesque etiam ut plebis dicti suburbii aucta magisque in dies forsan excrescens, certum propriumque agnoscat rectorem, ideo novam parochiam in ecclesia inibi existente sub invocatione s. Mariæ Portus Salvi, sumptibus bo. mem. Nicolai Ajelli extructa, et a memorato Nostro prædecessore consecrata auctoritate apostolica tenore præsentium in perpetuum erigimus, atque instituimus modo, et conditionibus infrascriptis, videlicet accedente consensu patroni seu patronorum ejusdem ecclesiæ, quibus omnia patronatus jura intacta præservamus.

Dotatio ecclesiæ.

§. 4. Sed quoniam novo parocho pars congruæ supplenda erit ex publico aerario, donec ibi milites et prædicti ad opus damnati detinebuntur, ac donec aliter a Nobis provideatur, propterea volumus, ut prima vice ad Nostrum thesaurarium generalem altera vice ad prædictos patronos, et sic futuris temporibus alternatim pertineat jus nominandi, ac præsentandi parochum rite examinandum, approbandumque, ac juxta sacrorum canonum, et concilii Tridentini in parochialibus juris patronatus laicorum præscripta a te, suisque pro tempore successoribus instituendum.

Concessio privilegiorum.

§. 5. Prædictæ autem ecclesiæ omnia jura, privilegia, honores, et facultates ecclesiis parochialibus de jure competentes concedimus, atque attribuimus, ac præsertim jus baptizandi, et sacrum fontem erigendi, ac retinendi. Ad sepulturas vero, et cæmeterium quum locus in ipsa ecclesia, ejusque pertinentiis neque comodus, neque sufficiens esse videatur, mandamus congruum situm præstari in cryptis vicini horti, qui ad Nostram cameram spectat. Eidem parocho ultra emolumenta, et obventiones ex hujusmodi curæ exercitio debitas, ac de jure permissas, ac præter præstationem a pio ecclesiæ fundatore relictam sacerdoti ea in ecclesia missam diebus festis celebranti, volumus etiam a Nostra camera præstari quotannis, rebus in

præsenti statu, ut supra, manentibus, scutata nonaginta monetæ Romanæ, quorum triginta detrahenda erunt ex annua præstatione ab eadem Nostra camera fieri solita communitati Terracinæ pro compensationibus conventis initio bonificationis Pontinæ anno MDCCLXXVII, atque ad prædictos effectus thesaurario generali omnes facultates necessarias impertimur. Hujus autem novæ paræciæ ambitum ita constituimus, ut comprehendat suburbium Pium, totumque illum Terracinæ tractum, qui a mœnibus istius civitatis ad mare usque extenditur, suo prudenti arbitrio relinquentes facultatem designandi hinc inde limites, prout magis expedire videbitur, rurales domos incolentibus, ut a parocho istius ecclesiæ commodius instruantur, et sacramenta recipient. Qui limites semel designati, et constituti perpetuo in posterum servari debeant.

Exemptio novae pareciae a jurisdictione ecclesiae cathedralis Terracinensis.

§. 6. Atque ita novam prædictam parochiam, parochum, suburbium, et agri tractum intra hujusmodi fines a quolibet jure et jurisdictione parochiali cathedralis ecclesiæ Terracinensis, ejusque capituli, et canonicorum, et quibuscumque eorum prætensionibus separamus, eximimus, ac perpetuo liberamus, sublata cuilibet desuper contradicendi, et reclamandi facultate, sive in judicio, sive extra judicium, quacumque ex causa, titulo, atque prætextu.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, neque ullum obreptionis, aut subreptionis vitium, aliumque defectum, a quoquam eis opponi posse, licet citati, et auditi non fuerint præfati canonici, et quisquis alius sua interesse prætenderit, ac iis, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum plenissime suffragari, et ab omnibus inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus, quatenus opus sit, recentis memoriæ Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ cathedralis ecclesiæ Terracinensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima martii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quarto.



PIUS VII.

ANNO QUINTO



Dat. die 16 martii 1804 anno V.

CCLXXIV.

Erectio novæ domus congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii in terra sancti Laurentii in Campo.

Dilecto filio Nostro S. R. E. diacono cardinali Albani nuncupato abbati commendatario monasterii sancti Laurentii in Campo nullius diœcesis, provinciæ Urbinatensis.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joseph Medici presbyter sæcularis congregationis sancti Philippi Nerii, ac dilecti filii canonici prioris Dominici Baldoni procurator ad infrascripta exequenda constitutus, quod ipse ad majorem Dei gloriam, ac spiritualem istius terræ sancti Laurentii in Campo utilitatem, unam domum presbyterorum sæcularium ejusdem congregationis Oratorii ex bonis a dicto Carolo per suam irrevocabilem donationem inter vivos assignatis erigi posse plurimum desiderat: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum Josephum specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, circumspectioni tuæ per præsentes injungimus, ut veris existentibus narratis, et constito tibi quod omnia ad præscriptum constitutionum apostolicarum requisita concurrant, ad petitam erectionem novæ domus congregationis prædictæ Oratorii sancti Philippi Nerii, quatenus ipsius ædes cum ecclesia, campanili, sacristia, refectorio, et aliis officinis fuerint absolutæ, et supellectili tum sacra, tum prophana sufficienter instructæ, atque hisce expressis legibus, ut novæ domus hujusmodi presbyteri tibi, ac pro tempore existenti commendatario abbati perpetuo subjaceant quantum per leges, et constitutiones sancti fundatoris apostolica auctoritate confirmatas fieri licet. Secundo, ut bona pro hujusmodi nova domo assignata nec alicui alii domui ejusdem congregationis incorporari, neque ad alios pios usus distrahi ullo unquam tempore possint. Tertio si, et quando dicti presbyteri in hujusmodi domo degere nequeant, aut nolint, tunc Nobis, et Romanis pontificibus pro tempore existentibus successoribus Nostris integrum sit de dictis ædibus, et bonis disponere, prout in Domino videbitur, auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et conscientia procedas, nec non domus hujusmodi sic erigendæ presbyteris, ut omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, et favoribus spiritualibus, et temporalibus, quibus ejusdem congregationis domus sanctæ Mariæ in Vallicella de urbe potitur, et gaudet, pari modo potiri, et gaudere in perpetuum libere, et licite possint, et valeant, auctoritate, et arbitrio prædictis concedas, et indulgeas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus, quatenus opus sit, congregationis prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta martii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXV.

Dat. die 23 martii 1801 anno V.

Exemptio ab omni onere, et gabella super piscatione ad Pontem Ruptum, et jure ibi piscandi pro ecclesia parochiali sanctissimi Salvatoris de urbe ad pontem prædictum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Quum sicut dilectus frater modernus rector parochialis ecclesiæ sanctissimi Salvatoris de urbe ad Pontem Ruptum nuper fecit exponi, jure sub eodem ponte piscandi seu piscari faciendi ecclesia hujusmodi polleat: ipse autem rector ad beneficium pauperum quibus ea in parochia degentibus parochi pro tempore ob parochialium fructuum tenuitatem parum possunt opitulari, cupiat atque exoret humiliter eximi per Nos tale jus ab omni, et quocumque onere, perinde ac exemptum est jus simile, quod a capitulo ecclesiæ sanctæ Mariæ trans Tiberim possidetur ad pontem Sixtum, ubi ex apostolico, ut asseritur, privilegio nihil omnino solvitur pro vectigali, seu taxa, et gabella communi, nec quidpiam quoque impenditur atque præstatur pro captis inibi piscibus, quorum capita in Capitolii mensura recensentur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ut post hac memorata parochialis ecclesia, ejusque rectores pro tempore in perpetuum iisdem privilegiis, ac exemptionibus, quibus ut præfertur capitulum sanctæ Mariæ trans Tiberim quoad suam in ponte Sixto piscationem potitur, et gaudet, similiter in piscatione ad Pontem Ruptum facienda potiri et gaudere libere in omnibus, et per omnia possint ac debeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ecclesiæ et parochis prædictis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis etiam speciali et expressa mentione ac derogatione dignis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia martii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 24 martii 1804 anno V.

CCLXXVI.

Novæ concessiones in favorem agriculturæ in agro Romano, ac provinciis Latii, Sabinæ, et Patrimonii s. Petri.

NOTIFICAZIONE

Giuseppe per la divina misericordia vescovo di Frascati, commendatario di s. Cecilia, card. Doria Pamphilj, della Santa Romana Chiesa pro-camerlengo.

Pro camerarius chirographi publicationem curat.

§. 1. Premendo alla Santità di Nostro signore Pio papa VII. che restino eliminati tutti gli ostacoli, li quali potrebbero eludere li benefici effetti delle disposizioni prese, e pubblicate col moto proprio delli 15. settembre 1802. pel favore, e l'accrescimento dell' agricoltura tanto nell' agro Romano, che nelle provincie suburbane di Marittima e Campagna, Lazio, Sabina, e Patrimonio, è piaciuto alla stessa Santità Sua di dare una maggiore estensione al provvedimento contenuto nel surriferito moto proprio all' articolo 5. del capitolo II., come potrà ognuno meglio rilevare dalla lettura della nuova cedola di moto proprio segnata da Sua Beatitudine li 24 marzo scorso, che è del tenore seguente, cioè

Pius PP. VII.

Motu proprio

Tenor chirographi.

§. 2. L' oggetto di animare, e promovere più particolarmente l'agricoltura nelle vaste, e poco coltivate campagne dell'agro Romano, e di una gran parte delle provincie suburbane, c' indusse a prescrivere li provvedimenti, che si contengono nella Nostra cedola di moto proprio delli 15 settembre 1802. Essi sono principalmente diretti ad ottenere quella maggior divisione dei latifondi, la quale è lungo tempo, che da tutti generalmente si desidera come il migliore, e il più sicuro mezzo, onde restituire le predette campagne a quel florido stato di coltivazione, che un tempo esse offrivano, e che avventurosamente appunto si ritrova nelle altre più lontane provincie del Nostro stato, nelle quali li possessi fondiarj sono divisi in diverse colonie. E per assicurare maggiormente un tale importante oggetto nel medesimo moto proprio credemmo di doverci occupare in rimovere tutti quelli ostacoli, e quelli inceppamenti, che li rispettivi proprietarj avrebbero potuto incontrare in effettuare la stessa tanto desiderata divisione dei loro latifondj, non avendo perduto di vista quello ancora, che poteva provenire dal così detto diritto del retratto; al quale effetto disponemmo all'articolo 5. del capitolo II. di detto Nostro moto proprio, che qualora le suddette divisioni de' latifondi seguissero col mezzo di vendite, non potesse mai aver luogo alcun diritto di retratto, o prelazione a favore del possessore del terreno vicino.

§. 3. Siccome però questa disposizione del predetto art. 5. oltre ad essere ristretta ai soli circondarj migliarj, che a tenore del medesimo moto proprio incominciano ad andare nel corrente anno soggetti alla nuova tassa di migliorazione, e a quelli, che vi si assoggetteranno in appresso, non comprende, che il solo caso, in cui un possessore di latifondo soltanto ne alieni una porzione; così non abbiamo tralasciato di considerare, che tanto all'occasione di vendita di terreni situati fuori dei predetti circondarj migliarj soggetti alla riferita nuova tassa di migliorazione, quanto nel caso, in cui la vendita stessa si estendesse alla totalità del fondo, avrebbe continuato a militare a favore del possessore del terreno contiguo il predetto diritto del retratto; e in tutti questi casi per conseguenza ben lungi dal diminuirsi li latifondj si sarebbero anzi andati maggiormente ingrossando, in manifesta opposizione delle anzidette Nostre benefiche viste dirette al rifiorimento dell'agricoltura col mezzo della enunciata tanto desiderata divisione de' latifondj. Perciò dopo di avere inteso il parere della Nostra congregazione economica, la quale si è maturamente occupata di un tale oggetto nella sessione delli 20. febrajo scaduto, ed approvando intieramente la risoluzione della medesima, siamo venuti nella benigna determinazione di estendere, come colla presente Nostra cedola,

De jure retractus in venditionibus finitimis concedendo.

in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserto il tenore di qualsivoglia cosa necessaria ad esprimersi, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema podestà estendiamo a tutti li casi possibili, e indistintamente a tutti i fondi la disposizione contenuta come sopra nel riferito articolo 5. del capitolo II. del citato Nostro moto proprio delli 15. settembre 1802. E in conseguenza dichiariamo, che tanto nei prescritti circondarj migliari, li quali nel corrente anno 1804. incominciano ad essere sottoposti, o soggiaceranno in appresso alla nuova tassa di migliorazione, quanto fuori dei medesimi circondarj, e parimenti sì dentro le così dette vigne di Roma, come in qualunque parte dell' agro Romano, e circonvicine provincie comprese nei provvidementi del più volte citato moto proprio delli 15. settembre 1802., non potrà mai d' ora innanzi in alcun caso essere permesso a verun proprietario di terreno di costringere il possessore vicino di un fondo a cederglielo; e parimenti nel caso, che questi volesse o in tutto, o in parte alienarlo, al suddetto proprietario del fondo vicino non potrà mai competere alcuna prelazione, giacchè tanto in un caso, che nell' altro verrebbe a contrariarsi lo spirito dell' enunciata Nostra legge diretta alla suddivisione de' latifondj, li quali in tutti e due li suddetti casi verrebbero anzi maggiormente ad ingrossarsi; al quale effetto colla pienezza della Nostra suprema podestà deroghiamo alla nota costituzione delli 3 ottobre 1574. di Gregorio XIII. Nostro predecessore di felice ricordazione in quella parte, in cui parla del retratto sopra li predj rustici, non meno che alle successive di altri Nostri predecessori nelle quali la medesima sia stata confermata, come ancora alle disposizioni statutarie confermate anche in forma specifica, e a qualunque altra legge, privilegio, o consuetudine, che facesse, o potesse fare in contrario.

Confirmatio aliarum legum ad rem editarum.

§. 4. Con questa ampliazione del divisato articolo del predetto moto proprio delli 15. settembre 1802 Noi diamo sempre più chiaramente a conoscere quanto siamo animati dal desiderio di vedere estesa, e perfezionata l' agricoltura nel Nostro stato; e in conseguenza ognuno potrà di leggieri immaginarsi, che saremo per insistere su la più esatta esecuzione dei diversi provvedimenti prescritti col moto proprio medesimo in vista dell' enunciato doppio interessante oggetto di accrescere, e perfezionare l' agricoltura, e che non saremo certamente per permettere che anche di detta Nostra legge abbia ad accadere ciò che è successo di tanti altri provvidi stabilimenti, li quali non per altra cagione non hanno corrisposto alla loro espettazione, se non perchè se n' è in progresso di tempo trascurata la esecuzione, e l' osservanza. Nulladimeno affinchè da tutti meglio si conosca questa Nostra costante volontà, e determinazione ci prevalghiamo del presente incontro per confermare, come confermiamo in tutte le sue parti l' anzidetta legge delli 15. settembre 1802. E perciò nuovamente altresì inculchiamo alla deputazione annonaria di usare di tutta la maggiore attività, e diligenza in proposito della divisata esecuzione dei riferiti provvedimenti contenuti nella legge stessa; poichè tale è mente, e volontà Nostra espressa.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 5. Volendo, e decretando, che al presente Nostro moto proprio, benchè non esibito, nè registrato in camera, nè ne' suoi libri, non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, orrezione, o altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ma che così, e non altrimenti debba sempre nelle cose premesse giudicarsi, ed interpretarsi da qualunque giudice, o tribunale, benchè collegiale, congregazioni anche di reverendissimi cardinali, camerlengo di s. Chiesa, tesoriere, rota, camera, e qualunque altro, togliendo loro, ed a ciascuno di essi ogni facoltà, e giurisdizione de definire, ed interpretare in contrario; dichiarando Noi preventivamente fino d'adesso nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità scientemente, o ignorantemente si giudicasse, o tentasse di giudicare contro quanto si dispone nel presente Nostro moto proprio, quale dovrà avere il suo pieno vigore, benchè non vi sia stata chiamata, nè sentita qualunque persona, o corpo benchè privilegiato, privilegiatissimo, ecclesiastico, luoghi pii, ed altri, che avessero, o pretendes-

sero avervi interesse. Non ostante la bolla di Pio IV. *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quæsito non tollendo*.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non ostanti ancora qualsisiano chirografi, brevi, ordinazioni, e costituzioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, bandi, ed editti, leggi, statuti, riforme, stili, e consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, supplendo Noi colla pienezza della Nostra potestà ad ogni vizio, o difetto, che vi potesse intervenire per questa sola volta, e per la piena esecuzione di quanto si contiene nel presente Nostro moto proprio ampiamente, e nella più valida forma deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 24 marzo 1804.

PIUS PP. VII.

Affinchè pertanto l'enunciata nuova benefica disposizione che ad ulterior favore dell' agricoltura tanto nell' agro Romano, che nelle provincie suburbane è piaciuto a Sua Beatitudine di prescrivere colla riportata special cedola di moto proprio delli 24 marzo scaduto si deduca prontamente a notizia del pubblico, e niuno possa mai allegarne ignoranza, vogliamo, ed ordiniamo, che la presente Nostra notificazione venga pubblicata, ed affissa nei soliti siti di questa capitale, e delle altre città, e luoghi principali delle stesse provincie suburbane. Data in camera apostolica questo dì 6 aprile 1804.

G. card. Doria Pamphilj pro camerlengo

P. Ferrari uditore

Nicola Nardi segr. e cancel. della R.C.A.

CCLXXVII.

Dat. die 26 martii 1804 anno V.

Allocutio habita in consistorio secreto diei 26 martii 1804 in creatione duorum S. R. E. cardinalium.

Venerabiles fratres.

Quo potissimum in eligendis S. R. E. cardinalibus consilio duceremur, quid in viris ad summos honores promovendis praecipue Nos, constanterque spectaturi essemus, ex hoc ipso, venerabiles fratres, loco alias a Nobis patefactum est. Id scilicet Nobis, simulac ad supremam Petri cathedram evecti sumus, propositum esse apertissime declaravimus, ut in conferendis ecclesiae dignitatibus illorum in primis rationem haberemus, qui christiana virtutum, et meritorum suppellectile magis abundarent, quique muneribus, quae ipsis demandata fuissent, magna cum laude perfuncti, gravissimis ad maiora suffragiis vocarentur. Non alia certe, praeter hanc, patet via vel ad homines optime de Ecclesia meritos iustis praemiis afficiendos, vel ad alios, ut praeclara illorum vestigia sequantur, acrius excitandos.

Hoc sane proposito, cujus Nos tenacissimos fore pollicemur, adducti sumus, ut Carolum Opizzonium Bononiensis ecclesiae archiepiscopum in numerum S. R. E. cardinalium adsisceremus. Is enim difficillimo tempore cum in rebus catholicae religionis tuendis omnes ingenii, zelique sui vires firmissime exeruisset, praeclare de eadem religione, optimeque meritus est: in Bononiensi archiepiscopatu postea gerendo prudentia, constantia, integritate, omnibus denique virtutibus, quae maxime episcopum decent, ita se Nobis commendavit, ut dignum plane judicaverimus, quem vestro, venerabiles fatres, collegio adscriberemus. Atque id quidem ab aliquo iam tempore taciti decreveramus. Quo enim magis virtutum ille suarum in pastorali munere obeundo censum ampliavit, eo paternus Nostrae erga eum charitatis affectus intensior, acriorque factus est. Etsi vero Nostrae in eum voluntatis aliquot indicia ei dedis-

semus, Nostrum tamen consilium ad exitum perducere aliquanto distulimus, ut nimirum novis ipse meritis cumularetur, digniorque vobis, venerabiles fratres, et cunctae Ecclesiae eo dignitatis gradu appareret, ad quem libentissimo illum animo hodie promovemus.

Confidimus, antistitem ornatissimum nova hac amplissimi honoris accessione decoratum acrioribus ad procurandum Ecclesiae bonum stimulis excitatum iri, Nobisque, et apostolicae Sedi ita adfuturum, ut merito Nos tantam ei dignitatem contulisse omnibus videamur.

Quae cum ita sint, ad majorem omnipotentis Dei gloriam, Sanctae Romanae Ecclesiae utilitatem, ac decus creare intendimus cardinalem Carolum Opizzoni archiepiscopum Bononiensem.

Quid vobis videtur?

Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, ac Nostra creamus S. R. E. presbyterum cardinalem.

Carolum Opizzoni archiepiscopum Bononiensem.

Alterum item egregium virum collegio vestro adjiciendum putavimus, quem tamen in pectore reservamus, arbitrio Nostro quandocumque evulgandum; cum omnibus dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis. In nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

CCLXXVIII.

Dat. die 27 martii 1804 anno V.

Instante custode conventus s. Francisci Muri Veteris in Hispania, indulgetur, ut etiam mulieres possint ingredi, et egredi per ecclesiae januam, quae ducit ad claustra inferiora conventus tam pro indulgentia portiunculae, quam in processionibus, quae per eadem claustra fiunt.

Venerabili fratri archiepiscopo Valentino

Pius pp. VII.

Ven. frater, salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Nuper Nobis exponi fecit dilectus filius Antonius Martinez custos conventus sancti Francisci Muri Veteris, olim Sagunti, Nos ejus, ut asserit, antecessori, dum custodis munere fungeretur, indulsisse ad triennium, ut omnes utriusque sexus christifideles, qui metu solis nimium in conventus platea augusti mense aestuantis a portiunculae indulgentia lucranda non parum avertebantur, ingredi, egredique possent in festo sanctae Mariae Angelorum ecclesiam ejusdem conventus per januam, quae ad inferiora claustra ducit; tum etiam ut ne causa imbrium, qui frequentes ibi esse solent, quaedam processiones eam per plateam fieri consuetae impedirentur, peragi illae valerent per eadem claustra, si tempore processionum imbres de coelo ruere contigisset. Quum autem compertum experientia sit, devotionem, pietatemque fidelium non mediocre ex hujusmodi indulto Nostro incrementum accepisse, ideo quo latiores in ea Domini vinea agat radices, summopere cupit exponens, idem indultum, prius quam triennii tempus expiret non modo per Nos confirmari, sed etiam perpetuum reddi, perpetuoque pariter ampliari ad alias tres processiones, quae incedentibus una clero, communitatibus, et populo oppidi ibidem fiunt diebus trigesima julii, decima augusti, et feria sexta maioris hebdomadae singulis annis, nimirum, ut ad aestivas molestias, hybernasque inclementias penitus evi-

Expositio precum.

tandas, quum caloris, pluviarum, ventorumque vis ingruit, liceat tunc his in processionibus, aliisque superius recensitis inferius coenobii claustrum permeare, vel mulieribus processionem sequentibus, ac cum periculo valetudinis in platea se sistere, ibique processionis reditum debeant expectare. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae, uti ordinis generali ministro, per praesentes committimus, et mandamus, ut constito tibi de narratis, ac proviso per datum tibi a Deo sapientiam, ne ulla unquam eventura sint scandala, super quo etiam custodum pro tempore conscientiam onerabis; exponentis precibus pro tui coscientia, et arbitrio indulgeas juxta petita; Nos enim tibi omnes, quae tibi ad id opus sunt, facultates auctoritate apostolica tribuimus, ac impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et conventus praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima martii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

(1) *Ex ep. CCCXXVIII. s. Bernardi nomine scriptam a Nicolao Claræ Vallensi tom. I. op. ejusdem s. Bernardi col. 380. edit. Parisien. Mabilonii annor.* 1719.

CCLXXIX.

Dat. die 3 aprilis 1804 anno V.

Homilia habita in basilica Vaticana die 3 aprilis 1804. in consecratione r.p.d. Joachimi Tosii episcopi Anagnini.

A pastorum principe, qui dives est in misericordia sua, tamquam Aaron per ministerium Nostrum, qui licet indignissimi, vices ejus in terris gerimus, vocatus ut pontifex fieres, sedulo cognita, venerabilis frater, cathedram, quam suscepisti oneris potius esse, quam honoris; operis, quam nominis; virtutum denique certe, non divitiarum (1): nec cæteroquin quod maxime præ oculis habendum esse monet s. Hieronymus, dignitatem, vel dignitatum nomina, sed opus dignitatis et principes, et judices, et sacerdotes salvare consuevisse (2). Ad episcopatum evectus speculator factus es domui Israel: oportet itaque te vigilem esse, et perspicacem, ac plusquam ducem exercitus diu, noctuque castra percurrere, omnimque curam, et sollicitudinem gerere (3). Sanctæ Anagninæ ecclesiæ plurium

(2) *In cap. III. Sophoniæ tom VI. edit. Vallarsii Veron. an.* 1734. *col.* 721.

(3) *S. Joan. Chrisostomus hom. X. in I. ad Timoth. cap. 3. pag.* 599. *edit. Parisien. Montfauconii ann.* 1718.

civium suorum; qui gloriosissimum subiere martyrium, sanguine clarissimæ, quæque tot habuit antistites doctrina, et sanctitate celebres, materque fœcunda extitit nonnullorum summorum pontificum, desponsatus, totus in curando, augendoque sponsæ tuæ decore esse debes, et, quam ab ipsis apostolorum temporibus se accepisse gloriatur, evangelicam fidem intemeratam, incorruptamque servare. In quo quidem officio eo ferventius te laborare necesse est, quo periculosiora, acerbioraque sunt tempora, in quibus versamur. Nec enim te latet, quod omnibus perspicuum est, tantam esse infelicissima hac ætate incredulorum copiam, tam magnam morum corruptionem, tam diram Ecclesiæ persecutionem, ut instare plane, presinsque Nos urgere videatur calamitosa ea tempestas, quam futuram his verbis prædixit apostolus » Hoc autem scito, quod in novissimis diebus erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, voluptatum magis amatores, quam Dei (1) » Tantam namque hujus furfuris hominum copiam ubique vagari videmus, ut vix oculos attollere possimus, quin in horum plurimos incidamus. Hi autem magno numero, frustra clamantibus, sæpe etiam conniventibus iis, qui auctoritate sua eos compescere, publicamque morum honestatem, et religionis jura tueri deberent, bonis moribus, religioni, imo, quod sine ingenti horrore dici nequit, ipsi religionis auctori Deo apertum bellum indicentes, subdolis artibus millies profligatos errores e cineribus revocantes, et falsi nominis quamdam philosophiam, quam rectius stultitiam dicerent, protendentes, in id unum incumbere videntur, ut e fidelium cordibus omnem religionem evellant. In tanta porro malorum colluvie, quam dubitandum minime est a Deo permitti, ut dormientes exciteutur, fortes exerceantur, boni meliores fiant, mali ovina jam sponte abjecta pelle, sub qua latebant, manifestius agnoscantur; vides profecto quanta tibi sit opus vigilantia, ne luporum ubique discurrentium rabidi dentes commissas tibi oves attingant; quanta te charitate ardere oporteat in confirmandis bonis in bono; quo zelo in avertendis a malo malis; qua denique animi fortitudine præstare debeas, ut arcere possis a finibus concreditæ tibi diœcesis pestilentem contagionem illam, quæ tam late hodie per universum orbem diffunditur. Accinctus itaque armatura Dei, virtuteque indutus Spiritus Sancti, qui mirabili quodam modo hodie per impositionem manuum Nostrarum in te descendit, suaque septiformi gratia roboravit, ut possis stare adversus diaboli insidias, sollicite cura, te ipsum probabilem exhibere Deo operarium, inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. Tui muneris est, quod infirmum est, consolidare, quod ægrotum, sanare, quod confractum, illigare, quod abjectum, conquirere: magno ergo animo exequere officium tuum. Non te deterreant vel adversariorum, si qui fuerint, potentia, vel multiplices eorum fraudes, nocendique artes. In alto loco cum sis positus, magno tibi opus est animo. Nil timeas in exequendo ministerio tuo, nisi Deum, qui animas, quas regendas suscepisti, requiret de manu tua. Sermo Dei penetrabilior omni gladio ancipiti, et pertingens usque ad divisionem animæ (2) sit lorica tua, nihilque contra te valebunt inferni conatus. Argue, obsecra, increpa in omni patientia, et doctrina (3). Sit tamen prædictio tua non in persuasibilibus sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, et virtutis (4): longe quippe fæcundior est operis splendos, quam sermonis; qui propterea cæteris praees, virtute præstare potissimum debes, ut prodesse valeas; Deique legem verbo quidem prædicare, sed multo magis exemplo; exempla enim qualibet etiam disertissima oratione multo sunt eloquentiora. Præclara menti tuæ tenacissime semper inhæreat s. Bonaventuræ sententia. Prælati Ecclesiæ, inquit

(1) *II. ad Timoth. III. 1. 2.*
(2) *Ad Hebræos IV. 12.*
(3) *II. ad Timoth. IV. 2.*
(4) *I. ad Cor. II. 4.*

ille, apostolis assimilari debent, qui cœli merito dicti sunt. Nomine enim cœlorum intelligitur auctoritas judicis, et prælatorum, qui sicut in officii dignitate, sic in merito, et vitæ sanctitate cœlestem apostolorum conversationem debent in se ipsis exhibere. Auctoritas enim apostolica in cœlestibus sacramentis distribuendis, in verbi mysteriis exponendis, in sopiendis litibus, et judiciis faciendis ad ecclesiarum prælatos est ex ordinatione divina derivata. Cœlestis igitur debent esse virtutis, et naturæ, qui se, et alios debent de cælestibus expedire (1). Quæ quidem a s. doctore verissime dicta profecto tibi commendabunt gravitatem operis, quod aggrederis, discesque in altum positus, non altum sapere, sed de te ipso timere, et non in tuis viribus, laboribus, industria, sed in solo superno auxilio illius, qui potens est vel de lapidibus suscitare filios Abrahæ, totam fiduciam tuam ponere: nec enim qui plantat, neque qui rigat aliquid est, sed qui incrementum dat Deus (2). Ipse autem aderit tibi, si assidue oratione, jejunio, bonis operibus, tui, quod præcipuum est, abnegatione, effusisque gemitibus cœlestia ejus dona ad procurandam animarum tibi concreditarum salutem expostulaveris; qui ut dignitatem tibi dedit, dabit etiam virtutem (3).

Quoniam vero nec ubique esse, nec omnia per te ipsum facere potes, tuum est adsciscere tibi seniores non tam ætate, quam moribus. Non dubitamus, quin plures præsto futuri sint in ecclesia tibi commissa, sed necesse est, ut cures, ne hi successoribus sui similibus careant. In efformandis itaque juvenibus, qui ad altaris ministerium vocantur, maxima anxietate laborabis. Sedulo eorum mores inspicere debes, nec cuiquam facile manum imponere. Ex nimia indulgentia admittendi ad ecclesiasticos gradus, non ignoras profecto quot gravia Ecclesiæ mala importentur. Ecclesiasticus aliquis probus est? laudatur ipse. Eorum aliquis est malus? maledicta, improperia, convicia in totum corpus effunduntur, et quod deterius est, inde mali peccati defensionem quærunt. Interest gloriæ, interest tranquillitati tuæ, et quod gravius est, interest securitati conscientiæ tuæ, saluti interest universi gregis tui, ut quos ad sacros ordines, ad Ecclesiæ ministeria, ad animarum curam vocaveris, sint sana doctrina instructi, moribus integri, ad erudiendum populum idonei, in administratione Sacramentorum circumspecti, ut cunctis præluceant in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate. Hisce enim adjutoribus indiges in excolendo agro Dominico, quem cum solus excolere non possis, his præsidiis instructus, certare debes bonum certamen, baculoque pastoris, et quasi canum latratu lupos ab ovili arcere, corruptos mores emendare, populum ad Dei cultum excitare, pertinacibus in malo resistere, et hæc omnia præstare suaviter, in charitate non ficta, in verbo veritatis. Plus enim proficies charitate, clementia, mansuetudine, quam nimia severitate. Discretio sit moderatrix tua (4). In paternis admonitionibus, in severis potissimum correptionibus, sis temporis, loci, modique observator. Id satis tibi commendare non possumus: usu quippe, experientiaque didicimus Nos ipsi, in irritum omnia cedere, ubi debita temporis, loci, atque modi ratio non habeatur. Dum tamen tibi servandam in omnibus matris charitatem proponimus, non idcirco volumus te patris, judicisque severitatis oblivisci. Raro quidem utendum ipsa est. Utendum tamen. Erit tibi quandoque necesse impudentiæ resistere, frontemque fronte concutere; cum nempe in homines duræ, et attritæ cervicis incideris, qui nec precibus, neque hortationibus, neque correptionibus, neque minis cedunt. Dei zelo ardens virga animadversionis ipsis resistes, nec pa-

(1) *De hierarchia ecclesiastica p. 4. cap. 3.*
(2) *Ex I. ad Cor. III. 7. 1.*
(3) *Ex serm. II. s. Leonis in die annivers. tom. 1. col. 9. edit. Venetæ Ballerin. an. 1754.*
(4) *S. Bernardus lib. II. c. 2. col. 430. cit. edit.*

tieris ovem infectam totum ovile inficere. Gerens autem aliorum curam, vide, ne tui obliviscaris: quid enim tibi proderit si mundum universum lucreris, animæ tuæ detrimentum patiaris? Cum primum ad tuam dioecesim perveneris omnium oculi in te convertentur, domus tua, ut scribebat Hieronymus ad Heliodorum episcopum (1), et conversatio quasi in specula constituta magistra erit publicæ disciplinæ. Quidquid tu feceris, id sibi omnes faciendum putabunt. Id porro si assidue animo revolveris, profecto nedum a virtute nunquam deflectes, sed in ipsa, prout dignitas tua postulat, proficies quotidie in sapientia, in intellectu, in longanimitate, in fide, in charitate non ficta, et a justo judice amplam eam mercedem consequeris, quam ex animo tibi imploramus.

Dat. die 6 aprilis 1804 anno V.

CCLXXX.

Confirmatio decreti congregationis Rituum cum insertione ejusdem pro clero, et populo burgi Huercal Almeriensis civitatis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii clerus, et populus burgi Huercal civitatis Almeriensis, quod ipsi ab infrascripta cardinalium congregatione obtinuerunt decretum tenoris sequentis, videlicet.

Tenor decreti confirmandi.

§. 2. Electo nuper a clero, et populo burgi vulgo nuncupati Huercal civitatis Almeriensis s. Josepho beatæ Mariæ virginis sponso in patronum principalem dicti burgi, modo ex parte eorumdem pro confirmatione præfatæ electionis sacrorum Rituum congregationi supplicatum fuit: et sacra eadem congregatio, ad relationem eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis Saluzzo, loco eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis Caracciolo ponentis, attento quod hujusmodi electio servatis servandis, et juxta præscriptum in decreto sanctæ memoriæ Urbani VIII. die 23 martii 1630 edito legitime, et accedente etiam consensu reverendissimi episcopi facta fuerit, eam approbavit, et confirmavit, prædictique s. Josephi sic in patronum principalem electi festivitati patrocinii, ut ipse clerus et populus orator exoptat, officium ritus duplicis primæ classis cum octava, ac prærogativas omnes alias sanctorum patronorum principalium festis competentes attribuit, atque concessit die 13 martii 1804.

Julius M. card. de Somalia S.R.E. præfectus

Loco ✠ Signi.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, quo præinsertum decretum firmius subsistat, et servetur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, idem decretum, et singula in eo contenta auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adjicimus, et omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eo intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores; ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet

---

(1) *Ep. 60. in cit. edit. tom. I. col. 340.*

quavis aliter judicandi, et intepretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dicti burgi consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta aprilis millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 6 aprilis 1804 anno V.

CCLXXXI.

Confirmatio decreti congregationis Rituum pro oratorio de Vineals loci de Flassà Gerundensis diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum sicut dilecti filii pii fideles loci de Flassà Gerundensis diœcesis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quo in Deiparam afficiuntur devotionis affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Julio de Carpineo sacrorum rituum congregationis secretario, ut posthac in oratorio publico domus de Vineals dicti loci die XVI. mensis julii festum commemorationis beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo agatur cum omnibus missis propriis de eadem commemoratione, etiamsi occurrat in eodem die festum triumphi sanctæ Crucis, dummodo tamen officium triumphi sanctæ Crucis non sit ritus dupl. primæ, vel secundæ classis; si autem fuerit ritus dupl. secundæ classis dumtaxat, una tantum missa cum cantu de prædicta commemoratione Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo celebretur, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti publici oratorii consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta aprilis millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto. Derogatio contrariorum.

Dat. die 9 aprilis 1804 anno V.

CCLXXXII.

Reservatur super fructibus mensæ episcopalis Palentinæ in perpetuum pensio pro dotatione regiæ cappellæ del Pardo nuncupatæ.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

§. 1. Pastoralis curæ Nobis impositæ munus hanc, inter alias, sollicitudinem a Nobis exposcit, ut ecclesiæ omnes opportuna dotatione munitæ dignoscantur, ad hoc ut in eis quantum fieri potest divinus cultus augeatur, ideoque animum Nostrum catholicorum principum vota ad id tendentia summopere commovent, ita ut ea omnia interponere nunquam dubitamus, quæ in majorem omnipotentis Dei gloriam conspicimus redundare.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque dilectus filius eques Antonius de Vargas y Laguna, carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici apud Nos, et apostolicam Sedem plenipotentiarius administer, ejusdem Caroli regis catholici nomine Nobis exposuerit, quod regalis cappella loci del Pardo nuncupati, in Toletana diœcesi existens, non satis amplo patrimonio potiatur, et ad hoc ut in ea nihil ad divini cultus honorem stabiliter servandum, atque etiam augendum deficiat, de aliquo perpetuo subsidio muniri opportunum videatur, ac prædictus Carolus rex aciem suæ considerationis convertens ad media, quæ firmum annuum redditum regali cappellæ prædictæ constituere valeant, novit aliunde commodius haberi non posse, nisi cum infrascriptæ pensionis assignatione, quam in subventionem prælaudatæ regalis cappellæ, modo tamen et forma infrascriptis per Nos assignari summopere desideret.

Ratio concessionis.

§. 3. Cumque super fructibus, redditibus, et proventibus mensæ episcopalis ecclesiæ Palentinæ, ad quam dum illa pro tempore vacat nominatio personæ idoneæ Romano pontifici pro tempore existenti facienda ad supradictum Carolum Hispaniarum regem catholicum ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, spectare, et pertinere dignoscitur, annua pensio, quæ tertiæ parti redditium ipsius mensæ episcopalis respondeat, pro personis a prædicto rege catholico nominandis per Nos in actu illius provisionis fuerit reservata, et ad quam integraliter percipiendam nondum personæ omnes nominatæ reperiantur, ideo si ejusdem pensionis rata sexcentorum octoginta septem ducatorum auri de camera, et juliorum octo monetæ Romanæ cum dimidio alterius julii similis non excedente, summam bismillium ducatorum de Vellon nuncupatorum monetæ illarum partium constituentium, eidem regali cappellæ perpetuis futuris temporibus assignaretur, profecto dos sufficiens eidem in posterum dignosceretur constituta.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos propterea, qui ex officii Nostri debito, ad ea intendere non desistimus, quæ divini cultus incremento expedire conspicimus, votis, ac precibus ipsius Caroli regis ad Nos per dictum suum administrum delatis in præmissis de speciali Sedis apostolicæ benignitate favorabiliter annuere volentes: ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine regalem cappellam prædictam loci del Pardo nuncupati ad pensionem hujusmodi ab omni, et quocumque onere nunc imposito, et pro tempore quomodolibet imponendo, ac alias in omnibus, et per omnia, et omnino quoad omnia liberam, immunem, et exemptam super omnibus, et singulis ejusdem mensæ episcopalis Palentinæ fructibus, redditibus, et proventibus alias per Nos, ut præfertur, reservata, pro dicta tamen rata sexcentorum octoginta septem ducatorum auri de camera hujusmodi, et juliorum octo monetæ prædictæ cum dimidio alterius julii paris, eamque perpetuis futuris temporibus per venerabilem fratrem modernum, et pro tempore existentem ipsius ecclesiæ Palentinæ episcopum, et successores suos episcopalem ecclesiam antedictam pro tempore quomodolibet obtinentes, seu quoscumque ejusdem mensæ episcopalis administratores pro tempore existentes annis singulis in termino,

seu terminis in actu illius reservationis statuto, seu statutis, vel in posterum inter partes statuendo, seu statuendis integre, et absque ulla etiam minima diminutione persolvendam, et per ejusdem regiæ cappellæ rectores, seu administratores percipiendam, exigendam, levandam, ac in ipsius cappellæ manutentionem, et utilitatem convertendam perpetuis futuris temporibus nominamus, eidemque regali cappellæ constituimus, et assignamus, ac quatenus opus sit etiam de novo ad ipsius cappellæ favorem reservamus, decernentes episcopum antedictum, omnesque successores præfatos, seu ejusdem mensæ episcopalis administratores ad integram dictæ pensionis solutionem pro supradicta tantum rata sexcentorum octoginta septem ducatorum auri de camera prædictorum, et juliorum octo monetæ Romanæ prædictæ cum dimidio alterius julii similis, summam antedictam bismillium ducatorum de Vellon constituentem juxta reservationis, constitutionis, et assignationis præfatarum tenorem fore efficaciter obligatos.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 5. Etiamsi vero nova reservatio huiusmodi extra concistorium Nostrum secretum, et absque venerabilium fratrum Nostrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio facta extiterit, nihilominus quovis prætextu, et quavis causa etiam juridica, vel pia, aut privilegiata ad minorem summam reduci, annullari, vel invalidari, minusque illius reservationem infringi, aut nullam dici, nec non easdem præsentes de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut quocumque alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut in jus, vel controversiam vocari, seu adversus illam quodcumque juris, vel facti, sive gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu proprio, et ex certa scientia concesso, et impetrato, quempiam uti, seu se juvari posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, perinde ac si pensio huiusmodi per præsentes de novo reservata in consistorio Nostro, et de eorumdem fratrum consilio, ac de consensu etiam illius, vel illorum, qui pensionem supradictam solvere debebunt, reservata fuisset; sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales præfatos etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios judicari, et definiri debere, et quid quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Deputatio executorum apostolicorum.

§. 6. Quocirca venerabili fratri Antonio ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali De Sentmanat y Cartella nuncupato patriarchæ Indiarum, ac dilectis filiis magistro Joanni Baptistæ Quarantotti in utraque signatura Nostra referendario, et antiquiori canonico ecclesiæ Palentinæ per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate Nostra pensionem prædictam juxta reservationis, constitutionis, et assignationis præfatarum, ac decreti Nostri hujusmodi tenorem integre persolvi, contradictores per censuras ecclesiasticas appellatione postposita compescendo.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque ecclesiæ Palentinæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quomodolibet forsan concessis, confirmatis, et innovatis, ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, pensiones annuas super mensarum episcopalium fructibus, redditibus, et proventibus, nisi excessionis, aut alia probabili causa reservari prohibentis; quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorum tenores specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad

verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse harum serie derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque; aut si prædicto episcopo, et successoribus præfatis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab apostolica sit Sede indultum, quod ad præstationem, vel solutionem pensionis alicujus minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ nominationis, reservationis, constitutionis, assignationis, decreti, statuti, voluntatis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, quinto idus aprilis, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXXIII.

Dat. die 12 aprilis 1804. anno V.

Confirmatio edictorum cum insertione eorumdem pro consulibus tribunalis commercii portus Centumcellarum Viterbiensis diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Paterna, quam de Nostris, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in temporalibus subditis gerimus, cura et sollicitudo postulat, ut quæ a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris in eorum utilitatem provide constituta sunt, ea illibata, et firma semper remaneant.

Expositio precum.

§. 2. Exponi quidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni consules tribunalis commercii portus Centumcellarum Viterbiensis diœcesis, quod felicis recordationis Clemens pp. IX. et Benedictus pp. XIV. prædecessores Nostri ad augendum in dicto portu commercium per tunc existentes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerarios duo edicta respective promulgari jusserunt, quorum primum sequentis tenoris, videlicet.

Antonio Barberino vescovo di Palestrina card. Antonio della Santa Romana Chiesa camerlengo.

Tenor edicti sum.

§. 3. Considerando la Santità di Nostro Signore papa Clemente IX. essere stato con somma providenza dalla santa memoria di papa Urbano VIII fatto franco il porto di Civita Vecchia, e poter essere di molto utile non meno a quel luogo, e a Roma, che a tutto lo stato ecclesiastico le grazie, e privilegj, che allora furono concessi a chi condurrà le mercanzie in detto porto, come amplamente si contiene nel chirografo del medemo di santa memoria papa Urbano VIII segnato sotto li tre di decembre 1630, e conoscendo ancora che può molto giovare la rinovazione dell'editto, che parimente all' ora ne fù publicato in data delli 4. decembre del suddetto anno 1630 avendo perciò confermato il suddetto chirografo, e ordinato a Noi la rinovazione del sudetto editto.

Per ordine dunque espresso di Nostro Signore, e per l'autorità del nostro officio di camerlengato, rinovando li privilegi, e grazie suddette, e come in appresso.

Concediamo universalissimo porto franco ad ogni vascello di qualsisia portata che venirà di levante, o ponente, o mezzo giorno nel porto di Civita Vecchia con qualsivoglia robbe, mercanzie, vittovaglie, o grascie, le quali tutte saranno per l'avvenire franche, libere, e esenti da ogni dazio, o gabella, alboraggio, sensarie, e altri pesi e regaglie, che per l'addietro fossero solite pagarsi in detto porto, o terra.

E a mercanti, o capitani, o altri padroni, o commissarii sopra carichi, fattori di vaselli, o di mercanzia arrivati in detto porto si concede libera facoltà, di poter mandare altrove, dove loro parerà tutto, o

parte del carico loro, ancorchè fosse vittovaglia, o grascia con gl'istessi, o con altri vascelli senza pagamento di gabella, dazio, o altra gravezza o regaglia.

Parimente si concede loro facoltà di scaricare in terra tutte, o parte di dette robbe, mercanzia, vittovaglia, o grascia, e riporle in magazzini, o altri luoghi particolari dentro la terra di Civita Vecchia, o nella dogana publica, alli custodi della quale in questo caso si pagherà per ogni collo quel poco, che sarà conveniente per la guardia di dette robbe e di poterle tenere, e conservare in detti luoghi tutto il tempo, che vorranno, e da quelli in una o più volte estrarle per terra, o per mare senza gravezza d'alcun pagamento e portarle a quei luoghi che loro parerà. E accadendo, che Dio non voglia, che da luoghi sospetti di contaggio, o di peste venghino in detto porto vascelli con mercanzie, questi dovranno fare la solita purga scioro, o sboro al lazzaretto, come si usa negli altri porti, mentre però non mostrino patenti nette di averla fatta in altri porti, chè in tal caso di patenti nette e di viaggio seguito senza aver tocco luoghi sospetti si darà loro libera pratica. Avvertendo nondimeno ciascheduno, che durante detta purga saranno ben trattati e provisti con buone condizioni di quanto farà loro di bisogno, e si abbrevierà il solito termine della purga, mentre non apparischino segni cattivi in essi.

E essendo, che la lanterna è l'assicuramento della presa del porto a naviganti, e che l'ancoraggio, e il riposo di essi ridotti in quello, e che per questi due commodi è necessaria una continua spesa, non deve perciò esser grave a padroni de' vascelli, o mercanti, che ricevono tanto beneficio di contribuire per questo commodo qualche emolumento. Però pagherà ciaschedun vascello di alto bordo di portata di salme mille, o più, voti, o carichi scudi due di questa moneta per l'ancoraggio, e scudo uno simile per la lanterna. Gli altri vascelli di portata sopra 200 salme sino a mille pagheranno parimente carichi o voti uno scudo della medema moneta per l'ancoraggio, e bajocchi 50. per la lanterna. E i vascelli di minor portata di salme 200. paghino giulj due per l'ancoraggio, e giulio uno per la lanterna.

Dichiarando, che non siano tenuti a detto pagamento quelli vascelli, che sono di ritorno da Roma, o vero, che essendo partiti dal detto porto fossero ritornati in esso per non poter prosequire il loro viaggio impediti dalla fortuna, o da altro.

Inoltre concede a tutti li mercanti, capitani, o padroni de' vascelli come sopra licenza di poter per il ritorno del loro viaggio provedersi di ogni sorta di vettovaglie, e viveri, e d'ogni altra cosa loro necessaria a prezzi convenienti, e di poter far savora dove loro piacerà senza pagamento alcuno per servizio di loro vascelli.

E perchè la diligenza, che si deve fare in nettare, e purgare il porto, e darsina saria vana, mentre non si procurasse di mantenerlo netto, o purgato. Però si proibisce a qualsivoglia vascello di qualsisia portata, e a suoi padroni, e capitani sotto pena di scudi 100 per ciascuna volta di gettare nel porto, o darsina savora, e altra immondizia, ma le dovranno portare a scaricare nel luogo che loro sarà assignato dal capitano del porto.

Si concede a tutti li negozianti, e mercanti libero salvo condotto, che non possino esser molestati per causa civile, e criminale, nè nelle robbe, nè anco nelle persone loro, per debiti, o per delitti contratti, e fatti fuori dello stato ecclesiastico, dichiarando che non suffraghi loro questa esenzione per li contratti fatti e per li delitti commessi nel medesimo stato ecclesiastico.

E rispetto alli contratti fatti in Civita Vecchia subito, sola facti veritate inspecta, e con prestezza, e sommaria giustizia, e de plano saranno speditì senza esser trattenuti in spese. Dato in Roma nella camera apostolica li 25. gennaro 1669.

Per l'eminentissimo sig. card. Antonio Barberini camerlengo

Il card. Carlo Barberini.

Francesco Maria Antaldi aud.

Matteo de Angelis.

Alterius edicti tenor.

§. 4. Alterum vero sequentis pariter tenoris scilicet

Annibale per la divina misericordia vescovo di Sabina card. di s. Clemente della Santa Romana Chiesa camerlengo.

Sono incessanti le paterne cure di Nostro Signore per ricercare mezzi più agevoli a fine di accrescere il commercio del suo stato, e a tal oggetto avendo voltato le sue mire verso il porto franco di Civita Vecchia, e giudicato non meno giusto, che provido consiglio di rinovare, anzi accrescere, e ampliare li commodi, privilegj, e esenzioni, che dalla santa memoria d'Urbano VIII. Clemente IX. ed Innocenzo XII. suoi predecessori mediante gli editti de' cardinali camerlenghi di Santa Chiesa Nostri antecessori publicati li quattro decembre 1630, li 25 gennaro 1669, e li 26 settembre 1692 furono concessi al detto porto, ordinando a tal' effetto la fabrica de' nuovi magazini, e disponendo molti altri commodi intorno al detto porto, nel cui recinto ha approvata, e dichiarata una totale franchigia d' ogni dazio o gabella a favore di tutti quelli, che vi condurranno merci, o faranno qualunque altra negociazione. Laonde per ordine espresso della Santità Sua datoci a bocca, e per l' autorità del Nostro officio di camerlengato rinoviamo, confermiamo, e concediamo li seguenti commodi, grazie, esenzioni e privilegi cioè

Che il medesimo porto di Civita Vecchia sia nel suo recinto indistintamente, e universalmente franco ad ogni vascello, e legno di qualsivoglia nazione, e di qualunque portata, che vi verrà da qualunque parte del mondo, con qualsivoglia robbe, mercanzie, vittovaglie, o grasce, le quali tutte saranno per l'avvenire franche, libere, e esenti da ogni dazio, o gabella, alboragio, sensarie, e altri pesi, che per l' editto fossero solite pagarsi in detto porto, o terra.

E a mercanti, o capitani, o altri padroni, e commissarj, sopracarichi, fattori di vascelli, o di mercanzia arrivati in detto porto, si concede libera facoltà di poter mandare altrove, dove loro parerà tutto o parte del carico loro, ancorchè fosse vittovaglia, o grascia con gl' istessi, o con altri vascelli senza pagamento di gabella, dazio, o altra gravezza o regaglia.

Parimente si concede loro facoltà di scaricare in terra tutte, o parte di dette robbe, mercanzie, vittovaglia o grascia, e riporle nelli magazini, o nella dogana publica, alli custodi della quale in questo caso si pagherà per ogni collo quel poco, che sarà conveniente per la guardia di detta robba, e di poterle tenere, e conservare in detti luoghi tutto il tempo, che vorranno, e da quelli in una, o più volte estrarle per terra, o per mare senza gravezza d' alcun pagamento, o portarle a que' luoghi, che loro parerà. Ed accadendo, che Dio non voglia, che da luoghi sospetti di contaggio, o di peste venghino in detto porto vascelli con mercanzie, questi dovranno fare la solita purga scioro, o sboro al lazzaretto, come si usa negli altri porti, mentre però non mostrino patenti nette di averla fatta in altri porti, chè in tal caso di patenti nette, e di viaggio seguito senza aver tocco luoghi sospetti si darà loro libera pratica. Avvertendo nondimeno ciascheduno, che durante detta purga saranno ben trattati, e provisti con buone condizioni di quanto farà loro di bisogno, e si abbrevierà il solito termine della purga, mentre non appariscono segni cattivi in essi.

Si dichiara, che qualunque bastimento o carico, o voto, che approderà in detto porto, sia soggetto al peso dell' ancoraggio secondo la tassa, che si è di gran lunga agevolata, e che in breve si publicherà.

Inoltre si concede a tutti li mercanti, capitani o padroni di vascelli come sopra licenza di poter per il ritorno del loro viaggio provedersi di ogni sorta di vettovaglie, e viveri, e d'ogni altra cosa loro necessaria a prezzi convenienti, e di poter fare savora dove loro piacerà senza pagamento alcuno per servizio de loro vascelli.

E perchè la diligenza, che si deve fare in nettare, e purgare il porto, e darsina, saria vana, mentre non si procurasse di mantenerlo netto, e purgato, però si proibisce a qualsi-

voglia vascello di qualsivoglia portata, e a suoi padroni, o capitani sotto pena di scudi cento per ciascheduna volta di gettare nel porto, o darsina savora, e altra immondizia, ma dovranno portare a scaricare nel luogo, che loro sarà assegnato dal capitano del porto.

Si concede a tutti li negozianti e mercanti, e loro famiglie, servidori, e ministri libero salvo condotto, che non possino esser molestati per cause civili, ne' criminali, nè nelle robbe, nè anche nelle persone loro per qualunque debiti, e delitti contratti, e fatti fuori dello stato ecclesiastico, con dichiarazione, che non suffraghi loro questa esenzione per li contratti fatti, e per li delitti commessi nello stato ecclesiastico.

E perchè restino assicurati li mercanti, e negozianti di non essere dispendiati nelle liti, e lunghezze per le controversie, che potessero fra loro insorgere in genere di mercanzie da cause di naufragi, o avarie, concede la santità di Nostro Signore all' università de' mercanti, e negozianti la facoltà di poter conoscere, e difinire le cause appartenenti al commercio, istituendo la detta università in giudice privativo con potestà di giudicare esecutivamente, sommariamente di piano, avuto riguardo alla sola verità del fatto, senza strepito, e figura di giudizio, e con le facoltà, e prerogative, che si godono dagli altri consolati de' mercanti, e che la Santità Sua si degnerà più diffusamente dichiarare con suo motu proprio.

E affinchè li negozianti abbino con puntualità ad ogni loro piacere uomini pratici, e facchini d'impacare, e dispacare le merci, secondo la qualità respettivamente, si sono perciò dati gli ordini necessari al provedimento per farli essere sempre pronti, che anzi verrà destinata la tassa delle loro mercedi a proporzione dell' opera, e fatica.

Affinchè non naschino disordini nelle merci già proibite, e che in avvenire proibire se ne potesse l'introduzione in questo stato pontificio; ordina la Santità Sua, che non per questo s' intenda proibito il loro transito per fuori di stato, e per tal' effetto resterà destinato il luogo dove si dovranno custodire per fino alla loro spedizione fuori di stato, o in altri luoghi dello stato stesso, dove non vi sia tal proibizione, e dette merci per ragione di custodia soccomberanno al tenue pagamento di baj. cinque per ogni collo da soma; e sarà pure permesso di poterle visitare, contrattare, ed estrarle per fuori di stato dal medesimo porto senza pagamento d'alcun dazio, o gabella. Dato in camera apostolica questo di 5 agosto 1741.

A. vescovo di Sabina card. di s. Clemente camerlengo.

L. Mattei uditore

Gio. Giuliano Rubini com. gen.

Gio. Francesco Conti segret. e canc. della R. C. A.

Die, mense, et anno, quibus supra, supradictum edictum affixum, et publicatum fuit ad valvas curiæ Innocentianæ, et in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, et consuetis urbis per me Antonium Pelllicia apost. curs.

Sebastianus Amadeus mag. curs.

§. 5. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, dicti exponentes quo præinserta edicta firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent; Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eadem edicta, et singula privilegia in eis contenta, et expressa auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illisque inviolabilis, et perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adjicimus, et omnes et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint supplemus et sanamus.

Confirmatio apostolica.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 6. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Centumcellis sub annulo piscatoris die decima secunda aprilis, millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 17 aprilis 1804 anno V.

CCLXXXIV.

Confirmatio decreti congregationis Rituum cujus vigore officium Cordis Jesu a ritu dupl. maj. elevatur ad dupl. secundæ classis sine octava pro utroque clero civitatum, et diœcesum regni novæ Hispaniæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum. §. 1. Cum sicut dilectus filius presbyter Emmanuel Perez Bonilla canonicus ecclesiæ collegiatæ sanctæ Mariæ de Guadalupe civitatis Mexicanæ nomine dilectorum filiorum cleri sæcularis, et regularis totius regni novæ Hispaniæ, civitatum scilicet, et diœcesum Mexicanæ, Angelopolitanæ, Santanderiensis, Mechoacanæ, Jucatanæ, Guadalaxarensis, Nicaraganæ, Antequerensis, Chiapensis, Guatimalensis, Meridensis, Hondurensis, et de Sonora, Nobis nuper exponi fecit, ipse, aliique dicti regni clerici ad nimiam Christi Domini patientis, et pro humani generis redemptione morientis charitatem ferventius recolendam sacratissimi Cordis Jesu cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent; Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur dictum clerum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et ejus singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine, Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Julio de Carpineo sacrorum Rituum congregationis secretario, officium cum missa sacratissimi Cordis Jesu in feria VI. post octavam sanctissimi Corporis Christi pro utroque dictarum civitatum, et diœc. clero a nobis superiore mense augusto sub ritu duplici majore concessum ad ritum duplicem secundæ classis sine octava auctoritate apostolica, tenore præsentium elevamus.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictarum civitatum, et dioecesum consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in eccle-

siastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima aprilis millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 20 aprilis 1804 anno V.

CCLXXXV.

Declaratio insignitatis ecclesiæ collegiatæ sanctæ Mariæ Magdalenæ terræ de Gradolis diœcesis Montis Falisci.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quantum venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum et solemnitatum sacerdotibus suis præscripsit vestes in sacris faciendis, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est populi christiani frequentia sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici collegiatæ ecclesiæ sanctæ Mariæ Magdalenæ terræ de Gradolis diœcesis Montis Falisci, in quo capitulo et prioratus dignitas, et canonicatus pœnitentiarius etiam reperiuntur instituti, collegiata ipsa antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, templi structura, canonicorum numero, probitate, et doctrina, populique christiani frequentia et devotione ita floreat, ut reliquis dictæ diœcesis ecclesiis præstare censeatur, multum honorificentiæ, et splendoris ad eam accederet ac divinus cultus, fideliumque devotio majora ibi incrementa susciperet, si collegiata ipsa ad insignitatis gradum per Nos, et hanc etiam Sedem evehatur, dictique canonici præclaris insignibus donentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ecclesiam collegiatam prædictam sub titulo sanctæ Mariæ Magdalenæ in insignem collegiatam cum iisdem tantum oneribus, ad quæ de præsenti tenentur, auctoritate apostolica, tenore præsentium erigimus, et elevamus, eidemque ecclesiæ, ejusque capitulo, ut omnibus, et singulis præeminentiis, privilegiis, gratiis, et favoribus, quibus aliæ collegiatæ insignes hujusmodi tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere poterunt in futurum eodem modo uti, frui, et gaudere, nec non modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus priori, et canonicis ipsius insignis collegiatæ sanctæ Mariæ Magdalenæ, ut rocchetum et mozzetam violaceam cum globulis, et asulis sericis cremisini coloris in hyeme, æstate vero cottam supra rocchetum tam in insigni collegiata prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate et tenore præsentis concedimus, et indulgemus, dictosque priorem, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quopiam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Qui-

bus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xx aprilis MDCCCIV pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXXVI.

Dat. die 27 aprilis 1804 anno V.

Ut orationem ad instar orationis quadraginta horarum eodem quo antea modo, et tempore celebrare possint, licet ipsa oratio sit in eadem civitate per turnum instituta pro confraternitate nostræ Dominæ de la Soledad Gadicensis civitatis.

Venerabili fratri episcopo Gadicensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni officiales, et confratres confraternitatis Nostræ Dominæ de la Soledad, canonice, ut asseritur, in cappella monasterii monialium Immaculatæ Conceptionis, et advocationis beatæ Mariæ virginis civitatis istius Gadicensis erectæ, quod ipsi ad majorem Dei gloriam, et spiritualem Christifidelium utilitatem, atque consolationem orationem ad instar orationis quadraginta horarum continuatarum, non autem, nisi noctis tempore interpolatarum, quam a feria tertia hebdomadæ passionis usque ad sextam ejusdem hebdomadæ feriam inclusive multis ab hinc annis celebrare consueverunt, in posterum etiam celebrare posse plurimum desiderant. Verum quia, sicut in eadem expositione additum erat, ipsa oratio quadraginta horarum per totum anni curriculum in aliis ejusdem civitatis ecclesiis ad præsens instituta reperitur, desiderii sui hujusmodi compotes fieri nequeunt absque speciali Nostra, et hujus apostolicæ Sedis licentia, seu indulto; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes in suo laudabili proposito, quantum cum Domino possumus confovere, ac specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, quatenus constito tibi de narratis, eisdem exponentibus, ac pro tempore existentibus dictæ confraternitatis confratribus, ut ipsi orationem prædictam ad instar orationis quadraginta horarum eodem, quo antea modo, et tempore celebrare solebant, etiam in posterum perpetuis futuris temporibus, ita tamen, ut ipsa oratio per totum anni circulum, ut præfertur, instituta pro eodem temporis spatio dumtaxat in alia ecclesia, si quæ sit nimis eidem cappellæ confraternitatis proxima, non assignetur, celebrare libere, et licite possint, et valeant auctoritate Nostra apostolica, pro tuo arbitrio, et prudentia concedas, et indulgeas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima aprilis millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 27 aprilis 1804 anno V.

CCLXXXVII.

Translatio processionis sanctissimi Corporis Christi ad diem festum sancti Antonii de Padua in perpetuum pro ecclesia conventus fratrum de observantia, et confraternitate ibi erecta civitatis Valentinæ.

Venerabili fratri episcopo Valentino

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni guardianus, et fratres conventus ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum istius Valentinæ civitatis, nec non officiales, et confratres confraternitatis sancti Antonii de Padua vulgo el Morenito in dicti conventus ecclesia canonice, ut asseritur, erectæ, quod ipsi ad cultum erga sanctissimum Eucharistiæ sacramentum magis promovendum, quam in festo sanctissimi Corporis Christi, vel intra ejus octavam peragere solebant solemnem cum sanctissimæ Eucharistiæ sacramento processionem eamdem in ipsius sancti Antonii festo peragere, et transferre posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, modernis ac pro tempore in perpetuum existentibus dicti conventus fratribus, dictæque confraternitatis sancti Antonii de Padua confratribus, ut ipsi pro iis temporibus, et annis dumtaxat, quibus festum sancti Antonii hujusmodi ante solemnitatem sanctissimi Corporis Christi occurrat, processionem prædictam augustissimi Eucharistiæ sacramenti, quam adhuc, sicut præfertur, alio stato die peragere soliti fuerunt, posthac in ejusdem sancti Antonii festo die, dummodo nullum inde proveniat divino cultui detrimentum, servatisque in reliquis iis omnibus, quæ de jure, usu, et consuetudine adhuc servari consueverunt, peragere perpetuis futuris temporibus libere, et licite possint, et valeant auctoritate Nostra apostolica, pro tuo arbitrio, et prudentia concedas, et indulgeas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non conventus, ordinis, confraternitatis, et civitatis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima aprilis millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 4 maii 1804 anno V.

CCLXXXVIII.

Indulgetur parocho, et beneficiatis ecclesiæ parochialis s. Stephani Valentinæ diœcesis, ut in perpetuum pro quarta eorum parte per turnum a chori servitio abesse possint.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Valentino

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
salutem et apostolicam
benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Nuper exponi Nobis fecerunt dilecti filii parochus, clerusque beneficiatus ecclesiæ parochialis sancti Stephani prothomartyris Valentinæ civitatis, multos esse beneficiatos residentiales ejusdem ecclesiæ, sed non multi fructus, beneficia, fructusque beneficiorum in distributionibus partim ex pia fundatione, partim ex oblatione votiva fidelium provenientia tantum consistere; ideoque se ad eas lucrandas choro quotidie, et tam mane, quam vespere pro multiplici functionum genere, necessario adesse debere; hinc ut paullulum nanciscantur otii in tanto labore, quartam ipsorum partem ac per temporis spatium præfigendum a Nobis, vicissim a choro quin tamen fructuum seu distributionum perceptionem amittant, abesse posse se vehementer optare, atque a Nobis humiliter poscere, eo vel magis quod simili otio aliæ communiter gaudent Valentiæ parochiales ecclesiæ, quodque aliunde, etiam absente, ut expetunt, quarta beneficiatorum parte a sancti Stephani parochiali, supersunt semper quatuordecim alii, qui quotidianum chori servitium sat bene poterunt illic explere.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes, et ipsorum singulos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus prænarratis, eisdem exponentibus licentiam, et facultatem, cujus vigore ipsi, ac successores ipsorum in perpetuum, pro quarta eorum parte, seu quatuor inter eos per turnum, ac pro duobus mensibus tantum in quolibet anno, dummodo tamen per majorem anni partem, ac cunctis præsertim diebus festis solemnioribus, primisque horum vesperis, quos dies expresse volumus reservatos, choro intersint, ab eodem choro vacare, ac interim omnes, et singulos beneficiorum suorum fructus, redditus, et proventus etiamsi in solis, ut præfertur, consistant distributionibus, iis tamen exceptis, quæ vulgare isthic vocabulo distributiones votivæ, seu adventitiæ dicuntur, quæque personalem præsentiam, et assistentiam præcipue requirunt, lucrifacere, ac cum omni integritate percipere, suosque in usus, et utilitatem convertere, perinde ac si cunctis chori, ecclesiæque functionibus personaliter intervenirent, libere, ac licite possint, et valeant auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et prudentia impertiaris atque concedas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non parochialis ecclesiæ prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem

sub annulo piscatoris, die quarta maii millesimo octingentesimo quarto pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 4 maii 1804 anno V.

CCLXXXIX.

Erectio recessus clericorum congregationis ss. Crucis, et Passionis Domini Nostri Jesu Christi pro episcopo Aretino.

Venerabili fratri episcopo Aretino.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio concessionis

§. 1. Quod charissima in Christo filia Nostra Maria Aloisia Hetruriæ regina, ac regens, sicut accepimus, eximiæ pietatis suæ studio intendit, quodque tua etiam fraternitas boni, sollicitique zelo pastoris vehementer exoptat, id perjucundam Nobis attulit voluptatem, ut eo nempe curam convertamus et mentem, quo in civitate ista Aretii pedem firmiter figat familia congregationis clericorum excalceatorum ss. Crucis, et Passionis Domini Nostri Jesu Christi nuncupatorum, quos quidem et spectato exemplo virtutum, et strenuo præsertim labore, quem tum sacris missionibus, tum exercitiis spiritualibus, tum aliis salutaribus modis in Domini vineam jugiter excolendam impendunt, Nostra singulariter dignos dilectione et gratia ducimus.

Expositio precum.

§. 2. Tuo siquidem nomine Nobis expositum est, manere isthic ecclesiam, monasterium, et hortum s. Bernardi, ad monachos ordinis sancti Benedicti congregationis Olivetanæ olim spectantia, nunc vero episcopis Aretinis pro cleri istius sui ad spiritualia exercitia recessu inservientia: manere quoque prope ecclesiæ et monasterii, hortique hujusmodi ambitum quatuor et semis circiter jugera terræ, seu ut vulgo ajunt, stajora, quæ incorporata prius patrimonio sodalitii dicti de Murello, subinde concessa fuere diœcesano isti seminario. Te itaque hortum, monasterium, ecclesiamque dicti s. Bernardi, (nominandi tamen in posterum titulo sanctorum Joseph, et Bernardi,) memoratæ congregationis clericis assignare, ac eisdem recensita quoque terræ jugera in toto aut in parte, prout necessitas, seu commoditas clausuræ, ne ulli obnoxia sit servituti, postulare videbitur, pro nova eorum isthic stabilienda familia cedere statuisse: denique s. Bernardi fabricam, ubi reparatione opus sit, sumptibus patrimonii prædicti, utpote cui onus inerat eam conservandi, reparare velle. Hinc poscere humiliter, atque exorare, ut Nos tibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur votis hujusmodi tuis utilitatem gregis tibi commissi adeo majorem spectantibus, quantum cum Domino possumus, corde et animo obsecundare, teque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audita hac de re dilecti filii magistri Emmanuelis de Gregorio secretarii congregationis Concilii relatione, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus prænarratis, ac accedente prius quoad cessionem terreni spectantis ad patrimonium vulgo de Murello, atque expensas instaurationis fabricæ consensu deputatorum seminarii, ad enunciatam cessionem prædictæ ecclesiæ sancti Bernardi, adnexique monasterii, et horti juxta petita, auctoritate Nostra apostolica, pro tui arbitrio, et conscentia gratis devenire possis, et valeas, ita tamen ut erigatur in monasterio adnexo recessus sub titulo ss. Joseph et Bernardi, formiterque tradatur clericis supradictæ congregationis una cum monasterii ecclesia et horto, in ea etiam quantitate adjungendo, quam pro eorumdem clericorum claustro necessariam putaveris: injuncto clericis ipsis onere recipiendi in dicto eorum recessu ecclesiasticos omnes Aretinæ diœcesis,

quos ordinarii pro tempore designaverint; sed præstita tamen per hujusmodi ecclesiasticos dictis clericis necessaria alimentorum compensatione a te taxanda.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque etiam speciali, et expressa mentione, ac derogatione dignis contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta maii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 8 maii 1804 anno V.

CCXC.

Indulgetur ut in ecclesia parochiali oppidi s. Joannis Chilensis diœcesis, dominica infra octavam visitationis Beatæ Mariæ Virginis sacerdotes eo convenientes missam propriam de visitatione celebrare possint. Est juxta rescriptum congregationis Rituum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum, sicut dilectus filius presbyter Petrus Rufino oppidi civitatis nuncupati s. Joannis diœcesis s. Jacobi de Chile Nobis nuper exponi fecit, ipse pro suo in Deiparam devotionis affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Julio Carpineo sacrorum rituum congregationis secretario, ut in posterum quotannis in dominica infra octavam visitationis B.M.V. dummodo non occurrat officium ritus duplicis primæ, vel secundæ classis in ecclesia parochiali dicti oppidi, occasione peculiaris festi, quod de eadem visitatione agitur, ab omnibus sacerdotibus ad sacrum faciendum convenientibus ad dictam ecclesiam, celebrari possit missa de eadem visitatione, ut in die ejus proprio, cum commemorationibus, tamen officii diei, dominicæ, aliisque occurrentibus juxta rubricas in omnibus missis privatis, atque etiam in missa cum cantu, si in prædicta ecclesia celebrata non fuerit missa conventualis de die: occurrente vero officio duplicis secundæ classis dumtaxat, ut celebrari possit missa cum cantu de visitatione cum commemorationibus in casu, ut supra, auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ ecclesiæ consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die octava maii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 11 maii 1804 anno V.

CCXCI.

Ut in concursu creditorum oratores possint absque ulla mora exigere credita sua legaliter probata usque tamen ad summam scutorum quinquaginta pro pharmacopolis civitatis Anconæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Nuper exponi Nobis fecerunt dilecti filii pharmacopolæ Nostræ civitatis Anconæ, quod licet ceteris, uti asserunt, privilegiis per Romanos pontifices prædecessores Nostros sibi concessis vel illud accesserit, ut nempe, aliquo eveniente super alicujus bona creditorum concursu, primus præcipuusque eis detur locus tam in graduum scala, quam in pecuniæ exactione, nihilominus ex tricis, impedimentisque forensibus fit sæpe numero, ut credita eorum, quæ persolvi ipsis sine mora deberent, exigi nequeant nisi longum post tempus, quodque etiam plus refert, magno cum impendio eorum et damno. Hinc quum pro medicamentis ad communes infirmorum necessitates promptis ac paratis habendis grave ipsi perferant onus expensarum, ob quas memoratis meruerunt privilegiis donari, ut ne privilegia hujusmodi ullis unquam cavillationibus frustrata remaneant, et ipsi illud, quod ab aliis debetur, absque temporis, sortisque suæ assequantur jactura; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes, ac eorum singulares personas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine, Nobis humiliter porrectis inclinati, attentis hac super re dilectorum filiorum magistrorum delegati apostolici Anconæ, et auditoris Nostri relatione et voto, eisdem exponentibus, universis, ac singulis, si et quando, postquam e mortali vita decessit aliquis, cui per exponentes medicamenta præscripta a medicis subministrata in infirmitate fuerunt, super illius hæreditate creditorum concursum contingat institui, sive alia quacumque ex causa, ac etiam inter vivos, hujusmodi instituatur concursus, tunc, ut ipsi in scala graduatoria cæteris creditoribus anteponantur, ac prævia exhibitione, et probatione legali crediti ad exponentes spectantis, creditum hujusmodi, usque tamen ad summam scutorum quinquaginta illico, et absque moræ interpositione, exituque judicii dicti concursus minime expectato, eis ac cuilibet eorum solvatur, seu libere solvi possit, ac debeat, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac iis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque etiam speciali, ac expressa mentione et derogatione dignis contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima prima maii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 11 maii 1804 anno V.

CCXCII.

Acceptatio renunciationis, et respectiva dismembratio curæ animarum ecclesiæ cathedralis Terracinensis.

Venerabili fratri
Episcopo Terracinensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Quum, sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Cajetanus Sanguigni archipresbyter curatus cathedralis ecclesiæ Terracinensis, ad compescendas dissentiones, quæ eo etiam usque provectæ sunt, ut in ecclesiastica curia instituta formaliter fuerit inquisitio super administratione curæ animarum ejus archipresbyteratui adnexæ, ipse curam animarum hujusmodi tuas in manus renunciaverit, cupiatque propterea per Nos sibi in præmissis provideri opportune, ac, ut infra, indulgeri.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos ipsum exponentem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et à quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, audita dilecti filii magistri Diomedis Carafa congregationis episcoporum, et regularium secretarii relatione de cunctis, quæ in processu criminali a curia episcopali Terracinensi adversus exponentem constructo continentur, attentoque consensu per eumdem exponentem præstito, ac per fraternitatem tuam acceptato, tuæ eidem fraternitati per præsentes committimus, et mandamus, ut auctoritate Nostra apostolica separes ante omnia, atque dismembres curam animarum actualem dictæ ecclesiæ cathedralis a cura habituali penes archipresbyterum, vel singulariter, vel communiter cum aliis capitularibus residente, eamque sic, ut præfetur, separatam, ac dismembratam decernas debere in posterum exerceri per vicarium curatum perpetuum in cathedrali ipsa constituendum, et in concursu eligendum, assignata ei præbenda, quam obtinet archipresbyter ratione curæ actualis nunc ab ipso exercitæ, et ad hunc effectum ab eodem dimittendæ, assignatisque emolumentis similium vicariorum curam actualem exercentium; remanente tamen archipresbytero in suo statu cum omnibus prærogativis, juribus, honoribus et oneribus canonicatus, archipresbyteratus, et primæ dignitatis capituli, iis dumtaxat exceptis, quæ curam actualem respiciunt; quoad vero causam, et causas, de quibus in præmissis, eas ad Nos avocatas a Nobis, impositumque iis per Nos perpetuum silentium, nec non processum in ecclesiastica curia præfata constructum adeo abolitum haberi, habendumque declares, perinde ac si constructus nunquam fuisset, ita ut nullo unquam tempore, et ad quemvis effectum prædicto exponenti præjudicium ullum afferre; immo illius authographum cures transmitti ad præfatam sagram congregationem, penes quam in ejusdem secretaria servari præcipimus, nulla ejus copia unicuique facta.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, illisque ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum plenissime suffragari, ac inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostoli-

ca, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima prima maji millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 12 maii 1804. anno V.

CCXCIII.

Exemptio porticuum civitatis Senogalliensis a venditione facienda pro dimissione æris alieni communitatum ditionis pontificiæ.

Pius PP. VII.

Rmo card. Stefano Borgia

Ratio exemptionis.

§. 1. Continuando lodevolmente ad occuparvi dell'interessante incarico alla vostra cura da Noi affidato col rescritto delli 29. novembre 1803. di mandare ad effetto l'alienazione dei beni delle comunità del Nostro stato Ecclesiastico per l'oggetto della dimissione dei debiti delle stesse comunità prescritta col Nostro moto proprio delli 14. del precedente mese di luglio, ci avete ultimamente rappresentato, che dopo di essersi nella città di Sinigaglia accesa la candela su le offerte, che alcuni di que' creditori aveano esibite ai portici della stessa città situati lungo il fiume, ossia canale, quel magistrato era formalmente a voi ricorso perchè venissero esentati dall'alienazione. Voi ci avete minutamente, e ad una ad una esposte le ragioni per le quali il magistrato suddetto crede, che li portici suddetti entrino realmente nella classe dei suddetti edificii publici, ma nello stesso tempo non ci avete taciute le ragioni addotte dai creditori offerenti, perchè si debba andare avanti nell'alienazione, cosicchè ponderate esattamente le ragioni di ambe le parti fossimo in istato di prendere la conveniente determinazione. Per meglio ponderare un tal'affare abbiamo voluto rimontare sino all'origine, avendo minutamente a tale effetto considerato il chirografo della sa. mem. di Benedetto XIV. delli 5. maggio 1746. in forza del quale colla nuova ampliazione della predetta Nostra città di Sinigaglia ha avuto luogo eziandio l'erezione dei portici stessi situati lungo il fiume ossia canale; e dopo di avere altresì maturamente ponderato il decreto esecutoriale emanato sotto li 10. dello stesso mese, ed anno dal fu monsignor Giuseppe Ercolani, a cui il chirografo stesso era diretto per l'esecuzione, abbiamo verificato, che li suddetti portici non solo sono stati edificati ære publico, ma che inoltre il lodato Nostro glorioso predecessore ha avuto in vista, che servissero ad uso publico cioè, e perchè durante il tempo della rinomatissima fiera, che si celebra in detta città coi medesimi si formassero delle botteghe per mercanti sì esteri, che nazionali, e che in tutto il restante dell'anno servissero ad ornamento, e decoro della città, e a commodo, ed uso di ogni ceto di persone. Abbiamo altresì rilevato, che l'osservanza è stata sempre uniforme alle predette disposizioni del lodato Nostro glorioso predecessore, mentre gli enunciati portici hanno insino ad ora sempre servito, e servono tuttavia ai predetti usi publici, pei quali se ne effettuò la costruzione, cosicchè abbiamo veduto, che non poteva rimanere il più piccolo dubbio, che gli anzidetti portici di Sinigaglia non dovessero realmente annoverarsi nella classe degli edificii destinati ad usi publici, che nel più volte citato moto proprio delli 14 luglio 1803. sono stati da Noi esclusi dalle prescritte alienazioni. E tanto più abbiamo creduto, che li suddetti portici di Sinigaglia dovessero realmente restare esentati dalla vendita, in quanto che abbiamo veduto, che con ciò non si veniva a recare il più piccolo pregiudizio ai creditori comunitativi, li quali aveano offerto ai portici stessi, giacchè in virtù dell'ultime sovrane Nostre disposizioni publicate colla vostra noti-

ficazione delli 19 aprile scaduto li creditori stessi per la pronta loro reintegrazione non solo possono rivolgersi all' acquisto degli altri fondi comunitativi dello stato di Urbino, e della provincia della Marca, ma eziandio di tutte le altre provincie del Nostro stato Ecclesiatico.

Tenor motus-proprii.

§. 2. Perciò in vista di tutti questi riflessi, ed anche per aderire al vostro savio parere col presente Nostro chirografo in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserto il teuore di qualunque cosa quanto si voglia necessaria ad esprimersi di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà, ordiniamo, e respettivamente dichiariamo, che li portici suddetti di Sinigaglia non solo restino ora esenti dal provedimento del surriferito Nostro moto proprio delli 14. luglio 1803., e dalle successive analoghe disposizioni publicate da voi di Nostro ordine, al quale effetto dichiariamo nulle, ed irrite, e come mai non avessero avuto luogo tanto le offerte già esibite dai creditori comunitativi ai portici stessi, quanto tutti gli atti di licitazione già seguiti su le offerte medesime, ma vogliamo inoltre, ed espressamente ordiniamo, che li portici medesimi debbano anche in appresso, e in qualunque tempo avvenire andare esenti da qualunque alienazione tanto rapporto al diretto, che all' utile dominio col mezzo di contratti di emfiteusi, o de' livelli, e dichiarando anticipatamente sino da ora nullo, ed irrito qualunque atto, che con qualunque autorità si facesse contro il tenore della presente Nostra disposizione. Siccome poi fra gli enunciati giusti, e interressanti riflessi, che hanno determinato il Nostro animo a volere esentati detti portici dall' enunciate alienazioni prescritte col riferito Nostro moto proprio delli 14. luglio 1803. uno è stato eziandio quello, che coll' impedire il passaggio dei medesimi presso de' particolari si sarebbero prevenuti quelli aumenti di noli nell' occasione della fiera, li quali sarebbero stati di pregiudizio ai negozianti, li quali alla medesima concorrono soliti a prendere in affitto li portici stessi, così con questo stesso Nostro chirografo ordiniamo altresì, che tanto nel corrente anno, quanto in tutti gli anni avvenire non possa mai farsi la più piccola alterazione, ed accrescimento di pensione, ossia di corrisposta sullo stato degli ultimi affitti dei portici stessi; giacchè in questa guisa oltre al contentamento dei negozianti, ai quali sono soliti locarsi in tempo di fiera, si otterrà l' altro importantissimo intento, che una tal moderazione nei siti dei suddetti publici edificii obbligherà li particolari possessori degli altri fondi soliti ad affittarsi in detta occasione per uso di botteghe, e di fondachi, e imiteranno essi pure un simile lodevole contegno con grandissimo vantaggio della fiera medesima.

Deputatio executoris apostolici.

§. 3. E per essere sicuri, che questa Nostra disposizione abbia realmente sempre il suo effetto ne commettiamo particolarmente l' esecuzione ai prelati presidenti pro tempore della Nostra legazione di Urbino accordando loro per questo tutte le più ampie, ed opportune facoltà, poichè tale è mente, e volontà Nostra espressa.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 4. Volendo, e decretando, che al presente Nostro chirografo, benchè non esibito, nè registrato in camera nè ne' suoi libri non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, orrezione, o altro vizio, e difetto della Nostra volontà, ed intenzione, ma che così, e non altrimenti debba sempre nelle cose premesse giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualunque giudice, e tribunale benchè collegiale, congregazioni anche di rmi cardinali, camerlengo di s. Chiesa, tesoriere, rota, camera, e qualunque altro togliendo loro, ed a ciascuno di essi ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretare in contrario.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Dichiarando Noi preventivamente fin d' adesso nullo, irrito, ed invalido tuttociò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità scientemente, o ignorantemente si giudicasse, o tentasse di giudicare contro quanto si dispone nel presente Nostro chirografo, quale dovrà avere il suo pieno vigore, benchè non vi sia stata chiamata, nè sentita qualunque persona, o corpo benchè privilegiato, privilegiatissimo ecclesiastico, luoghi pii, ed altri, che vi avessero, o pretendessero avervi interesse, non ostante la bolla di Pio IV. Nostro predecessore de registrandis, la regola della

Nostra cancellaria de jure quæsito non tollendo; non ostante ancora quali si siano chirografi, brevi, ordinazioni, e costituzioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, bandi, ed editti, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario: alle quali cose tutte, e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà, ad ogni vizio, e difetto ancorchè sostanziale, che vi potesse intervenire per questa sola volta, e per la piena esecuzione di quanto si contiene nel presente Nostro chirografo ampiamente, e nella più valida forma deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 12. maggio 1804.

PIUS PP. VII.

Dat. die 15 maii 1804 anno V.

CCXCIV.

Erectio officinæ medicamentariæ hospitalis pauperum infirmorum a visitatione prothomedici Pergulæ Eugubinæ diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Quum sicut exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii deputati administratores hospitalis sancti Caroli Pergulæ Eugubinæ diœcesis, idem hospitale, quod totius territorii infirmis pauperibus patet, adeo ob anteactas rerum perturbationes factum sit inops, ut nisi omnes, quæ minui prudenter possunt, minuantur expensæ, adsit periculum, ne magnum pauperibus ægrotantibus cessurum sit detrimentum: quumque alias inter expensarum hujusmodi diminutiones occurrat et illa non levis, quæ fieri quotannis solet in prothomedici taxam pro visitatione officinæ medicamentariæ hospitalis, cupiunt propterea administratores, ac humiliter poscunt per Nos provideri hac in parte hospitali, ac ut infra indulgeri.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos administratores specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, auctoritate apostolica tenore præsentium officinam prædictam memorati hospitalis a visitatione prothomedici, et ab omni, et quacumque taxa pro visitatione hujusmodi ei persolvenda eximimus, ac exemptam, prorsusque immunem, ac liberam facimus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, ac efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac supradicto hospitali in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque etiam speciali et expressa mentione, et derogatione dignis contrariis quibuscumque.

Declaratio specialis.

§. 5. Volumus autem, quod cessata visitatione prothomedici in prædicta officina, deputati administratores pro tempore debeant semper curam adhibere præcipuam, ut is, cui in hospitali officium pharmacopolæ committitur, suam probe calleat artem, et juxta regulas artis conficiat pharmaca, ac diligenter pro usu custodiat. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta maji, millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 15 maii 1804 anno V.

CCXCV.

Reformatio electionum superiorum in cœnobiis religiosorum regni Hispaniarum.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Inter graviores curas, ac sollicitudines, quas omni fide, ac studio in suprema hac apostolici Nostri muneris procuratione impendendas esse a Nobis Ecclesiæ cognoscimus; illæ nimirum habendæ sunt, quibus ordinum regularium, tam de eadem Ecclesia benemeritorum conservationi prospiciamus, eorum decus, ac bonum promoveamus, ab iisque omnia arceamus, quæ nocumento iis esse possunt, in hac præsertim temporum calamitosissimorum injuria, in quibus maximo cum dolore Nostro tam multas regularium hominum familias maximis tempestatibus jactatas tot, ac tam graves ærumnas immerito subiisse cognovimus. At vero si miseranda cænobitarum conditio multis in regionibus gravissimi doloris, maximæque tristitiæ Nobis causa extitit, magnam ex alia parte consolationis, gaudiique causam Nobis præbuit charissimi in Christo filii Nostri Caroli IV catholici regis eximia religio, ac pietas, qua is eosdem religiosos ordines in Hispania prosequitur, eorumque sanctissima instituta veneratur, ut qui optime perspectos habet uberrimos fructus, qui ex iisdem in sua regna semper maxima cum catholicæ religionis, ac populorum suorum utilitate sunt profecti, ut propterea in præsenti ordinum religiosorum vicissitudine non modo nullos ex iisdem in amplissimis Hispaniæ regnis, aut e medio sublatos, aut aliquo detrimento affectos videamus, verum etiam peculiari patrocinio defensos beneficas pientissimi regis curas erga se in dies experiri cognoscamus. Ex quo fit, ut eo promptiori animo benignas aures ejusdem catholici regis postulationibus præbere, earumque rationem habere ducamus, cum ille significet Nobis, se in iis, quæ circa dictos ordines a Nobis postulat, id unum spectare, ut magis magisque in suis ditionibus ipsorum ordinum conservationi, atque utilitati prospiciat; iis malis amotis, quæ fortasse per vicissitudines temporum induci in eosdem potuerunt, quibus, si quæ adsunt, apostolici muneris Nostri est, ad eorumdem conservationem stabilius asserendam, atque utilitatem, splendoremque augendum, prout res postulat, in Domino salubriter providere.

Expositio precum.

§. 2. Siquidem laudatus idem catholicus rex exponi Nobis fecit inter cætera gravissima mala, quæ ex proxima tum præteritorum temporum perturbatione, tum opinandi licentia infeliciter etiam in suas ditiones sunt derivata, illud etiam factum esse, ut in ordines regulares ibi existentes quamvis in iis plurimi non minus virtute, quam doctrina spectabiles viri inveniantur, qui spiritum, et leges sanctissimorum suorum fundatorum servant, tamen magno cum regii animi sui dolore iis abusus irrepserint, ut ad eos evellendos atque eradicandos efficaciora remedia adhibenda esse videantur, ne iidem amplius iterum pullulare possint.

Deputatio visitatoris generalis.

§. 3. Quæ cum Nobis exposita fuerunt, Nos excitati non minus officio apostolici ministerii Nostri, quam desiderio obsecundandi religiosissimi regis studiis, ut in re tam gravi omni maturitate, ac circumspectione, et juxta normam, ac consuetudinem hujus sanctæ Sedis procederemus, exempla sequuti gloriosissimorum prædecessorum Nostrorum, ac præcipue in simili causa cum in eodem Hispaniarum regno cardinalis de Ximenes visitator generalis omnium ordinum religiosorum in Hispanicis ditionibus existentium ab hac sancta Sede constitutus est, apostolica auctoritate Nostra visitatorem generalem omnium religiosorum in Hispaniarum regnis existentium eligendum censuimus, qui abusus omnes, qui in religiosas familias irrepsisse dicebantur, certo compertos habere studeret, ac ea facultate, quam Nos per apostolicas literas Nostras in forma brevis datas quarto idus septembris anni proximi superioris eidem impertiti sumus, si quid emendatione, ac correctione dignum invenisset, id emendandum,

ac corrigendum curaret; deferet vero ad Nos, Nostramque auctoritatem imploraret, si quid gravius idem deprehenderet, quod opportuna providentia indigeret, ut a Nobis ad id sanandum idonea remedia suppeditarentur. Quam Nos provinciam detulimus dilecto filio Nostro Ludovico Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali de Buorbon archiepiscopo Toletano, et archiepiscopalis ecclesiæ Hispalensis administratori, qui sane vir propter singulares laudes regii generis, eximiæ pietatis, zeli, ac sapientiæ, amplissimæque dignitatis, quas simul conjunctas habet, quibusque inter cæteros eminet; maxime idoneus visus fuit Nobis, qui posset tantum munus sancte, atque integre administrare. Hic vero tanto operi manu admota, exposuit Nobis, se tum ex iis, quæ sibi de ordinibus regularibus in Hispaniarum regnis existentibus statim deferenda diligenter curavit, tum ex aliis, quæ sibi eidem inquirenti de præsenti eorumdem statu innotuerunt, maxime opportunum judicare, ad regimen eorum ordinum regularium, qui hactenus ab uno tantum præside generali gubernati fuerunt, totidem vicarios generales constituere, qui stabiliter in Hispanicis ditionibus residentes, independenter a supremo magistro ordinis partem eam respectivorum ordinum regant, quæ in iisdem regionibus existit. Igitur non minus ab eo quam a pio rege catholico preces Nobis, ut apostolica auctoritate Nostra huic postulationi annuere dignaremur, oblatæ fuerunt, illudque additum, hoc, attentis temporum rationibus, non solum stabili regimini ipsorum ordinum regularium opportunum fore, sed etiam ad visitationem ipsam utiliter perficiendam maxime collaturum.

Votum congregationis deputatae.

§. 4. His petitionibus in maturum examen a Nobis vocatis, ac delecta in consilium juxta Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum consuetudinem, congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, considerantes ex una parte quantæ curæ esse debeat apostolicæ huic Sedi conservare unitatem ipsorum ordinum juxta suorum fundatorum spiritum, atque instituta, ex alia vero parte satisfacere cupientes, quantum in Domino possumus catholici regis desideriis, ac visitatoris studiis, ad bonum, ac utilitatem ipsorum regularium ordinum, ut in dificillimis eorumdem temporibus stabili eorum existentiæ consulamus, simulque ubertimos illos fructus Ecclesiæ asseramus, qui ex sanctissimis regularium institutis, ac virorum religiosorum exemplis, ac laboribus percipiuntur; de memoratæ congregationis consilio, ac sententia censuimus ad futurum regimen prædictorum ordinum regularium in Hispaniarum regnis, ac ditionibus, ut supra existentium, ex eo exemplum petere, quod summus pontifex Leo X. fel. rec. prædecessor Noster per apostolicas literas quarum initium = *Ite et vos in vineam meam* = de ordine fratrum santi Francisci constituit, eamque pro prædictis ordinibus in Hispaniarum regnis, ac ditionibus ut supra existentibus, rationem statuere, per quam simul, et unitas eorumdem ordinum juxta respectivorum sanctorum fundatorum spiritum, ac leges conservetur, et studia regis catholici, et visitatoris a Nobis constituti expleantur; atque ad hoc tribuendum ea etiam Nos inducit consideratio, quod omnes pene ordines regulares conservati, ac propagati in Hispania sunt, plusquam alibi apud cæteras nationes, ac cœnobitæ longe plures in Hispania numerantur, quam quos alia ulla natio possit recensere. Itaque ex certa scientia, ac matura deliberatione ejusdem congregationis consilium sectantes, Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine constituimus, quæ infra sunt.

De exercitio magisterii ordinum.

§. 5. Supremum magisterium ordinum in Hispaniis existentium, qui usque adhuc a generali, seu vicario generali natione Hispanis, atque in Hispania commorantibus gubernati non fuerunt, alternatim deinceps erit gerendum, nimirum erit una vice penes Hispanicæ nationis virum, altera vero vice apud virum exteræ nationis cujuscumque. Magisterium idem erit ad sexennium, nisi ad longius tempus statuendum gravibus intercedentibus causis ab apostolica Sede judicetur. Electio summi magistri juxta leges consuetas respectivorum ordinum a capitulo generali fiet. Cum summus ordinis magister ex Hispanis eligendus erit comitia gene-

ralia in Hispania habebuntur; Romæ vero sive sibi, prout leges cujuscumque instituti statuunt, cum idem ex aliis nationibus erit eligendus. Evocari, accedere, atque admitti ad generalia comitia debebunt vocales tam ex Hispania, quam ex aliis nationibus. Cum magister generalis non erit natione Hispanus, tunc Hispani habebunt vicarium generalem Hispanum, et viceversa cum supremum magisterium penes Hispanum erit. Ordo extra Hispaniam existens habebit vicarium generalem aliarum nationum. Vicarii generali munus erit ad idem tempus muneris superioris generalis, electio vicarii generalis fiet in eodem capitulo generali, simul ac summi magistri electio habita fuerit, sed ab Hispanis vocalibus eligetur, cum is vicarius generalis Hispanus futurus erit. Vocales vero aliarum nationum vicarium eligent cum is ad ordinem pertinebit, qui extra Hispaniam est. Tam summus ordinis magister, quam vicarius generalis, cum Hispani erunt, in regis Hispaniarum ditionibus residebunt. Si super vicarii generalis electione aliquæ difficultates, ac controversiæ exoriantur, harum cognitio, ac definitio ad vocales respectivos, qui eumdem elegerunt, privative pertinebit. At si per eos dirimi, aut expediri non poterunt, antequam capitulum dissolvatur, causa ab apostolica Sede definietur, sive ab eo, cui eadem apostolica Sedes specialem potestatem rei definiendæ faciet. Si vicarius generalis, sive per obitum, sive per promotionem, sive alia quacumque de causa esse desierit, antequam ordinis magister tempus magisterii sui expleverit; cujus ut supra dictum est exequare durationem muneris debet, tunc si is Hispanus fuerit Hispani alterum item Hispanum sibi in Hispania in vicarium eligent, et ita viceversa ex aliis nationibus cæteri ad normam respectivorum institutorum, qui tamen perdurabit usque dum eam temporis partem expleat, quæ ejus decessori reliqua erit ad munus suum absolvendum. In supradicto casu cessationis vicarii generalis intra sexennium sive per obitum, sive per promotionem, sive quacumque alia de causa, quando Hispani, ut supra dictum est, alterum Hispanum sibi in Hispania vicarium eligent, electionem, quæ a solis vocalibus Hispani fieri debet, ab iis solis fieri permittimus, qui tunc temporis in Hispaniæ peninsula commorabuntur, ut longæ illæ moræ dilationesque vitentur, quæ si accedere illi quoque vocales deberent, qui extra Hispaniæ peninsulam sunt, et longius absunt, necessario acciderent.

De electione magistri generalis ordinis.

§. 6. Quod si summum ipsum magistrum generalem ordinis, a suo cessare munere, sive obitus, sive promotionis, sive alia quacumque de causa contigerit, ita ut novus in ejus locum magister generalis ad complendum sexennium, quod ab antecessore non fuerat absolutum eligendus sit, declaramus in hoc casu locum non esse alternæ electioni, de qua supra dictum est, decernimusque, ut novus magister generalis, usque ad exitum sexennii ab antecessore inchoati duraturus ex ea parte ordinis deligatur, ex qua erat ipsius antecessor, ne ulla pars sit ordinis, quæ per sexennium integrum non habeat magistrum generalem e viris electum ad ipsam pertinentibus. Electio autem in hoc casu novi magistri generalis ad complendum antecessoris sexennium substituendi fieri debebit a solis vocalibus nativorum illius partis ordinis, ad quam ipse antecessor pertinebat, ac nimiæ interponantur moræ, quæ vitari nullo modo possent, si omnes omnino vocales accedere deberent, præsertim cum evenire non admodum difficile possit, ut magister generalis, cui successor deligendus sit prope ipsum sexennii finem ea aliqua e supradictis causis a munere suo cesset, ejusque successor propterea intra brevissimum tempus sit constituendus; quod si novus magister generalis eligendus in supradicto casu non completi sexennii ad ipsum sexennium complendum erit natione Hispanus, quia ejusdem nationis fuerit illius antecessor, a quo sexennium non fuit absolutum, statuimus, ut in hoc casu ad electionem illius accedere tantum modo debeant vocales illi Hispani, qui in ipsa Hispaniæ peninsula commorabuntur ab accedendi onere dispensantes de Nostræ potestatis plenitudine, eos alios vocales Hispanos, qui extra dictam peninsulam existant ob illam ipsam causam, quam diximus, scilicet ne electioni minime interponantur mo-

ræ, quæ si accedere illi quoque vocales deberent, qui extra Hispaniæ peninsulam sunt, et longius absunt, necessario acciderent, præsertim cum ne ita fieret evenire posset, ut forsitan antea elaberetur reliquum sexennii spatium, quam novus magister generalis ad illud complendum substituendus, eligeretur. Vicarius generalis in capitulo generali, ut supra dictum est, statim post electionem summi magistri electus, se ab eo confirmari postulabit, ac facultatibus muneri, quæ ad munus gerendi pertinent, quorum utrumque sine dilatione ei summus magister tribuet. Quod si vicarius generalis extra capitulum generale eligetur per obitum, sive per promotionem, ac dimissionem ejus, qui in dicto capitulo fuerat electus, ut supra dictum est, in eo casu ad præcavenda omnia dilationum incomoda, ei vicario canonice deputato juxta enunciatam formam, nunc pro tunc per has apostolicas Nostras literas facultates impertimur, quibus provincias, quæ ejus regimini subjacent, regere valeat per tempus illud intermedium, intra quod nulla mora interposita certiorem summum ordinis magistrum de sua electione faciet, ab eoque se confirmari postulabit, ac necessariis facultatibus muniri, quorum utrumque sine dilatione ei summus magister tribuet. Hæ facultates vicariis generalibus a summo magistro tributæ non cessabunt, sed firmæ iisdem manebunt, etiamsi ordo summo suo magistro caruerit per ejus obitum intra sexennium, sive per ejus promotionem intra idem sexennium; ita ut post electionem novi summi magistri ad complendum sexennium eligendi, eas ab ipso petere non indigeant, quas ut eo in casu exercere absque ulla dubitatione valeant, nunc pro tunc de Nostræ potestatis plenitudine per has apostolicas literas confirmamus, et quatenus opus sit, iisdem vicariis impertimur. Facultates vero vicariorum generalium eædem ipsæ erunt, quas summus magister habet. Itaque vicarius generalis, cui tres, aut quatuor assistentes, sive definitores, sive consultores, aliique juxta regulas instituti adsint, in provinciis, quæ ab eo regendæ sunt, libere omnem jurisdictionem, sibi delegatam exercebit, quam ante ibidem summus ordinis magister exercebat. In negotiis vero, quæ majoris momenti sunt, ad spirituale regimen ordinis, ac disciplinam pertinentibus, vicarius generalis, ut opportuna, ac tutiori ratione procedat, et ut instituti substantia in universo ordine conservetur, summum magistrum consulere debebit. Mutationes, et reformationes statutorum, quæ necessariæ, aut utiles ad respectivorum ordinum bonum videbuntur si universum ordinem respicient, a capitulo generali fient; si vero ad partem tantum ordinis in Hispania existentis pertinebunt de his in Hispania ipsa cum consilio tamen summi magistri agetur; sed neutræ ad effectum perduci poterunt sine Romani pontificis approbatione. Nota satis Nobis pietas, ac religio catholici regis, ejusque studium pro regularium ordinum bono Nos dubitare non sinunt eum effecturum, ut variationes hujusmodi probatæ a Nobis, aut successoribus Nostris, in suis ditionibus exequantur. Tandem quod pertinet ad bona temporalia, declaramus, regulares in Hispania existentes libere in posterum administrare, atque erogare ipsorum bona, redditus, atque eleemosynas posse, nec amplius ad contribuendum expensis, atque ad subsidia suppeditanda domibus regularium cæterarum notionum teneri, quod tamen non ita intelligi debet, ut ære alieno, si quo forte erga eos obstricti sunt liberati judicentur. Hæ ordinationes exequi debebunt statim post promulgationem hujus apostolicæ constitutionis Nostræ. Quoad electiones vero, cum, attenta præsentium temporum conditione, eæ haud fieri hac vice possint ea ratione, quæ a Nobis supra constituta est; mandamus, ut in ordinibus, qui nunc præsidem generalem habent, is suo munere fungi pergat, usquedum absolvatur tempus, quod ordinis sui legibus præstitutum est: si qui nunc summo magisterio fungitur, natione est Hispanus fiet a Nobis electio tum vicarii generalis, tum cæterorum superiorum majorum ordinis extra Hispaniam existentis; si vero summus ordinis præses Hispanus non est, Nos vicarium generalem, cæterosque superiores majores Hispanos constituemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Præsentes autem literas et in eis contenta, et statuta quæcumque, etiam ex eo quod quilibet in præmissis, seu in eorum aliquo jus, aut interesse habentes, seu habere prætendentes etiam quomodolibet in futurum, illis non consenserint, seu quod aliqui ex ipsis ad præmissa minime vocati, vel etiam nullimode auditi fuerint, aut ex alia qualibet causa nullo unquam tempore de subreptionis aut obreptionis, aut nullitatis vitio vel intentionis Nostræ, aut alio quovis magno, et substantiali defectu, sive etiam ex eo quod in præmissis solemnitates, et quæcumque alia forsan servanda, et adimplenda minime servata, et adimpleta fuerint, aut ex quibuslibet aliis causis, vel prætextibus notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, limitari, aut in controversiam vocari, seu adversus illas quodcumque juris, aut justitiæ remedium impetrari, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, decretis, vel declarationibus generalibus, vel specialibus, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine quomodolibet factis minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse, et fore, et tamquam ex pontificiæ providentiæ officio, et potestatis plenitudine Nostris factas, et emanatas, perpetuo validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo, et inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, et Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, et prorsus inane esse, et fore, volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non omnium, et singulorum dictorum regularium ordinum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 9. Ut autem præsentes, et in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam facilius deducantur, volumus, ut earum transumptis, sive exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ constitutionis, ordinationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, idibus maii, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 29 maii 1804 anno V.

CCXCVI.

Indulgetur parocho, et beneficiatis ecclesiæ parochialis oppidi Alcoy, Valentinæ diœcesis, ut pro tertia, vel quarta eorum parte per turnum abesse possint a choro duos tantum menses in quolibet anno, certis tamen temporibus, et festis exceptis, et in absentia percipere fructus, et distributiones.

Venerabili fratri
archiepiscopo Valentino

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Nuper Nobis exponi fecerunt dilecti filii parochus, et clerus beneficiatus ecclesiæ parochialis oppidi Alcoy Valentinæ diœcesis, se onus ferre inserviendi choro quotidie, sed beneficio, unde onus hujusmodi provenit, non reddere unicuique ipsorum quotannis nisi sexaginta scutata monetæ Romanæ de certo, seu, amortizado, uti vocant; et triginta septem de adventitio, seu votivo, eleemosynis tamen non computatis missarum, quas siquis poterit singulis celebrare diebus, poterit quoque quolibet anno ad summam centum sexaginta duorum scutatorum usque pertingere. Quamobrem, ut aliquid nanciscantur levaminis in tanto labore, cupiunt ipsi per aliquam temporis partem alternatim a choro in anno vacare, ac beneficiorum fructus et distributiones vel absentes percipere; eo vel magis quod ex nonnullis eorum per intervallum absentibus nihil pertimescendum sit detrimenti ecclesiæ servitio, quum ibi unus, et viginti beneficiati præter parochum numerentur, atque in eadem diœcesi jam aliæ parochiales ecclesiæ alternent ex apostolico indulto chori servitium: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac ipsorum singulos a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati: fraternitati tuæ de venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. cardinalium concilii Tridentini interpretum, qui tuam hac de re relationem ad eosdem transmissam attenderunt, consilio per præsentes committimus et mandamus, quatenus veris existentibus narratis, eisdem exponentibus, eorumque in perpetuum successoribus auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et conscientia gratis indulgeas, ut ad duos cujuslibet anni menses tantum tertia, vel quarta ipsorum pars per turnum a te constituendum a chori servitio vacare, et a residentia abesse possit, ac interim fructus omnes, et distributiones quotidianas percipere valeat, amissis tamen distributionibus inter præsentes, seu votivis, nec non exceptis a præmissa vacatione tempore adventus, et quadragesimæ, diebus festis solemnioribus nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Paschatis, Pentecostes, et ss. Corporis Christi, et per totam octavam eorumdem festorum, nec non festo sancti titularis, quibus in diebus aliisque tuo arbitrio benevisis omnes ex prædictis exponentibus choro inservire, divinisque officiis personaliter interesse teneantur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ parochialis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et ex-

presse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona maij millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 1 junii 1804 anno V.

CCXCVII.

Facultas abbatissæ monasterii sanctæ Mariæ Magdalenæ civitatis Pisaurensis gestandi crucem auream ante pectus appensam ad instar abbatissæ monasterii Fanensis, pro se, et succeditricibus in perpetuum.

Dilectæ in Christo filiæ modernæ abbatissæ monasterii sanctæ Mariæ Magdalenæ ordinis sancti Benedicti civitatis Pisaurensis.

Pius PP. VII.

Dilecta in Christo filia Nostra, Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio concessionis. §. 1. Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, super quibus apud Nos fide dignis commendaris testimoniis Nos adducunt, ut honorificentiæ tuæ benigne consulamus.

Expositio precum. §. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilectæ in Christo filiæ istius monasterii sanctæ Mariæ Magdalenæ moniales, quod ipsæ ad majorem Dei gloriam, et externum abbatissatus officii splendorem augendum, te ejusdem monasterii abbatissam aliqua per Nos, et hanc apostolicam Sedem prærogativa, atque insigni honorificentia decorari summopere desiderent.

Tenor concessionis. §. 3. Nos te præmissorum meritorum tuorum, ac etiam earumdem monialium precum intuitu specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes; supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, et pro tempore in perpetuum existenti abbatissæ ipsius monasterii, ut crucem auream ante pectus appensam ad instar superiorissæ similis monasterii Fanensis tam in choro, et aliis monasticis functionibus, quam extra eas gestare, illaque uti libere, et licite possis, et valeas, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Decretum irritans. §. 4. Teque desuper, et succeditrices tuas a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attetari decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dicti monasterii, et ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima junii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 6 junii 1804 anno V.

CCXCVIII.

Leges servandæ in contractibus emphitheuticis pro colonis paludum Pontinarum.

Alessandro Lante protonotario apostolico, della santità di Nostro Signore papa Pio VII., e sua reverenda camera apostolica tesoriere generale.

R.P.D. thesaurarius chirographum exequendum recepisse declarat. §. 1. Ad oggetto di dare un'opportuno regolamento alle enfiteusi dei beni camerali della bonificazione Pontina, mentre non si sono celebrati gli istromenti dai primi investiti, e dai posteriori acquirenti, e per fissare anche la norma a quei coloni, ed altri che hanno alcune porzioni di terre entro il circondario della medesima bonificazione, la Santità Sua ha mostrato la sua sovrana providenza colle ordinazioni espresse nel moto proprio che resta esibito negli atti del Salvatori segretario di camera sotto il giorno 7. del corrente mese, del seguente tenore.

Pius PP. VII.

Motu proprio

Tenor chirographi.

§. 2. Dopo essere stata liberata dalle acque paludose una vasta estensione di terre entro il circondario Pontino colla celebre impresa del Nostro predecessore Pio VI. di gloriosa memoria, furono le suddette concedute in enfiteusi perpetua a molte, e diverse persone per di lui rescritto dato in Terracina li 10 maggio 1791. e altri rescritti fatti in sequela di quello, con le condizioni quivi espresse, e segnatamente che dovesse da cadauno enfiteuta stipolarsi l'istromento colla inserzione della pianta corrispondente alla misura da eseguirsi sul luogo. Siccome però non furono celebrati tali istromenti, essendosi soltanto esibiti i rescritti negli atti del Salvatori segretario di camera; quindi è addivenuto, che molte di quelle terre sono passate dai primi enfiteuti ad altre mani o per contratti, o per disposizioni di ultime volontà, senza che la Nostra camera proprietaria ne abbia conseguito il dovuto laudemio, e senza esserne stata riconosciuta in padrona diretta da molti nuovi possessori, i quali sono anche all'istessa camera ignoti, e rendono inoltre maggiore la loro morosità nel pagamento de' canoni, per non trovarsi espressamente obbligati alla osservanza dei regolamenti stabiliti contro i debitori morosi dalle costituzioni apostoliche, e dallo stile camerale.

Volendo pertanto Noi riparare a questo sconcerto, contrario non meno alla intenzione del defonto pontefice, che all'economia della Nostra camera, avendo nella presente cedola per espresso il tenore del sovraccitato rescritto, e degli altri consecutivi, anche emanati per mezzo del tesoriere generale, ed ogni altra cosa necessaria di esprimersi, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà ordiniamo e stabiliamo, come siegue.

I.

De observantia constitutionum, et solutione canonis.

§. 3. Che tutti quelli, ai quali furono concedute le terre suddette, fabbriche, o altri fondi entro il circondario Pontino, in sequela della esibizione da loro fatta dei rispettivi rescritti ottenuti sino al tempo presente debbano onninamente intendersi sottoposti non solamente alle leggi ed ordini emanati, o da emanare sopra la bonificazione, e gli enfiteuti delle terre Pontine, ma ancora alle disposizioni delle costituzioni, e alle regole e stile camerale sopra gli enfiteuti ed altri debitori della camera apostolica, e specialmente alla costituzione di Gregorio XIII. altro Nostro predecessore di santa memoria, che incomincia *Ad Romani pontificis* pubblicata il primo giugno 1580. ed anche alla recente cedola di Nostro moto proprio del dì 23. aprile 1803 di maniera che non pagando i canoni ogni anno prima del fine del mese di ottobre in mani del ministro camerale a ciò deputato alle Pontine, o in altro luogo che venisse loro ordinato dalla camera o dal tesoriere generale, incorrano *ipso facto* la caducità, e si devolvano le terre alla medesima Nostra camera in quel modo che è prescritto rapporto agli altri enfiteuti morosi per l'annua solennità de' ss. apostoli Pietro e Paolo, ed autorizziamo monsignor tesoriere generale a concedere tali terre e fabbriche agli enfiteuti adjacenti, qualora siano idonei, e convengano nei medesimi patti, altrimenti darli ad altri, come giudicherà più espediente alla Nostra camera.

II.

De onere praestandi recognitionem in dominum erga rev. cameram apostolicam.

§. 4. Che tutti quelli, i quali hanno acquistato alcuna delle terre Pontine dai primi enfiteuti, e dai loro successori, s' intendano soggetti alle medesime leggi, ed inoltre nel perentorio termine di un mese da decorrere dalla pubblicazione della presente Nostra cedola debbano pagare alla Nostra camera apostolica i laudemj per i passaggi delle suddette terre, e per pubblico istromento da celebrarsi negli atti dell'istesso Salvatori segretario di camera riconoscere il diretto dominio della camera medesima con esprimere i patti ed i pesi analoghi a tal contratto, e specialmente la rinunzia ad ogni defalco di canoni o altro bonifico per causa di qualunque inondazione, rotta d'argini, o altro caso, la qual rinunzia peraltro debba intendersi rapporto anche

ai primi concessionarj, e l' istesso debba farsi anche da ogni altro, che in avvenire acquistasse qualche terreno Pontino parimenti nel termine di un mese, dopochè sarà seguito il nuovo passaggio; altrimenti decorso questo termine ognuno de' suddetti, che non avrà pagato il laudemio, e celebrato l' istromento, come sopra, si abbia per decaduto dalla enfiteusi, e i terreni devoluti alla camera, oltre tutto ciò che si dispone dalle costituzioni apostoliche, e dal diritto comune.

III.

De indemnitatibus annuatim solvendis.

§. 5. Quantunque sul principio della bonificazione nel 1777. il commissario Giulio Sperandini deputato dal Nostro predecessore facesse alcune convezioni colle comunità e coi privati possessori di alcune porzioni di terre incluse nel circondario Pontino, o per altri loro diritti o pretensioni, assegnando alle comunità, ed alcuni altri annui compensi in danaro, preservate le ragioni a favore della Nostra camera di compensazioni contro li stabiliti contribuenti, permettendo ad altri l' uso di quelle porzioni di terreni inclusi, mentre si faceva la bonificazione, nel modo conciliabile cogli attuali lavori, e promettendo tra le altre cose, che a bonificazione compita si assegnerebbe loro tanta quantità di terreno asciutto nel confine del circondario, e tali convenzioni fossero anche enunciate nel chirografo segnato li 15. luglio 1780. in occasione dell' affitto fatto dalla camera dei terreni Pontini; nondimeno l' istesso pontefice l' anno 1791. nel concedere in enfiteusi i terreni bonificati a diverse persone giudicò di variare alquanto, e derogare in parte alle suddette convenzioni, disponendo in altro modo di quelli terreni, ed ordinando agli enfiteuti di mantenere tutti i coloni particolari entro i loro fondi, senza gravarli di maggiore risposta, e con facoltà di trasportarli nel confine della rispettiva loro possidenza, come più diffusamente apparisce dal sovra citato rescritto de' 10. maggio 1791. Ora siccome dopo essere state date ad altri in enfiteusi tutte le terre Pontine, e dopo i miglioramenti fattivi da molti enfiteuti, ed altre variazioni accadute nel decorso di tanti anni non potrebbe senza sconvolgimento di cose, e senza grave incomodo e pregiudizio della camera apostolica ritornarsi a dare esecuzione alle convenzioni del 1777. perciò ordiniamo, che tutti quelli, ai quali si pagano i compensi annui in danaro, debbano continuare in avvenire a percepire l'istesso compenso, senza che abbiano ad eccitare pretenzione per averlo in una porzione di terreno; ed i coloni restino sottoposti alla disposizione del lodato rescritto; che debba restar fermo ciò che si dispose dal Nostro predecessore nel rescritto del 1791. e che quei coloni, i quali erano soliti di pagare le risposte, debbano continuarle a pagare agli enfiteuti a norma dell' istesso rescritto, senza poter riclamare, nè abbiano alcuna azione per tale assegna di terreni contro la camera apostolica non ostante il loro ricorso da Noi già delegato al tribunale della camera, e non ostante qualunque decreto di monsignor uditore, salve soltanto le ragioni per qualunque altra rispettiva pretenzione tra gli enfiteuti, ed i coloni.

V.

De bonorum descriptione servanda in libris cameræ.

§. 6. Che dalla computisteria generale della camera si debba formare e ritener sempre un' esatta e diligente descrizione o sia cabreo di tutte l' enfiteusi Pontine, con notarvi tutti i passaggi che accadessero nel tempo futuro, ed a quest' effetto ordiniamo, che anche quelli successori enfiteuti, i quali non sono obbligati a pagare il laudemio o ad ottenere nuova investitura, nondimeno debbano darne notizia negli atti dell' istesso segretario di camera entro un mese dopo la morte del loro padre o altra persona, a cui legittimamente siano succeduti, affinchè sia l' enfiteusi intestata alla loro persona, altrimenti incorrano ancor questi la caducità della enfiteusi.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 7. Volendo e decretando, che la presente cedola di Nostro moto proprio ammessa e registrata in camera a forma della costituzione di Pio IV. *de registrandis* vaglia ed abbia il suo pieno vigore, senza che gli si possa opporre vizio di orrezione e surrezione, o altro difetto, ancorchè non vi sia stato citato nè sentito monsignor commissario della camera; nè gli stessi enfi-

tenti o coloni Pontini, o chiunque altro vi avesse, o pretendesse avervi interesse, e che così, e non altrimenti debba giudicarsi da ogni giudice ordinario o delegato, rota, camera, reverendissimo camerlengo, monsignor tesoriere generale, e monsignor Nostro uditore, e da qualsivoglia altro tribunale anche composto di reverendissimi cardinali, togliendo ad ogunno la facoltà di definire, o interpretare diversamente, e dichiarando invalido e nullo tutto ciò, che altrimenti si definisse o interpretasse. Non ostante il rescritto della Nostra suddetta delegazione, la Nostra costituzione *Post diuturnas*, e qualunque altra costituzione, legge, ordine, rescritto, consuetudine, che facesse o sembrasse fare in contrario, alle quali cose tutte, avendone il tenore qui per inserito, per l'oggetto della presente sufficientemente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 6 giugno 1804.

PIUS PP. VII.

Executio. §. 8. Mentre adunque noi facciamo note le pontificie provide leggi sopra gli oggetti suddetti, ne inculchiamo ad ognuno la osservanza, giacchè la presente notificazione dopo che sarà stata affissa ne' luoghi soliti in Roma, e nel circondario Pontino, e nelle città e luoghi a quelli confinanti, avrà sempre il suo pieno vigore, come se fosse stata ad ognuno personalmente presentata. Roma questo dì 9 giugno 1804.

Alessandro Lante tesor. gener.

Per monsig. commissario generale della R. C. A. assente

Nicola Maria Nicolaj primo sostituto commissario

Luigi Salvatori segr., e canc. della R. C. A.

CCIC.

Dat. die 8 junii 1804 anno V.

Applicatio bonorum spectantium ad hæreditatem Fagoni in erectionem cappellaniæ in ecclesia sancti Christophori diœcesis Civitatis Plebis.

Venerabili fratri episcopo Civitatis Plebis.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Exponi nuper fecit dilectus filius modernus parochus sancti Christophori diœcesis Civitatis Plebis, quod bo. me. Margarita, Sancta, et Innocentia Fagoni terræ Castilionis apud lacum Trasimenum sese testamento ad invicem conscripserunt hæredes, unaque statuerunt ut post earum omnium mortem bona communis hæreditatis in suffragia animarum suarum impendi deberent per testamentarios expresse ad id designatos executores; qui prius tamen, quam quidpiam executioni mandassent Nostro, ut asseritur, fuere jussi rescripto, ut de asse hujusmodi hæreditario unam partem pro medietate in missas pro animabus testatricum celebrandas assignarent, de altera vero fundarent cappellaniam in parochiali ecclesia de Giojella quemadmodum ejus parochus ad suorum beneficium populanorum expostulaverat. Tali exemplo motus exponens, quid et unum se esse dicit de executoribus designatis, cupit vel ipse similem cappellaniam ex reliquo asse in missas erogando institui favore suæ parochialis ecclesiæ ubi multo major adest necessitas cappellani, qui et parocho adjumentum in ministerio, et populo commoditatem præstet in missa præsertim diebus festis. Hinc Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occa-

sione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, audita relatione dilecti filii magistri Emmanuelis de Gregorio secretarii congregationis de Concilio, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus enarratis, ex enunciata medietate hæreditatis Fagoni in tot missas eroganda perpetuam cappellaniam auctoritate Nostra apostolica erigere possis, et valeas in parochiali ecclesia sancti Christophori, injuncto tamen cappellano pro tempore perpetuo onere coadjuvandi parochum ecclesiæ prædictæ in cura animarum, nec non celebrandi ibidem singulis diebus festis etiam reductis missam applicando ad formam testamentariæ dispositionis Fagoni.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus, quatenus opus sit, recentis memoriæ Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava junii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 8 junii 1804 anno V.

CCC.

Beatificatio venerabilis servæ Dei Veronicæ de Julianis monialis sanctæ Claræ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Laudes venerabilis servæ Dei.

§. 1. Quos Deus præscivit, hos et prædestinavit conformes fieri imagini filii sui, qui, proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta. Jam vero, quantum imagini filii Dei conformis futura esset serva Dei Veronica de Julianis, statim ab ejus incunabulis apparuit. Ipsa namque infantula, quod aliis diebus copiosum lac sugebat, ejus paucas mane, et vespere gustabat guttulas quarta, et sexta feria, ac sabbato. Grandiuscula miro eumdem Christum Dominum pro nobis passum, et crucifixum imitandi desiderio flagrare cœpit. Cum primum igitur per ætatem licuit, primævam sanctæ Claræ regulam in monasterio sanctimonialium, quas Capuccinas vocant, Tiferni tanto animi fervore est professa, ut ab ipso novæ religiosæ vitæ initio perfectum aliquid, et consummatum attigisse jam videretur. Continuum triennale jejunium, Deo jubente, solo pane, et aqua, aliudque biennale aliquot hostiarum fragmentis, paucisque mali citrei seminibus refecta explevit. Corpus præterea suum vigiliis, frigore, catenis, flagellis, urticarum manipulis, ac veste spinis undique contexta, aliisque pœnarum generibus cruciavit. Flagrantissimo autem hoc Christo compatiendi desiderio effectum est, ut sex ipse martyrum Christus sponsam sibi dilectissimam cum uberrimis charismatum donis, tum passionis suæ signis mirabiliter decorarit. Sed et omni virtutum genere eam sibi divinus sponsus copulavit. Tantum proinde in regularis disciplinæ studium, ut ipsa aut duce, aut hortatrice, quandoque etiam abbatissæ munere fungente, moniales non paucæ virtutum meritis mirum in modum excellerent. Zelus quoque erga externos tantus, ut precibus ad Deum fusis, perditorum hominum plurimos ad meliorem reduxerit frugem, sese pro ipsis ad subeundas peccatorum pœnas libentissime offerens. Ea in sorores charitate fuit, ut noctes integras duceret insomnes, nunc earum ministeria ipsa in se suscipiens, nunc eisdem ægrotantibus inserviens. Tantus in ea puritatis castimoniæque splendor, ut angelo quam homini similior videretur. Tam demum ardens in Deum charitas, ut nedum extra sensus, quam sæpissime raperetur, sed vel ipsa corporis membra incendio æstuarent. Tot, tantisque virtutibus, supernisque bonis ditata, et sui, et mundi, et dæmonum victrix ad Christum sponsum annum agens septimum supra sexagesimum læta evolavit.

Judicium sacræ congregationis Rituum super virtutibus illius.

§. 2. Cum itaque mature diligenterque discussis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. cardinalium sacris ritibus præpositorum, aliorumque consultorum

processibus de hujus s. Sedis apostolicæ licentia confectis super vitæ sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus servam Dei Veronicam de Julianis monialem ordinis s. Francisci Cappuccinarum nuncupatarum multipliciter claruisse, et super miraculis, quæ per ejus intercessionem ad manifestandam hominibus ejus sanctitatem a Deo edita, et patrata fuisse dicebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta censuerit, posse, quandocumque Nobis videretur, prædictam Dei servam, donec ad actum solemnis illius canonizationis deveniatur, publice beatam declarari, cum solitis indultis.

Beatificatio.

§. 3. Hinc est, quod Nos piis, atque enixis totius memorati ordinis, et venerabilis fratris Floridi episcopi Aquipendiensis hujus causæ postulatoris supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; de eorumdem cardinalium, et consultorum consilio, auctoritate apostolica, tenore præsentium facultatem concedimus et impertimur, ut eadem Dei serva Veronica de Julianis beatæ nomine nuncupari, ejusque corpus, et reliquias venerationi fidelium (non tamen in processionibus circumferendas) exponi, imagines quoque radiis et splendoribus exornari, officium, et missam de ea singulis annis die ix. julii de communi virginum cum orationibus propriis, juxta ritum missalis, et breviarii Romani recitari libere, ac licite possit et valeat.

Concessio missæ, et officii proprii.

§. 4. Porro officii recitationem, et missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in universo ordine minorum s. Francisci capuccinorum utriusque sexus, atque in diœcesibus Urbaniensi, et Tifernensi, in quarum prima, Mercatelli scilicet, ortum habuit, in altera vero vitam regularem duxit, ibique venerabile ejus corpus requiescit, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam sæcularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur; et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Præterea hoc anno dumtaxat, videlicet post præsentes literas, et quoad Indias a die, quo eædem literæ illuc pervenerint, inchoando, in ecclesiis ordinis, et diœcesum præscriptarum solemnia beatificationis ipsius servæ Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majore die ab ordinario respective constituenda, postquam tamen in basilica principis apostolorum de urbe celebrata fuerint eadem solemnia, pro qua re diem xvii hujus mensis assignamus, pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava junii millesimo octigentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

IN FESTO

BEATÆ VERONICÆ DE JULIANIS

Abbatissæ Capuccinarum Tiferni

Oratio

Orationes recitandae in missa, et officio.

§. 6. Domine Jesu Christé, qui beatam Veronicam virginem passionis tuæ signis mirabilem effecisti; concede propitius, ut carnem crucifigentes ad gaudia æterna pervenire mereamur. Qui vivis etc.

Secreta

Suscipe, misericors Deus, quas tibi humiliter offerimus laudis hostias; et interveniente beata Veronica virgine tua, fac eas nobis ad perpetuum provenire subsidium. Per Dominum ec.

Postcommunio

Cœlesti munere roboratos fac nos, quæsumus Domine Deus noster, bea-

tæ Veronicæ virginis tuæ, et exemplis instrui, et patrociniis adjuvari. Per Dominum ec.

DECRETUM

Approbatio sacrae congregationis Rituum.

§. 7. Sanctissimus Dominus Noster Pius VII. pont. max. supplicante reverendissimo episcopo Aquipendiensi Florido Pierleoni postulatore, et referente r. p. d. Hieronymo Napulonio fidei promotore, suprascriptas orationes ab eminentissimo et reverendissimo domino cardinali de Somalia Sanctitatis Suæ in urbe vicario, sacrorumque rituum congregationi præfecto, ac præfato promotore fidei revisas, in missa celebranda in die beatificationis beatæ Veronicæ de Julianis, et successive in officio in ejus honorem recitando cum missa, juxta facultates tributas in brevi ejusdem beatificationis, legi posse, benigne indulsit, quibuscumque in contrarium disponentibus minime obstantibus.

Die nona junii millesimo octingentesimo quarto.

Julius Maria card. de Somalia
S.R.C. præfectus

Loco ✠ Sigilli

I. de Carpineo C. R. C. secr.



CCCI.

Dat. die 15 junii 1804 anno V.

Ut præter summam sc. 45. alias assignatam pro expositione ssmi Eucaristiæ sacramenti, et supellectilibus sacris comparandis, etiam alteram annuam sc. 10. pro eadem expositione, et aliam sc. 16. pro ære alieno solvendo semel tantum ex eleemosynis in redemptionem captivorum collectis impendere valeant; pro confraternitate sanctissimæ Pietatis civitatis Lucanæ.

Venerabili fratri
archiepiscopo Lucano.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii prior, et confratres confraternitatis sanctissimæ Pietatis redemptionis captivorum nuncupatorum in ecclesia sancti Hieronymi istius civitatis Lucanæ erectæ, quod dudum sibi a felicis recordationis Pio pp. VI. prædecessore Nostro sub certis modo, et forma tunc expressis, auctoritate apostolica indultum fuit, ut ex quibusdam eleemosynis in captivorum redemptionem destinatis annuam summam scutatorum triginta pro expositione sanctissimi Eucharistiæ sacramenti facienda, aliamque summam scutatorum quindecim per ordinarium definitam pro comparandis sacris supellectilibus annuatim impenderent, ac alias, prout ex memorati Pii prædecessoris in simili forma brevis die xvi. maii MDCCLXXXIII. desuper editis literis, quarum tenorem præsentibus, pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus fusius continetur. Verum quia, sicut in eadem expositione additum erat, ceræ pretium ita in dies auctum est, ut primo dicta pecuniæ summa non amplius sufficiat ad eam emendam, neque alius supersit modus reddendi sexdecim alia scutata moderno ejusdem confraternitatis exactori debita, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus et mandamus, ut eisdem exponentibus, præter, et ultra integram summam prædictam quadraginta quinque scutatorum, etiam aliam annuam scutatorum decem pro dicta expositione sanctissimi Eucharistiæ sacramenti, ac insuper aliam scutatorum sexdecim pro hac vice dumtaxat, ad effectum memoratum creditorem reintegrandi ex dictis eleemosynis erogandas, et impendendas plenam, et amplam facultatem auctoritate Nostra apostolica, pro tuo arbitrio, et prudentia gratis impertiaris.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ memoratus Pius prædecessor in suis literis non obstare voluit, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta junii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.



CCCII.

Dat. die 10 julii 1804 anno V.

Erectio seminarii cum facultate illud eximendi ab omni jurisdictione parochiali, et vicariorum capitularium, episcopali sede vacante pro episcopo Aveirensi.

Venerabili fratri episcopo Aveirensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater Salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium.

§. 1. Pastoralis officii studium quo fraternitas tua clericis in seminario habendis, atque in ecclesiastica disciplina educandis omnem adjecisse curam ostendit, Nos qui nihil magis ad Ecclesiæ, et christianæ reipublicæ utilitatem conferre, quam bonam teneræ juventæ instructionem existimamus, pergrate fecit sollicitos, ut tibi in re tanti ponderis, quantum cum Domino possumus, præsto esse festinemus,

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis fecisti, tuæ istius ecclesiæ seminarium adeo fuisse novissimi temporis calamitatibus affectum, ut non modo excussum imminutumque, sed penitus quoque dissolutum remanserit. Te autem tui zelo æque ac debito muneris aliud alio in loco (nam penes cathedralem ecclesiam plura in præsentiarum obsunt impedimenta) erigere statuisse, ac in loco hujusmodi, quem vulgo vocant de Requeixo, aliquot conduxisse domus, ubi seu etiam alibi donec melius provideri tractu temporis possit, duodecim diœcesani pro nunc colligantur, alanturque alumni, præter convictores suis se tantum sumptibus sustentaturos una cum præfectis, artiumque ac disciplinarum magistris, nec non duobus probis presbyteris, altero in superiorem seu rectorem, altero ad ejus supplendas vices destinandis; qui duo presbyteri facultate insuper polleant administrandi iis, qui vitam in seminario degunt, sacramenta pœnitentiæ et Eucharistiæ, tam vel ad Paschale præceptum, quam ad viaticum, ac extremæ unctionis, dempto hac in parte quocumque parochiali

jure atque jurisdictione, etiam quoad funus, et sepulturam illorum, quos in seminario supremum obire diem contigerit, quique in seminarii cappella, prævіis consuetis exequiis celebrandis gratis, et absque ulla distributione per seminarii clericos, atque presbyteros (missæ, seu missarum eleemosyna tantum excepta) erunt humandi; nisi quis forte ecclesiam, ubi sepeleri velit, expresse declaraverit: tunc enim illius ecclesiæ parochus poterit suo cum comitatu ad seminarium accedere, ejusque ad januam defuncti cadaver accipere. Præterea seminarium istud te velle præceptis ac regulis tum ad rerum temporalium, tum ad studiorum, morumque directionem juxta leges prudentiæ, et circumstantias temporis, accomodatis, ac propterea a te, tuisque successoribus pro rerum, temporumque ipsorum eventu variandis, corrigendis, ac de novo condendis præmunire; ideoque illud ita tuæ, ac successorum jurisdictioni subiicere, ac reservare, ut sede ecclesiæ istius episcopali vacante vicarii capitulares nihil de iis omnibus, quæ ad seminarium spectant per te, ac successores statuta, ac ordinata repererint, amovere, ac innovare unquam possint, sed si recte cuncta procedant, tantum inspicere, et necessitati, siquæ quidpiam postulare videatur, dumtaxat consulere. Quapropter te optare plurimum, atque exorare, ut Nos tibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi seminarium diœcesanum in loco, et forma superius expressis erigendi, aliumque, etiam in locum successive pro opportunitate transferendi, et varias, ac variabiles regulas pro bono regimine constituendi, illudque ab omni tum parochi, intra cujus fines erigendum seminarium fuerit, tum vicarii capitularis, quando episcopalis sedes vacaverit, jurisdictione, uti præmissum est, eximendi, nec non seminarii rectorem, ejusque gerentem vices ad recensita sacramenta, etiam tempore paschali, ac in mortis articulo, omnibus et singulis in seminario habitantibus ministranda, et ad eorumdem inibi morientium exequias ac sepulturam in seminarii cappella disponenda deputandi, ceteraque supra enunciata mandandi, et exequendi, plenam, et amplam facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, ac impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus costitutionibus et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus tamen, ut memoratæ leges, ac regulæ quomodocumque, et quandocumque præscribendæ, non præscribantur, nisi habito simul cum illis consilio, quos de cathedralis capitulo, quatenus adsit, ad id adsciscendos synodus Tridentina decernit: atque ut rector, vice rector, præfecti quoque, et magistri, et quisquis demum alius, qui in seminario hujusmodi præeminentiæ alicujus fungatur officio, sacramentum pœnitentiæ nonnisi expetiti, ac rogati ab alumnis, et convictoribus valeant ullo unquam tempore iis administrare, ac pusillorum pudori conscientiæ offendiculum in tam metuenda re gravitas contubernalium superiorum injiciat. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima julii millesimo octingentesimo quarto; pontificatus Nostri anno quinto.



Dat. die 23 julii 1804 anno V.

CCCIII.

Unio territorii vallis de Arania diœcesis Urgellensis.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

§. 1. Pro pastorali sollicitudine in commissa Nobis a Christo Domino auctoritate dum in beati Petri cathedra fuimus collocati, oculos Nostræ mentis ad ecclesiarum statum, omniumque populorum eisdem subjectorum spirituali regimini convertentes, ea omnia pro animarum Christianorum salute statuere summo studio semper curavimus, ut juxta divinarum et ecclesiasticarum legum normam a pastoribus utiliter valeant gubernari.

Ratio concessionis

§. 2. Quamobrem advertentes quod usque et de anno Domini millesimo octingentesimo primo per Nostras sub plumbo expeditas literas tertio kalendas decembris datas pontificatus Nostri anno secundo, attentis rerum circumstantiis, et ad catholicam unitatem in Gallia retinendam, omnes tam archiepiscopales, quam episcopales ecclesias in Gallicano dominio existentes, apostolica auctoritate suppresserimus, extinxerimus, et annullaverimus, novasque alias archiepiscopales, et episcopales ecclesias pro rerum, atque locorum conditionibus, et opportunitatibus erexerimus, atque novam illarum diœcesium circumscriptionem faciendam mandaverimus totis qua late patent in regionibus prædicto Gallicano dominio temporali subjectis, prout in literis præfatis fusius continetur; quarum vigore vallis de Arania ad Pireneos montes et flumen Garumnam posita, quæ antea spirituali regimini ecclesiæ Convenarum episcopi integre pertinebat, attenta prædicta suppressione illarum diœcesium nova circumscriptione, utpote sub temporali charissimi in Christo filij Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici dominio existentes minime fuit comprehensa, et populi in ea degentes absque proprio pastore remanserunt, ideoque ut alicujus episcopi intra Hispaniarum regis dominium consistentis ordinariæ potestati et auctoritati subijciatur, ipsiusque diœcesi adjungetur, et incorporetur necessarium et expediens fore conspicimus.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos itaque votis insimul ejusdem Caroli regis catholici libentissime obsecundantes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, vallem prædictam de Arania, totumque ejus territorium, omniaque in ea, seu eo contenta loca, et respective consistentes ecclesias etiam parochiales, monasteria, conventus, et beneficia, ac jura antea suppressæ ecclesiæ Convenarum spectantes et pertinentes, nec non utriusque sexus personas, habitatores, et beneficiatos, tam sæculares, quam regulares, quoscumque cujusvis sint status, gradus, ordinis, ac conditionis episcopali ecclesiæ et dioecesi Urgellensi apostolica auctoritate perpetuo adjungimus, et incorporamus, ac omnimodæ jurisdictioni, superioritati, visitationi, et correctioni moderni ac pro tempore existentis episcopi Urgellensis, ita quod liceat ei per se, vel alium, seu alios ejus nomine in supradictæ vallis territorio, locis contentis, atque ecclesiis, monasteriis, eorumque pertinentiis, et annexis veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris diœcesani propria auctoritate libere apprehendere, cujusvis licentia desuper minime requisita, apostolica auctoritate præfata tenore præsentium etiam perpetuo supponimus, atque subjicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Interea præsentes literas cum omnibus in ipsis decretis atque statutis, firmas, validas, et efficaces esse, ac perpetuo fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus plenissime, et inviolabiliter observari volumus, et mandamus; sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, et quosvis alios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate ubique judicari, et definiri debere, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter

contigerit attentari, nullum, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus quibusvis cancellariæ Nostræ apostolicæ regulis, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, aliisque etiam in synodalibus, provincialibusque, generalibus, universalibusque conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, in genere, vel in specie alias forsan in contrarium præmissorum emanatis præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad præmissorum effectum plenissime, et amplissime motu pari derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ adjunctionis, unionis, incorporationis, subjectionis, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum, ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, decimo kalendas augusti, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCIV.

Dat. die 24 julii 1804 anno V.

Facultas congregationi oratorii Sanctissimæ Communionis generalis de Urbe adgregandi quascumque ejusdem instituti congregationes ubique locorum existentes, servata tamen forma concessionis Clementinæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyter Aloisius Mozzi præfectus, et socii congregationis oratorii sub titulo præcipuo Sanctissimæ Communionis generalis, vulgo del Caravita de Urbe, quod ipsi ad majorem Dei gloriam, et spiritualem christi fidelium utilitatem alias congregationes, piosque conventus hujusmodi sibi adgregare posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eisdem præfecto, et congregationis oratorii prædicti præsentibus, et futuris, ut ipsi alias quascumque ejusdem instituti congregationes extra Urbem ubique locorum erectas tam communi dicti oratorii congregationi quam alteri nobilium matronarum, piarumque mulierum, atque majorum conventuum vulgo ristretti, qui ibi tum festivis, tum ferialibus diebus haberi solent, respective adgregare (servata tamen forma constitutionis recolendæ memoriæ Clementis pp. VIII. prædecessoris Nostri editæ) illisque omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, ipsius oratorii congregationi, et conventibus prædictis respective concessas communicare libere, et licite possint, et

valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit supradicti oratorii congregationis, aliisque etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta julii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 24 julii 1804 anno V.

CCCV.

Indultum, ut in quibusdam statis festivis diebus operibus servilibus vocare possint pro civitate et diœcesi Bejensi.

Venerabili fratri episcopo Bejensi.

Pius PP. VII.

Ven. frater, salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit s. Leo Magnus prædecessor Noster, quæ nulla passunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum: propterea apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos Christi fideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam non sine conscientiæ angore contemnuntur.

Expositio precum.

§. 2. Quoniam vero, sicut ex parte tua Nobis expositum fuit in ista civitate, et diœcesi Bejensi ita excrevit festorum inobservantia, ut quamquam pro eo, quo flagras, pastorali zelo omnem operam studiumque ad abusus, et scandala hujusmodi tollenda contuleris, vigent adhuc tamen, quin ulla spes affulgeat, fore ut christianus populus ad veram festorum observantiam revocetur. Plerique enim habitatores, et incolæ inopia laborantes, atque in sudore vultus panem comedentes fere vel inviti opera servilia, et mechanica diebus festis exercere coguntur, idque eo sæpius accidit ob auctum dierum festorum numerum: ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos itaque, qui christifidelibus, quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustinendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus christifidelibus earumdem civi-

tatis, et diœcesis Bejensis, ut deinceps omnibus diebus dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac Corporis Christi, ac Ascensionis, sancti Joannis Baptistæ ac sanctorum Petri, et Pauli apostolorum, et commemorationis omnium sanctorum, præterea quinque dicatis Beatæ Mariæ Virgini immaculatæ scilicet Purificationis, Annuntiationis; Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, aut tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat festis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio, in reliquis vero festis sive per hanc sanctam sedem præceptis, sive per synodales ejusdem diœcesis constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque audita tamen missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo prorsus conscientiæ scrupulo vacare possint auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, et mandes.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non civitatis, et diœcesis prædictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta julii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCVI.

Dat. die 24 julii 1804 anno V.

Concessio vestium oblongarum in locum veteris rubonis pro confalonerio, et magistratu civitatis Maceratæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Paterna Nostra erga Nostros, et apostolica Sedis in temporalibus subditos sollicitudo, et cura Nos movet, ut eorum votis quantum cum Domino possumus benigne annuamus, eosque specialibus gratiis, et favoribus libenter prosequamur.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 2. Cum itaque inter cæteras ditionis Nostræ ecclesiasticæ civitas Maceratensis antiquitatis laude, literarum cultura, populique frequentia, ac provinciæ Picenæ præsidentia non mediocriter floreat, et constanti in Romanos pontifices, ac Sedem prædictam fide emineat, publicosque habeat residentes et confalonerios prudentia et integritate pollentes, Nos qui civitatem ipsam, ejusque communitatem, et homines præmissorum meritorum intuitu propensiore quodam benevolentiæ Nostræ complectimur affectu, dilectos filios modernos ejus publicos residentes, et confalonerios novo benevolentiæ Nostræ munere donare, et amplioris honorificentiæ prærogativa decorare volentes, atque eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum, præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eisdem moderniis, et pro tempore in perpetuum existentibus dictæ civitatis residentibus, et confaloneriis, ut ipsi loco rubonum, quos adhuc deferre consueverunt, in posterum alios

rubones, seu oblongas vestes ad instar magistratuum alterius civitatis Nostræ Viterbiensis in quibuscumque actibus, et functionibus publicis respective deferre, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus et indulgemus, dictosque residentes et confalonerios desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quopiam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ Maceratensis, aliarumque civitatum status Nostri ecclesiastici etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta julii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 29 julii 1804 anno V.

CCCVII.

Reformatio statuti Civitatis novæ Firmanæ diœcesis super testamentis, et hæreditatibus ab intestato deferendis.

Alexander Lacchini utriusque signaturæ referendarius protonotarius apostolicus.

Sanctissimi Domini Nostri

Papæ Pii VII.

Auditor et judex commissarius specialiter electus et deputatus.

R. P. D. auditor sanctissimi chirographum exequendum recepisse declarat.

§. 1. Cum sanctissimus Dominus Noster Pius divina providentia papa VII precibus populi Civitatisnovæ, ac illustrissimorum domini Petri Scocciacampana, et Alexandri Frisciotti ab illa communitate deputatorum benigne annuens chirographum propria manu Sanctitatis Suæ die 29 labentis mensis julii subsignatum, Nobis pro executione in eo contentorum direxerit tenoris sequentis, videlicet.

Monsignor Alessandro Lacchini Nostro uditore.

Tenor chirographi.

§. 2. Sono ricorsi a Noi Pietro Scocciacampana, ed Alessandro Frisciotti, come deputati della comunità di Civitanova, esponendoci, che nello statuto di detta terra due rubriche, o capitoli si leggono, de quali ci è stata umiliata l'autentica copia, uno = *de testamentis: de successionibus ab intestato, et de muliere dotata* = sotto la rubrica 28, e l'altro = *de successionibus ab intestato* = sotto la rubrica 37, che sembrano meritare una totale abolizione, essendo ambidue l'origine di continui inconvenienti, specialmente fra la gente di bassa condizione, e rustica, e molte volte fra la gente colta in caso di morte immatura, e repentina; ed essendo occasione di grave pregiudizio per le donne.

Dispositio statuti vigentis in terra Civitatis novae.

§. 3. Limita il primo l'arbitrio ai testatori di disporre delle loro libere facoltà a loro piacere, annullando i testamenti, nei quali l'erede istituito non fosse un'agnato, volendo in tal caso, che l'eredità sia aggiudicata all'agnato medesimo, a preferenza di qualunque altro; così pure vuole, e prescrive, che nell'eredità libera da vincoli di un'agnato, uomo, o donna che sia, ed intestata siano preferiti gli agnati maschi, e loro discendenti ad esclusione delle figlie femmine, quali debbano esser contente della sola dote, e quante volte non fossero già dotate non possano conseguire che la sesta parte della eredità a titolo di legittima da dividersi per egual porzione fra tutti quei, che possino aver diritto alla legittima, e gli alimenti da tassarsi, nè possono essere reintegrate alla successione, se non dopo mancata la discendenza mascolina agnatizia. Più strettamente il secondo, rubrica 37, dispone delle eredità intestate in pregiudizio delle figlie femmine, mentre stabilisce, che esse, e tutte le altre, madre, sorelle, o siano ascendenti, e discendenti, o trasversali sì in linea mascolina, che femminina, e tutte le agnate, e cognate restino escluse, non solo dai fratelli maschi, ma anche

dagli ascendenti, e trasversali maschi sino al terzo grado, riservando loro la sola dote, o la successione alla madre nella legittima, quando non siano già da essa dotate, ed essa superstiti non lasci figli maschi, quali superstiti, vuole, che della legittima conseguir debbano la sola metà; e finalmente dispone, che della eredità di un figlio, e figlia intestata, la madre, e nonna paterna sopravvivendo, debbano ciascuna avere la metà della legittima. Bene spesso addiviene, come prosieguono ad esporci i ricorrenti, che molti ignoranti, e rustici non intesi di queste statutarie disposizioni, e persuasi, che le loro figlie femmine ereditar debbano quelle poche sostanze, che con i loro sudori hanno acquistate, se ne mojono senza testamento, e restano così essi, e le loro povere figlie, e nipoti femmine deluse, ed in miseria, venendo ad esse tolta la paterna eredità da un qualche agnato, e trasversale maschio; e lo stesso accade anche fra le persone colte in caso di morte immatura, o repentina con grave pregiudizio delle famiglie, che perciò rendonsi disagiate, ed anche non rare volte miserabili.

Reformationes propositae a consilio municipali.

§. 4. Essendosi pertanto dalla intera popolazione di Civitanova giudicate queste statutarie disposizioni troppo esorbitanti, e lontane dalla equitativa disposizione del gius comune, quando non si vogliano dire affatto opposte al diritto naturale, il consiglio generale tenuto li 10 aprile 1796, e ripetuto li 26 novembre 1802, e nuovamente sotto i 10 marzo anno corrente 1804, facendosi un carico delle replicate istanze, e ricorsi avuti da molti in varj tempi, e replicati dopo la ripristinazione del pontificio governo, e per detto consiglio li nominati Pietro Scocciacampana, ed Alessandro Frisciotti deputati eletti a quest' oggetto sonosi fatti coraggio di ricorrere a Noi, umilmente supplicandoci a volerci degnare di togliere, ed abolire le dette due statutarie rubriche, e capitoli tanto esorbitanti, e pregiudizievoli per le femmine, ed a questi sostituire il nuovo capitolo, e rubrica distesa, previo il consulto di più uomini esperti nelle materie legali, quale colla risoluzione consigliare dei 10 marzo anno corrente ci è stata umiliata in autentica forma, concepita nei seguenti termini, cioè = De successionibus ab intestato = patre, vel matre, vel quovis alio ascendente decedentibus ab intestato, donec, et quoadusque filii masculi, nepotes, pronepotes, et alii quicumque descendentes masculi agnati supererint, sive ex legittimo matrimonio sint procreati, sive legittimati per subsequens, aut per rescriptum, hi succedant in universa illorum hæreditate, exclusis fœminis per modum regulæ, quæ si dotatæ non fuerint, legittimam dumtaxat, loco dotis consequentur. At ubi deficiant prædicti masculi, quorum favore fuerunt fœminæ esclusæ, eas, earumque filios descendentes in omnibus juribus, et integra successione restituimus, nulla temporis obstante præscriptione, renunciatione, quietantia. Ordinem huic fere similem in collateralium intestatis hæreditatibus servari volumus, itaut fœminæ ab iis omnimode, et in quacumque parte censeantur exclusæ, quoties masculi existant pari gradu proximitatis defuncto conjuncti; vel eorum filii, nepotes, pronepotes, et alii quicumque descendentes masculi; correspective vero ad easdem collaterales hæreditates vocatæ, ubi nullus ex dictis masculis suppetat. Cæterum quoad ascendentium intestatas successiones in bonis filiorum absque prole decedentium, eas censuræ juris communis subiicimus, unico excepto casu, quo ascendens ad hujusmodi successionem ex juris dispositione vocatus ad secunda vota transierit, quia tunc statuimus, legittimam dumtaxat in bonis filiorum hoc modo decedentium eum posse repetere; reliquum assem attribuentes proximioribus eorumdem conjunctis juxta sexus prærogativam in collateralium successionibus superius distinctam = Et hujus nuperrimæ sanctionis vigore nullius roboris ab hinc erunt considerandæ rubrica 28 lib. 2, et postrema lib. 5 hujus Novani statuti quoad successiones ab intestato delatas.

Votum ad rem panditum ab archiepiscopo Firmano.

§. 5. Qual supplica essendo stata da Noi per mezzo vostro rimessa al reverendissimo cardinal arcivescovo di Fermo, perchè ci avesse informati sulla rappresentanza fattaci, e manifestato insieme il proprio sentimento, uditi coloro, che vi avessero interesse; egli col mezzo similmente

vostro; confessando, che l'oggetto della proposta istanza merita tutta la riflessione, perchè trattasi di publica utilità, che riguarda la popolazione intera del rispettabile comune di Civitanova, ci ha riferito, che rinato in Italia nel secolo decimosecondo dopo la famosa scoperta delle pandette il diritto Romano, tutte le città Italiane, le terre, i castelli presi si viddero da un generale ardente trasporto, che si comunicò a quasi tutta l'Europa, di formarsi sull' esempio dei ritrovati codici una particolar legislazione adattata alle circostanze, al governo, agli usi, alle abitudini, ed agl' interessi di ciascuno; quindi è nata quella moltitudine di statuti, e leggi municipali, di cui tanto abbonda la nostra Italia. La successione intestata fu uno di quei grandi capi, intorno ai quali si esercitarono le nuove vedute, e le provvidenze dei statuenti; e siccome era una volta piaciuto a Giustiniano di adottare l'abolizione dell' antica preferenza, che sul fondamento delle dodici tavole davasi all'agnazione, così piacendo ai nuovi giureconsulti statuenti di reintegrare la preferenza abolita, diedero di mano a riformare da per tutto questa parte importante di legislazione, e di favorire quanto più si potesse gli agnati; il trasporto però per questo favore non fu in tutti eguale, e perciò i diritti dei quali aveva Giustiniano colmate le donne, e i discendenti, sebbene universalmente attaccati, lesi, e dilacerati, non lo furono però da per tutto egualmente. Ci ha riferito ancora, che senza entrare nelle gradazioni diverse di una tal lesione, sembra, che il grado quasi estremo di essa, che si accosta ad una vera strage, in quei statuti si trovi, dove il favor dell'agnazione fa tacere affatto le voci del sangue, della natura, della pietà, dell' equità, e della ragione; avverte quindi, che la inveterata opinione generale, e dominante, che i padri insieme colla trasmissione del nome, lo che solo è certo, trasmettano ancora ai secoli avvenire per il mezzo de' soli maschi la loro sostanza, e che continuino dopo anche la morte a quasi vivere in essi soli, lusingando la tendenza, ed il desiderio dell' immortalità ingenito nell'uomo, può meritare di essere rispettata, ed i diritti delle femmine, che vogliono considerarsi come il termine delle famiglie, donde sono uscite, e buoni soltanto a dare incominciamento ad una nuova linea femminina nella famiglia a loro estranea, nella quale entrano, potrebbero altresì essere sacrificati ad una tale opinione, ma questo rispetto, o sagrifizio, che deesi alla opinione, ed alla conservazione del nome, non dovrebbe certamente far del tutto obliare i riguardi, che richiama sempre il sangue, e la natura, le voci della quale come sante, e salutari altresì all'ordine politico, meritano di essere ascoltate; onde se s'incontrano dei statuti, che per soverchio favore dell'agnazione, danno in quell' estremo di dimenticare quasi affatto le voci del sangue, e non curarsi della tranquillità delle famiglie, presentandosi l'occasione opportuna di riformarli col secondare i desiderj di un intera comune, che ne sospira la riforma, e del cui interesse solamente si tratta, sembra che degni siano questi voti di essere benignamente esauditi. Tale è, come prosiegue a riferirci lo stesso reverendissimo cardinal arcivescovo, la condizione presente dello statuto di Civitanova intorno alle successioni principalmente intestate, essendo esse uno di quei, che per troppo favorire gli agnati han messo in dimenticanza i naturali dettami; per lo che i nuovi magistrati a nome di tutta la comune ardentemente richiedono di potere almeno per qualche grado riaccostarvisi senza molto toglier per altro ai riguardi, che finora sonosi avuti per l'agnazione. Analizzando poi egli la statutaria disposizione in quella parte, che si vuole abolita, ci ha rimarcato, che lo statuto non contento di coartare sotto la rubrica 28 le ultime volontà dei testatori, annullando le disposizioni medesime testamentarie, se l'erede istituito non è dell'agnazione, e aggiudicando la eredità all' agnato a preferenza di qualunque altro istituito, passa a prescrivere, che nella eredità intestata di un' agnato uomo, o donna che sia, vengano preferiti gli agnati maschi, e loro discendenti ad esclusione delle figlie femmine, quali contentar si debbano della sola dote, e quante volte non fossero già dotate, non possano conseguire, che la sesta parte

della eredità a titolo di legittima da dividersi per egual porzione tra tutti quei, che possono aver diritto alla legittima, o gli alimenti da tassarsi, nè possano essere reintegrati alla successione se non dopo mancata la discendenza mascolina agnatizia. Più strettamente poi alla rubrica 37., come ci è stato già dagli oratori rappresentato, si dispone delle eredità intestate in pregiudizio delle femmine; mentre si stabilisce, che le figlie, e tutte le altre donne ascendenti, e discendenti, trasversali sì di linea mascolina, che femminina restino escluse non solo dai fratelli maschi, lo che sarebbe soffribile, ma ancora dagli ascendenti, e trasversali maschi fino al terzo grado, riservando loro la sola dote, o la successione alla madre nella legittima, quando non siano già da essa dotate, e che superstiti non lasci dei figli maschi, che se questi vi siano, della legittima conseguir non debbano, che la sola metà, e finalmente si dispone, che della eredità di un figlio, o figlia intestata, la madre, nonna paterna, sopravivendo, debbano ciascuna avere la metà della legittima.

Reformationes ab eodem archiepiscopo propositæ.

§. 6. Passa poi esso reverendissimo cardinal arcivescovo a ragionare sulla riforma, e nuova rubrica, come sopra proposta per farne la surrogazione, e riferisce, che tutte le mire degli attuali consiglieri, e della comune di Civitanova altro non sono, che di togliere la soverchia odiosità, che presentano le disposizioni dell'antico statuto, lasciando intatte le prerogative discrete, o almeno soffribili, delle quali ha finora goduta l'agnazione, essendo ad essi grave il vedere, che le figlie femmine di un padre, il quale o per ignoranza dello statuto, lo che facilmente si avvera nella moltitudine, o perchè non abbia prima di morire provveduto col testamento al loro interesse, restino affatto prive delle paterne sostanze, e debbano vederle passare nelle mani di lontani congiunti, i quali nemmen pensavano a conseguire quei beni, che punto non cooperarono al loro acquisto, e che dalle leggi medesime son tenuti in conto di estranei. Gli esempj, soggiunge egli, di tali figlie, che rimangono desolate, e che costrette sono a chiedere dei soccorsi per carità da quei remoti congiunti, che del patrimonio del loro padre divenuti sono possessori, hanno scosso colla loro frequenza la sensibilità di quella popolazione, che implora in oggi il rimedio opportuno a tali sconcerti, avuto anche riguardo alla tranquillità delle famiglie. E qualora si objettasse contro la grazia, che s' implora, che il nostro tribunale della rota tutte le volte, che ha dovuto spiegare il suo sentimento in riguardo a tali statuti esclusivi delle figlie femmine nelle successioni intestate, ha inclinato in quella opinione, che li dichiara favorevoli, e non odiosi nel concorso ancora delle medesime con i maschi agnati di linea trasversale, e più remoti di grado, ci ha fatto esso reverendissimo cardinale arcivescovo riflettere, primo, che quando il detto tribunale ha dichiarato favorevoli tali statuti, ha aggiunto, che almeno non sono odiosi *odio irrationabili* in favore dell' agnazione, secondo, che questa dichiarazione di favorevoli, e non odiosi, non è, se non che in rapporto ai diversi effetti, che un tal riguardo produr potrebbe nelle decisioni degl' interessi delle private famiglie, supponendo già emanate, e vigenti le statutarie disposizioni, e lasciando sempre intatta l'altra questione, se sia poi più degna del favore del principe una disposizione conforme al gius comune, quando o debba assolutamente crearsi di nuovo, o anche quando sia correttoria di una disposizione non conforme al detto diritto già fatta; terzo che i statuti più uniformi al diritto comune, ed alla voce del sangue non siano almeno molto più favorevoli dei suddetti statuti esclusivi; quarto, che la rota medesima ha voluto, che tali statuti, come contrarj al gius comune, ricevessero ad esempio delle materie odiose la più stretta interpretazione, e non si potessero nemmen per poco estendere *etiam ex identitate rationis, neque de casu ad casum, neque de persona ad personam*; quinto, che intorno al dirsi favorevoli, o odiosi tali statuti, gran dibattimenti, dispute, e questioni vi sono state, e vi sono tuttavia tra i giurisprudenti, non mancando di quei, che li taccianо d' ingiusti, d' iniqui, d' inumani, quando al contrario unanime è di tutti i dottori, e tribunali la voce, che le di-

sposizioni per le successioni, che sono conformi al diritto comune, sono per se medesime più favorevoli, e che niente hanno d' ingiusto, d' iniquo, d' inumano secondo la natura; sesto, che il più gran fondamento della rota nel dichiarar favorevoli quei statuti, che favoriscono l' agnazione in pregiudizio delle femmine si è, perchè essi vanno a seconda dell'opinione comune degli uomini, e che, sono da essi posti in pratica frequentemente, dal che ne segue, che quando cominciano a sembrare nocivi a questi uomini medesimi, che li hanno stabiliti, secondar si deve questa nuova opinione; settimo, che è cosa estranea l' entrare nell' esame di tutti i rapporti o fisici, o economici, o politici, sotto i quali possono riguardarsi tali statuti per dichiararli o no, degni di favore. Le dispute potendo essere interminabili, duopo è fermarsi in questo punto fisso, che nello stato Ecclesiastico attuale politico, il gius comune è quello di Giustiniano, e perciò qualunque disposizione, che vi si conforma, è più d'accordo coll' ordine politico, e deve perciò aversi per la più degna di favore; ottavo che al detto rapporto legale si unisce il morale, giacchè le voci del sangue, molto più si accordano colle disposizioni inclusive delle femmine, che colle esclusive; nono finalmente, che le disposizioni più conformi alla natura son quelle, che deggiono riputarsi anche le più utili, e vantaggiose per la economia, e per la politica. A tutti questi riflessi crede il prefato reverendissimo cardinale arcivescovo doverne aggiungere degli altri, e sono cioè primo, che il desiderio del cangiamento, e la supplica sul medesimo proviene da quegl'istessi, che ebbero già l'autorità di statuire, e che quasi da se medesimi stabilirono a se stessi la legge; secondo, che lo statuto, di cui ora s' implora la riforma ebbe bisogno dal principio per la sua validità di una grazia del principe, che l' approvasse, perchè in dissonanza col diritto comune; terzo, che in conseguenza la grazia, che ora si domanda, altro non è, che quella di una deroga ad una grazia antica; quarto, che l'antico statuto non ottenne dal principe, se non se un'approvazione, o conferma, che si chiama in forma comune, e non già specifica, per cui sembra più facile il derogarvi. Ed in vista di tuttociò, pare a detto reverendissimo cardinal arcivescovo, che la surrogazione della nuova rubrica, come più coerente al gius comune, ai dettami della natura, ed ai voti della popolazione, debba aver luogo coll'abolizione delle vecchie rubriche, in quanto sono contrarie alle disposizioni della nuova.

Tenor decretæ reformationis in posterum servandæ.

§. 7. Noi dunque intesa avendo la prenarrata informazione, e voto, e volendo in vista delle cose di sopra esposteci usare verso dei ricorrenti gli atti della Nostra paterna clemenza, siamo benignamente condiscesi ad accordar loro la richiesta grazia, come in appresso. Avendo pertanto nel presente Nostro chirografo per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato l' intero tenore dello statuto locale di Civitanova, e specialmente dei capitoli, o siano rubriche, che si vogliono abolite, o riformate, cioè *della rubrica 28. del libro 2.* sotto il titolo *de testamentis, successionibus ab intestato, et de muliere dotata*, e della *rubrica* 37 o sia ultima *del libro* 5. sotto il titolo *de successionibus ab intestato* semplicemente, e così di quell' apostolico sovrano indulto, da cui è stato lo statuto medesimo con tutti i suoi capitoli, e rubriche generalmente approvato, come anche il tenore delle accennate risoluzioni consiliari della comune di Civitanova, ove a replicati generali ricorsi di quella popolazione, si è stabilito d' implorare l'abolizione delle suddette rubriche, e la surrogazione dell' altra, il di cui tenore viene come sopra letteralmente trascritto, e di ogni altra cosa quanto si voglia necessaria ad esprimersi; esimendo, e preservando primieramente Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà qualunque dei supplicanti, e consensienti da ogni qualsivoglia pena, nella quale per il ricorso fattoci per impetrare, ed ottenere la presente grazia, e per avere alla medesima respettivamente acconsentito, o per essersene serviti, e fatto in sequela verun' atto in qualsivoglia modo alla volontà dei statuenti, e delle passate sovrane disposizioni, da chicchesia persona, ancorchè privilegiata, e privilegiatissi-

ma, ecclesiastica, e luogo pio, e di special nota degna, si pretendesse di esser' eglino incorsi, o che potessero incorrere in futuro, per quanto però si esprime nel presente Nostro chirografo, sua esecuzione, e total' effettuazione della presente grazia, e non altrimenti; di Nostra certa scienza, e similmente colla pienezza della Nostra suprema potestà vi ordiniamo di dichiarare in nome Nostro, conforme Noi dichiariamo essere Nostra volontà, che dallo statuto di Civitanova siano, e debbano intendersi, dalla pubblicazione del Nostro presente indulto, assolutamente cassati, tolti, ed aboliti li suddetti capitoli, e rubriche, cioè la vigesima ottava del libro secondo, e la trigesima settima, o sia l' ultima del libro quinto, ed in luogo delle medesime venga surrogato il capitolo, o sia nuova rubrica dagli oratori proposta nel generale consiglio di detta comune di Civitanova celebrato li 10 marzo corrente anno 1804., e dal consiglio medesimo accettata nei sovra espressi termini, come è stata nel presente chirografo trascritta, ove in sostanza per la successione intestata dei discendenti si stabilisce, che fintantochè vi sono figli maschi, o nipoti, o pronipoti, o altri qualunque siano discendenti maschi, ed agnati, debbano succedere in tutta la eredità del padre, o madre, o altro ascendente qualunque, escluse le femmine per modo di regola; le quali, se non siano state dotate, debbano avere la sola legittima in luogo di dote; mancando però i detti discendenti maschi, in favore de' quali sono soltanto escluse le femmine, non debbano già venire altri agnati maschi trasversali, o ascendenti, ma le femmine già escluse, e i loro figli, e discendenti siano reintegrati alla intiera successione. Per quella poi dei collaterali, o trasversali nelle eredità similmente intestate si stabilisce un' ordine somigliante, in maniera che le femmine restino da tale successione escluse, quante volte esistono de' maschi in pari grado congiunti col defonto, o i loro figli, nipoti, pronipoti, o altri discendenti maschi; ma questi non esistendo del suddetto grado, vengano alle dette eredità chiamate le femmine; e finalmente rapporto all' intestate successioni degli ascendenti si dispose, che morendo i figli senza prole le loro eredità debbano appartenere a chi vi è chiamato per disposizione del diritto comune, aggiungendosi unicamente, che se l'ascendente così chiamato passi alle seconde nozze, non possa conseguire nei beni dei figli, che la sola legittima, dovendosi il rimanente dell' eredità attribuire ai più prossimi congiunti, secondo però la prerogativa del sesso di già spiegata nelle successioni collaterali, qual nuova rubrica in surrogazione delle suddette due, che vengono cassate, ed abolite vogliamo, ed espressamente comandiamo, che con tutte le altre parti del medesimo statuto non contrarie alla presente Nostra ordinazione debba pienamente osservarsi, eseguirsi, ed adempirsi in ogni futuro tempo. Così volendo, ed ordinando Noi, senza che possa fare il minimo ostacolo la volontà espressa degli antichi statuenti, nè qualunque sovrana sanzione approbatoria del medesimo statuto, cui nella parte, e parti, che soltanto fossero contrarie al Nostro presente indulto, come a qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario per il suddetto effetto unicamente intendiamo di derogare. In esecuzione pertanto del presente Nostro chirografo ne pronuncierete qualunque decreto, concederete in nome Nostro le opportune facoltà, e farete tutt'altro, che pel totale adempimento, perpetua fermezza, e sussistenza di questa Nostra grazia, stimerete essere in qualsivoglia modo spediente, e necessario: essendo così mente, e volontà Nostra espressa.

§. 8. Volendo, e decretando, che al presente Nostro chirografo, quantunque non esibito, nè registrato in camera, e ne' suoi libri non possa mai darsi, nè opporsi orrezione, o sorrezione, nè di alcun altro vizio, e difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri qualunque pretesti possa essere impugnato, moderato, o rivocato, e che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, e tribunale benchè collegiale, congregazioni anche de' reverendissimi cardinali, camerlengo di Santa Chiesa, vescovi, e governatori pro

Clausulae salutares, et irritantes.

tempore della Nostra città di Fermo, di Civitanova, e di tutta la Nostra provincia della Marca, tesoriere, ruota, camera, e qualunque altro; togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di giudicare, definire, ed interpretare in contrario; dichiarando Noi sin d'adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo che valga, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, benchè non vi siano state particolarmente intese, o citate qualsisiano persone ancorchè privilegiate, e privilegiatissime, ecclesiastiche, e luoghi pii, che vi avessero, o pretendessero avervi alcun' interesse, e che per comprenderle, facesse bisogno di speciale, ed individua menzione.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non ostante la volontà di chi ha anticamente formato lo statuto particolare di Civitanova, e li detti due capitoli, o rubriche, che vengono ora, come sopra, cassate, ed abolite, e qualunque sovrana legge, e sanzione approbatoria del medesimo statuto, nella parte, e parti, che soltanto fossero contrarie al Nostro presente indulto; come pure non ostanti la bolla di Pio IV. di sa. mem. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quæsito non tollendo*, ed altre qualsisiano costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini; e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registato, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra potestà pontificia ad ogni vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire, per questa sola volta, e per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nel presente Nostro chirografo ampiamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico al Quirinale questo dì 29 luglio 1804.

PIUS PP. VII.

Executio

§. 10. Volentes itaque injuncta Nobis ab eodem sanctissimo domino Nostro papa debitæ executioni demandare: utendo facultatibus Nobis in ipso chirografo tributis, præfati sanctissimi domini Nostri papæ nomine approbamus resolutionem captam in consilio generali dictæ communitatis habito *sub die x. martii proxime præteriti* super reformatione statuti localis quoad *successionem mulierum*, et ad tramites hujus resolutionis cassari, et deleri mandamus *utrumque capitulum*, seu *rubricam vigesimam octavam libri 2.*, ac postremam, sive *trigesimam septimam libri 5.* dicti statuti, eisque subrogari *novam rubricam in dicto generali consilio propositam, ac generaliter acceptam* juxta illius tenorem in pontificio chirographo expressum, eamque novam rubricam cum omnibus aliis statuti partibus huic indulto non contrariis perpetuo servari, et exequi volumus, quo supra nomine, ac mandamus. Cum præservationibus, eximitionibus, et aliis in dicto chirographo fusius expressis, et juxta illius formam, seriem, ac tenorem. Non obstantibus eodem statuto, ac suprema quacumque sanctione illius approbatoria, in parte, et partibus tantum huic indulto contrariis, constitutionibus apostolicis, legibus, statutis, et aliis, quibus idem sanctissimus dominus Noster papa in suo præinserto chirografo amplissime, atque expresse derogavit. Datum Romæ ex ædibus nostræ residentiæ in via Cursus hac die trigesima prima julii millesimo octingentesimo quarto.

A. Lacchini auditor

Loco † sigilli

Ita est Franciscus Ruggieri caus. cur. cam. apostolicæ ac r. p. d. auditoris sanctissimi notarius

Loco † signi

Dat. die 30 julii 1804. anno V.

CCCVIII.

Restitutio Societatis Jesu in regno utriusque Siciliæ.

Dilectio filio Gabrieli Gruber presbytero, superiori, ac præsidi generali congregationis Societatis Jesu in imperio Rossiaco.

Pius PP. VII.

Dilecte fili,
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Memoratur restitutio ejusdem congregationis facta in Rossiaco imperio.

§. 1. Per alias Nostras in forma brevis datas literas die vii. martii MDCCCI petente serenissimo Paulo I., tunc totius Rossiæ imperatore, justisque de causis animum Nostrum moventibus, prævia ad infrascriptum tantum effectum derogatione similium in forma brevis literarum Clementis XIV. prædecessoris Nostri incipien. = *Dominus, ac Redemptor* = super suppressione, ac extinctione regularis ordinis Societatis Jesu datarum die xxi. julii anni MDCCLXXIII, presbyteris secularibus in imperio Rossiaco degentibus, qui novæ congregationi Societatis Jesu adscribi vellent, facultatem dedimus in unum corpus sese uniendi, adunandi, et conjungendi, sacramenta de consensu ordinariorum administrandi, juventutem bonis moribus, ac liberalibus disciplinis imbuendi, et sub regimine tunc in humanis degentis Francisci Kareu superioris, ac præsidis generalis hujusmodi congregationis, a Nobis ad Nostrum, et Sedis apostolicæ beneplacitum deputati, intra fines dumtaxat imperii Rossiaci vivendi juxta regulam sancti Ignatii a fel. rec. Paulo III. prædecessore Nostro suis constitutionibus confirmatam, et approbatam, prout in iisdem literis latius continetur.

Preces porrectæ a rege Siciliarum pro obtinenda pari restitutione in ejus regno.

§. 2. Nuper vero carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus, utriusque Siciliæ, et Hierusalem rex illustris, exponi Nobis fecit, videri sibi, maxime in præsentium temporum circumstantiis, profuturum ad regni sui juventutem bonis moribus informandam, ac rectis salutaribusque doctrinis instruendam, si quemadmodum in Rossiæ imperio, ita in suis dominiis constitueretur eadem congregatio Societatis Jesu, sub ipsa regula sancti Ignatii a præfato Paulo III. pontifice confirmata, inter cujus præcipua munia sodalibus eidem adscriptis incumbentia, illud recensetur, adolescentes, aut in collegiis altos, aut in publicis gymnasiis congregatos instruendi, ac erudiendi.

Tenor concessionis

§. 3. Nos igitur dicti Ferdinandi regis vota suorum subditorum spiritualem, ac temporalem utilitatem præseferentia, ac majorem Dei gloriam, et animarum Christi fidelium salutem in primis respicientia, pro pastoralis Nostri officii debito, benigno animo excipientes, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, præfatas Nostras apostolicas in forma brevis literas pro imperio Rossiaco datas, ad regnum utriusque Siciliæ extendimus, ideoque facultatem tibi concedimus; et impertimur, ut sive per te, sive per dilectum filium Cajetanum Angelini antedictæ congregationis procuratorem generalem, omnes, et singulos, qui in utriusque Siciliæ regno congregationi hujusmodi, quæ Petropoli, ac imperio Rossiaco auctoritate Nostra per supradictas in forma brevis literas constituta existit nomen dare velint, eidem congregationi unire, ac conjungere intra fines regni utriusque Siciliæ libere, ac licite possis, et valeas. Hos autem in una, seu pluribus domibus congregatos, ac sub tua, et pro tempore existentis præpositi generalis juxta primigeniam s. Ignatii regulam a Paulo papa III. prædecessore Nostro suis apostolicis constitutionibus confirmatam obedientia viventes, ut pariter intra fines utriusque Siciliæ ad puerorum institutionem in catholica religione, ac bonis moribus, et disciplinis incumbere, collegia, et seminaria regere, itemque christifidelium confessiones excipere, verbum Dei annuntiare, et sacramenta administrare respectivis locorum ordinariis adprobantibus, et consentientibus, libere, et licite similiter posse decernimus, et declaramus, eosdemque, ac domus, collegia, et seminaria, sic ut præfertur erigenda, congregationi Socie-

tatis Jesu in Rossiaco imperio constitutæ unimus, atque adgregamus, et sub Nostra, et Sedis apostolicæ immediata subjectione, et protectione recipimus.

Reservationes speciales.

§. 4. Reservantes Nobis, et successoribus Nostris Romanis pontificibus ea decernere, ac præscribere, quæ ad societatem ipsam firmandam, et communiendam in Domino noverimus expedire, quemadmodum etiam in præmemoratis Nostris literis die vii. martii MDCCCI., quas hic pro expressis haberi volumus, Nobis, et successoribus Nostris reservavimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has Nostras præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces fore, et esse, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus quibuscumque ordinationibus, et constitutionibus apostolicis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, et indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, ac illis præsertim Clementis XIV. incipien. = *Dominus, ac Redemptor* = sub annulo piscatoris expeditis die xxi. julii MDCCLXXIII., in iis dumtaxat, quæ præsentibus Nostris contraria sunt. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenore præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, et de verbo ad verbum inserto habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum tantum specialiter, et expresse derogamus, cæterisque in contrarium quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima julii millesimo octigentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCIX.

Dat. die 30. julii 1804 anno V.

Erectio duorum collegiorum alterum in Hispalensi, et alterum, in Pacensi respective civitatibus.

Pius episcopus
Servus servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Quo charissimum in Christo filium Nostrum Carolum Hispaniarum regem catholicum, ut in orthodoxæ fidei præceptis imbuatur juventus magis diligentem ac sollicitum esse videmus, eo majori studio a Nobis curari decet, ut media non desint ad populos, quos ipse Carolus rex sibi subditos habet, in catholica religione, ac bonis artibus opportune instruendos.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque sicut idem catholicus rex per dilectum filium equitem Antonium de Vargas y Laguna, ejus apud Nos et apostolicam Sedem plenipotentiarium ministrum exponi Nobis fecit retroactis temporibus fundata existerent quatuor in civitate Salamantina collegia majora nuncupata sub sancti Bartholomæi, et archiepiscopi, atque Ovetensis, et Conchensis respectivis denominationibus, ac alterum collegium majus sub titulo sanctæ Crucis in civitate Vallisoletana, quibus et ultimodicti bibliothecæ fructus, redditus, et proventus, videlicet unius, et alterius villæ del Prorencio, ac alterius sancti Martini de Cuenca, alterius di Beleta, ac alterius de Pojatos, ac alterius de Fuenteesensa, ac aliorum in sancti Salvatoris, sanctæ Mariæ, et sancti Nicolai villæ di Requena respective parochialibus cum eorum tribus adnexis di Candete, Caizes, de Mira, Camporobles, omnes in diœcesi Conchensi, nec non alterius di Palacios Rubios, et novem reliqui beneficii sancti Bartholomæi respective nuncupat., perpetuorum simplicium et personalem residentiam non requirentium beneficiorum ecclesiasticorum in diœcesi Salamantina, ejusque territorio, parochialibus, seu aliis etiam respective ecclesiis terrarum, seu locorum prædictorum, supradicto sancti Bartholomæi, aliorum vero, vulgo Prestami, sancti Mathæi di Xerez, al-

terius de Castilblanco, alterius di Almaden, et Alanis in Hispalensi diœcesi; ac aliorum vulgo Prestamere de Lillo et Villatobas, alterius di Munera, ac aliorum cum portione Prestaminum di Pinto, Parla, Alcorcon, Alcorendas, et sancti Sebastiani, quæ in civitate Matriti administrantur in Toletana diœcesi, ac alterius de Aldeanueva, ac aliorum vulgo Prestami del Manzano, et del Lugar de Xecinos in dioecesi Salamantina, respective, etiam perpetuorum, simplicium et personalem residentiam pariter non requirentium beneficiorum ecclesiasticorum respective nuncupatis etiam parochialibus, seu aliis pariter respective ecclesiis supradictarum terrarum, seu locorum, itemque duorum novenniorum decimarum villæ del Torrico in territorio de Propesa in Abulensi similiter respective diœcesi, antedicto. Archiepiscopi illorum autem di Moron Lebrixa, Sanlucar de Berrameda, y Villalva in dioecesi Hispalensi, et della Bellez y Belenna respective etiam perpetuorum simplicium, dictamque residentiam similiter non requirentium beneficiorum ecclesiasticorum in Salamantina diœcesi; nec non vulgo Prestami di Loéches, et Ornachuelos in diœcesi Cordubensi similiter parochialibus seu aliis respective ecclesiis, terrarum, sive locorum supradictorum supradicto Ovetensi: ac alterius in villa sancti Clementis, et vulgo Prestamera della Roda, nec non media in sanctissimæ Trinitatis, sanctæ Mariæ, et sancti Jacobi villæ de Alcaron respective parochialibus ecclesiis diœcesis Conchensis, quæ in præfata villa sancti Clementis administrantur, quartodicto Conchensi. Demum aliorum sanctæ Mariæ Magdalenæ, de dos Hermanos; sancti Blasii de Carmona, s. Philippi etiam de Carmona, et vulgo la Campana, ac sanctæ Mariæ de Ecisa, sanctæ Mariæ de Arcos, sanctæ Mariæ, et sancti Petri, sancti Lucæ La Mayor, et Xerena cum suis adnexis, nec non vulgo Prestamere di Azuaalcazar, sancti Benedicti del Alamo Moquer y Palos Gibralcon; cum annexis, Villenovæ del Rio, capellæ beatæ de Marchena, et vulgo los dos Cortisos de Carpia, y Parcuna, omnes in Hispalensi diœcesi, ac aliorum di Yuncos, Olias, sanctæ Mariæ de Alcaraz y Torres, et vulgo Prestamo Campi Regalis, ac unius in Torre Laguna, alterius in Colmenar Vieso, et reliquum in Fuente Laencina omnes in dioecesi Toletana; nec non aliorum sancti Andreæ, sanctæ Crucis, sancti Michaelis vulgo di Molina, Torrubia, Culas, Corduente, Torremochuela, Pradilla, Terzaga, Terzaguilla, Pinilla Paralesos, Las Cuebas de Ayllon, Turmel, Baruelos, Valdelaqua, Picaro, Puusaresos, Moranchel, el Sotillo, Barrio Pidro, Ontanares, el Villar Penarrubia, Mambrive y el Peral, omnes in diœcesi Seguntina, ac alterius de Gallegos, et duorum illi annexorum Eipesa et Sexusivo in Civitatensi dioecesi, ac reliqui similiter respective perpetuorum simplicium beneficiorum ecclesiasticorum, dictamque residentiam non requirentium de Villa Bolaños in Legionensis provinciæ Compostellana diœcesi, parochialibus pariter, seu aliis respectivis ecclesiis terrarum, seu locorum supradictorum, qui omnes ultimo dicto sub titulo sanctæ Crucis Vallisoletanæ una cum bibliotheca prædicta respective collegiis, ut præfertur, olim existentibus antea applicati respective reperiebantur, ne ob collegiorum hujusmodi deficientiam aliquod in posterum juventus patiatur detrimentum, ipse Carolus rex animo sibi proposuit duo nobilium adolescentium seminaria, unum in Hispalensi, ac alterum in Pacensi respective civitatibus ad formam seminarij nobilium Matriti existentis de novo erigere atque instituere, ad hoc ut ab ineunte ætate, nobiles juvenes in amplissimis Hispaniarum regnis orti, catholicæ religionis præceptis imbui, ac literarum studiis vacare, virtutibusque dare operam possint, atque hac ratione in pietate, ac scientiis prima ætate transacta non solum ad sua propria recte gerenda, sed etiam ad rerum omnium bonam administrationem aptissimi evadant, ac privatis, publicisque officiis operam dando, non parum valeant familiis et statui afferre utilitatis. In id vero apprime conduceret si fructus, redditus, et proventus omnium et singulorum supradictorum beneficiorum ecclesiastico-

rum præfatis duobus seminariis noviter erigendis, ut infra, assignarentur, atque applicarentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ab universæ domus Dei specula longe lateque prospicientes, quantam catholicæ Ecclesiæ utilitatem, atque ornamentum afferant, sacrarum, bonarumque artium studia, per quæ depulsa ignorantiæ caligine hominum mentes luce veritatis illustrantur, ejusdem Caroli regis votis libenter consulere volentes, omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum, ut supra jam distincte expressorum fructus, redditus, et proventus in quacumque re consistentes, et undecumque provenientes duobus nobilium seminariis prædictis, noviter, ut præfertur, erigendis, modo tamen et forma a Nobis infrascripto præsentium Nostrarum literarum exequutori inferius designatis ex nunc, et in posterum perpetuis futuris temporibus applicamus et assignamus: ita ut liceat futuris et pro tempore existentibus eorumdem seminariorum noviter erigendorum rectoribus, sive administratoribus, aut eorum procuratoribus fructus, redditus, et proventus prædictos, ac jura, obventiones, et universa emolumenta ex beneficiis eisdem provenientia, percipere, exigere, levare, ac supportatis, si qui sint, illorum respectivis oneribus in eorumdem collegiorum commodum, et utilitatem convertere libere, et licite possint, et valeant. Dilectum propterea filium Nostrum Ludovicum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum cardinalem De Bourbon nuncupatum archiepiscopum Toletanum, et archiepiscopalis ecclesiæ Hispalensis administratorem in præsentium literarum Nostrarum exequutorem eligimus, eique committimus, et mandamus, ut collatis cum laudato Carolo rege consiliis, omnes et singulos antedictorum beneficiorum ecclesiasticorum fructus, redditus, et proventus inter duo enunciata nobilium seminaria, in Hispalensi, et Pacensi civitatibus erigenda ita dividat, et unicuique ex eisdem seminariis applicet, atque assignet, pro ut magis ad ipsorum congruam manutentionem expediens futurum judicaverit, ad quem effectum eidem omnes et singulas tribuimus facultates.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 4. Præsentes autem Nostras literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, seu quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, seu alias quomodolibet infringi, retardari, suspendi, limitari, restringi, ad viam, et terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut justitiæ remedium impetrari nullatenus unquam posse, sed eas semper, et perpetuo validas, et efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos, ac prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios, et quosvis alios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et potestate, judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus de jure quæsito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, ac quatenus opus sit Lateranensis concilii novissime celebrati, dismembrationes perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non omnium, et singularum supradictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis, indultis, et literis apostolicis quibusvis personis in genere vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis; quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium et singulorum tenores, formas, et causas quamtumvis privilegiata præsentibus pro plene et sufficienter expressis ha-

bentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime ad præmissorum effectum specialiter et expresse derogamus, ac sufficienter derogatum esse, et censeri etiam decernimus, contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 6. Earumdem denique præsentium exemplis sive transumptis manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis in prædicti Caroli regis dominiis, ac ubique eadem prorsus fides habeatur, tam in judicio, quam extra illud, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensae.

Sanctio pœnalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae appropriationis, commissionis, applicationis, incorporationis, derogationis, statuti et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, tertio kalendas augusti, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 3. augusti 1804. anno V.

CCCX.

Altare privilegiatum personale pro capitulo et canonicis s. Bartholomæi Beneventanæ civitatis cum facultate benedicendi paramenta ecclesiastica.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Joseph Capobianco, aliique canonici collegiatæ ecclesiæ sancti Bartholomæi apostoli civitatis Nostræ Beneventanæ, quod ipsi tam missas sibi suisque successoribus incumbentes, quam alias ex devotione celebrandas cœlestium munerum, quorum dispensatione fidei Nostræ credidit Altissimus, elargitione a Nobis condecorari summopere desiderant, ac etiam licentiam benedicendi sacras dictæ ecclesiæ supellectiles eorum aliquibus per Nos concedi. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsorum exponentium votis, hac in re, quantum cum Domino possumus annuere volentes, atque eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut quandocumque moderni, et pro tempore in perpetuum existentes dignitates, et canonici ecclesiæ collegiatæ prædictæ sacrosanctum missæ sacrificium quater in hebdomada ad quodcumque altare celebrabunt, missæ sacrificium hujusmodi animæ, seu animabus, pro qua, seu quibus celebratum fuerit, perinde suffragetur, ac si ad altare privilegiatum fuisset celebratum auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Canonicis vero ejusdem ecclesiæ prioribus, majoribusque æditiuis canonicis tam nunc, et pro tempore pariter existentibus, ut ipsi vestes sacerdotales, aliaque ornamenta, et paramenta ecclesiastica ad divinum cultum necessaria, in quibus sacra unctio non adhibetur, et in commodum memoratæ ecclesiæ dumtaxat benedicere libere, et licite possint et valeant, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia augusti millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 7. augusti 1804. anno V.

CCCXI.

Ut loco mozzetæ cottam supra rocchetum deferre valeant in perpetuum pro archipresbytero, et canonicis collegiatæ terræ Roncilionis Sutrinæ diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Quantum splendoris, et venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant, optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non modo varias pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis præscripsit vestes in sacris faciendis, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est populi christiani frequentia, sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia, atque ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici insignis (ut asseritur) collegiatæ ecclesiæ sub titulo sancti Petri principis apostolorum, et sanctæ Alexandrinæ virginis et martyris terræ Nostræ Roncilionis Sutrinæ diœcesis, collegiata ipsa, in qua archipresbyter dignitas, et canonici viginti existunt, templi nitore, sacrarum supellectilium copia, sacerdotum probitate, et doctrina, populique frequentia, ac devotione non mediocriter floreat, multum honorificentiæ, et splendoris ad eam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora ibi susciperet incrementa si ejusdem collegiatæ dignitas archipresbyter, et canonici novis insignis, novisque decorationibus donentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati moderni, et pro tempore in perpetuo existentibus, archipresbytero, et canonicis collegiatæ prædictæ Roncilionis, ut ipsi loco mozzetæ, quam adhuc supra rocchetum per totum anni curriculum deferre consueverunt, deinceps cottam supra ipsum rocchetum æstivo tempore dumtaxat tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque archipresbyterum, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima augusti millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 7. augusti 1804. anno V.

CCCXII.

Confirmatio rescripti congregationis Rituum pro civitate, et diœcesi Granatensi.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum sicuit venerabilis frater modernus archiepiscopus Granatensis Nobis nuper exponi fecit, ipse pro eo, quo in sanctissimam Trinitatem, Christum Dominum pro Nobis passum, ac Deiparæ dolores afficitur devotionis affectu, eorum cultum, et devotionem in dies augeri summopere desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito dilecto filio magistro Julio de Carpineo sacrorum Rituum congregationis secretario, ritum sequentium festorum, scilicet sanctissimæ Trinitatis ad dupl. primæ classis cum octava, sacratissimi Cordis Jesu ad dupl. secundæ classis sine octava, ac demum septem dolorum Beatæ Mariæ Virginis in feria sexta hebdomadæ passionis ad dupl. primæ classis sine octava pro civitate, et diœcesi Granatensi dumtaxat, auctoritate apostolica tenore præsentium elevamus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus costitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non civitatis, et diœcesis hujusmodi consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima augusti millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXIII.

Dat. die 11. augusti 1804. anno .V.

Erectio cathedralis ecclesiæ Cassoviensis in comitatu Abaujvariensi.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

§. 1. In universa gregis Dominici cura ab ipso animarum pastore Christo Domino licet immerito constituti, illud ex debito apostolicæ servitutis animadvertere satagimus, ne ubi multiplex ovium numerus in diversis, ac inter se dissitis pabulantium ditionibus adest, unus tantum pastor invigilet, qui licet eis in pascendis maxima præstet experientia, vox tamen illius ob agrorum distantiam haud facile potest audiri. Ob id quandoque gregem ipsum dividendo studemus, ut illius una et altera pars in eo, in quo pabulantur, agro proprium habeat pastorem, cui fontium et herbarum qualitas ac ferarum lustra innotescant. Et cum idipsum nonnullos quoque christianos reges circa præsules ecclesiarum, quarum regimen nimis esse dignoscitur extensum Nobiscum una sentire, et jam propterea providisse noverimus, maxima quidem cordis Nostri lætitia, quæ a dictis regibus provide ad hunc effectum disposita sunt apostolicæ Sedis patrocinio benigne fovere, et exequi curamus, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum porrectarum ab Romanorum imperatore.

§. 2. Cum itaque sicut dilectus filius comes de Khewenüller charissimi in Christo filii Nostri Francisci secundi Romanorum regis in imperatorem electi, ac Bohemiæ et Hungariæ regis apostolici apud Nos et Sedem apostolicam administer plenipotentiarius, nomine ejusdem Francisci imperatoris et regis exposuit in regni Hungariæ comitatibus atque districtibus longe lateque diffusa, ac nimia populorum copia redundans Agriensis diœcesis reperiatur, quæ sub unius episcopi pastorali regimine haud gubernari posse dignoscitur; ideoque prædictus Franciscus imperator et rex pro facilius exequenda spirituali administratione cum magno fidelium utriusque ritus catholicorum commodo, maxime

in votis habens novam per binos desideratissimos gloriosæ memoriæ reges in prædicto Hungariæ regno prædecessores suos jam cœptam, et expeditam parochialium ecclesiarum coordinationem, ecclesia episcopali Agriensi ad præsens vacante, occasione illius vacationis hujusmodi ad felicem exitum perducere operæ prætium esse duxerit, ut libera ac regia civitas Cassoviensis in comitatu Abaujvariensi sub dominio ejusdem Francisci imperatoris et regis existens, a prædicta ecclesia atque diœcesi Agriensi perpetuo dismembretur, ac dividatur, ibique parochialis ecclesia sanctæ Elisabethæ filiæ Andreæ eo nomine secundi dum viveret Hungariæ hujusmodi regis existens in novam cathedralem ecclesiam cum sua diœcesi erigatur, et ad hujusmodi effectum prædictus comes de Khewenüller nomine supradicto Nobis enixe supplicaverit, ut hanc piam et laudabilem prædicti Francisci imperatoris, et regis dispositionem apostolicæ Sedis gratia, et favore prosequi dignaremur.

Processus ad rem conditus a nuntio apostolico.

§. 3. Cumque ex processu a dilecto etiam filio Nostro, et dictæ Sedis apostolicæ nuntio in civitate Viennensi in Austria commorante in vim facultatis ei per decretum diei decimæ mensis martii prolapsi a Nobis approbatum desuper auditis omnibus interesse habentibus confecto, et ab eodem nuncio ad urbem transmisso de necessitate simul et utilitate erectionis hujusmodi æque, ac cœteroquin de prædictæ Agriensis et metropolitanæ Strigoniensis respective ecclesiarum, quæ ad præsens respective vacant moderuorum respective capitulorum, et canonicorum approbatione, et consensu constiterit, simulque acceperimus, quod stante hujusmodi necessitate si prædicta civitas Cassoviensis una cum prædicto, aliisque infrascriptis comitatibus atque districtibus parochialibus ecclesiis, cappellaniis, atque cooperaturis ab ecclesia et diœcesi Agriensi prædictis perpetuo, ut infra dismembraretur, divideretur, et separaretur, et in prædicta civitate Cassoviensi, prævia illius in civitatem episcopalem decoratione una sedes episcopalis institueretur, ac primo tamen parochialis ecclesia, quæ satis ampla et elegantis existit structuræ, prævia tamen infrascripta illius tituli collativi suppressione, et extinctione in episcopalem et cathedralem ecclesiam etiam perpetuo, ut infra, erigeretur, aliaque infrascripta per Nos et Sedem apostolicam prædictam etiam ut infra fierent, et ordinarentur ex hoc quidem optimo animarum regimini, et spiritualis gubernii exercitio peropportune consuleretur.

Suppressio tituli parochialis ecclesiæ in metropolitanam erigendæ.

§. 4. Nos igitur, qui jam hodie nova limitum circumscriptione Agriensi diœcesi prædictæ juxta ipsius Francisci imperatoris et regis insinuationem, et successivam prædicti nuntii relationem Nobis desuper respective factas salubriter in Domino ordinatas, eamdem ecclesiam Agriensem, ut præfertur, vacantem ex archiepiscopi Strigoniensi metropolitico jure usque tunc subjectam ab ejusdem archiepiscopi Strigoniensis metropolitana jurisdictione et superioritate apostolica auctoritate perpetuo eximimus et liberavimus, ipsamque ecclesiam Agriensem in archiepiscopalem et metropolitanam ecclesiam dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo ereximus, et instituimus, prout in aliis literis apostolicis desuper expeditis plenius continetur, omnibus mature perpensis ejusdem Francisci imperatoris et regis suorum prædecessorum pietatis et religionis exempla mirabiliter sectantis votis et precibus etiam hac in parte favorabiliter annuere, et una simul illorum populorum animarum salutis indemnitati prospicere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine prædictam parochialem ecclesiam, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam parochialis ecclesiæ collativæ, ita quod illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinat, et de cœtero uti talis in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari vel alias de illo quovis modo disponi amplius nequeat, et si illum deinceps ullo unquam tempore conferri aut impetrari, vel alias de illa quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes, aliæque dispositiones de illa pro tempore quomodelibet factæ nullæ, et invalidæ, nullinsque roboris vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant, apostolica auctoritate perpetuo supprimimus, et extinguimus.

Erectio civitatis Cassoviensis in episcopalem.

§. 5. Ac prædictam civitatem Cassoviensem in civitatem episcopalem Cassoviensem nuncupandam cum omnibus juribus, honoribus, prærogativis, ac privilegiis, non tamen titulo oneroso acquisitis, quibus aliæ civitates episcopali sede insignitæ, præsertim in dicto regno Hungariæ existentes, et earum cives fruuntur et gaudent; ac similiter prædictam parochialem ecclesiam, ut præfertur, suppressam, et extinctam in cathedralem ecclesiam Cassoviensem nuncupandam futuro ac pro tempore existenti archiepiscopo Agriensi suffraganeam, eique metropolitico jure subjectam sub eadem sanctæ Elisabethæ invocatione, quæ etiam parochialis ut antea esse debeat, et in ea Sedem et dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo Cassoviensi nuncupando, qui eidem ecclesiæ Cassoviensi, illiusque civitati et diœcesi, ut infra assignandæ præsit, synodum convocet, ac omnia et singula jura, officia, et munera episcopalia habeat, et exerceat cum suis capitulo, mensa episcopali, cœterisque cathedralibus, et pontificalibus insigniis, juribus, jurisdictionibus, preeminentiis, prærogativis, privilegiis, honoribus, favoribus, gratiis, et indultis realibus, et personalibus, et mixtis quibus aliæ in iisdem Hungariæ et Bohemiæ regnis existentes cathedrales ecclesiæ, earumque præsules non tamen titulo oneroso, aut ex indulto vel privilegio particulari utuntur, fruuntur, potiuntur et gaudent. In dicta vero cathedrali ecclesia Cassoviensi, ut infra erigenda, unam præposituram, quæ post pontificalem major cum uno canonico præposito, qui capituli caput existat, iisque gaudeat præeminentiis, quæ sibi de jure competere debent; ac unum lectoratum, qui secunda cum alio pariter canonicatu et alia præbenda pro uno canonico lectore; ac unum cantoratum qui tertia cum alio itidem canonicatu et alia præbenda pro uno canonico cantore; ac unam custodiam, qui quarta respective dignitates in dicta cathedrali ecclesia Cassoviensi, ut infra erigenda, etiam cum alio similiter canonicatu et alia præbenda eisdem dignitatibus respective invicem perpetuo unitis existentibus pro uno canonico custode respective nuncupando, ac reliquos duos canonicatus, totidemque præbendas pro duobus aliis futuris mere canonicis, nec non duas perpetuas cappellanias capitulares nuncupandas pro duobus pariter futuris in ea cappellanis capitularibus similiter nuncupandis, qui eidem ecclesiæ Cassioviensi, ut infra erigendæ, una cum clericis inservire teneantur. Qui quidem dignitates et canonici et cappellani capitulum dictæ cathedralis ecclesiæ Cassoviensis, ut infra erigendæ, constituant cum suis pariter choro, mensa capitulari, arca, bursa, et sigillo communibus, quique in eadem cathedrali ecclesia Cassoviensi, ut in infra erigenda, chori servitium et divina officia, aliasque ecclesiasticas functiones laudabiliter persolvere teneantur, eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo erigimus et instituimus, cum hoc tamen quod futurus episcopus Cassoviensis in dicta cathedrali ecclesia per Nos, ut præfertur, erecta theologalem et pœnitentiariam præbendas ad præscriptum concilii Tridentini erigere debeat, et interim inter futuros in dicta cathedrali ecclesia Cassoviensi per Nos, ut præfertur erecta, primo instituendos canonicos eos pro nunc quos ætate, scientia, et pietate ad theologi ac pœnitentiarii respective munera obeunda idoneos judicaverit destinare curet, quodque in eadem cathedrali ecclesia Cassoviensi per Nos, ut præfertur, erecta, quæ etiam parochialis ut antea esse debebit, ut præfertur, illius animarum dilectorum etiam filiorum parochianorum cura per unum parochum cum suis cooperatoribus, qui eidem parocho in exercitio curæ animarum hujusmodi auxilium præstare debebunt exerceatur.

Constitutio novæ dioecesis.

§. 6. Et insuper, ut prædictæ cathedrali ecclesiæ Cassoviensi per Nos, ut præfertur, erectæ clerus et populus constitui valeat a præfata ecclesia Agriensi in archiepiscopalem, et metropolitanam ecclesiam pariter, ut præfertur, erectam prædictam civitatem Cassoviensem episcopalis civitatis titulo, ut præfertur, decoratam, et supradictum comitatum Abaujvariensem, et districtum Cassoviensem, et in eo supradictam Cassoviensem, ut præfertur, suppressam et extinctam, ac aliam Béla, ac aliam Enyitzke, et aliam Kenyhérz, ac aliam Mindszent, ac aliam Olosuar, ac aliam Regete Ruszka, ac aliam Széplak, et reliquam Jokes respective possessionum

seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac unam Bareza, ac aliam Kapa-Ujfalù, ac aliam Lengyel Falva, et reliquam Miszloka respective nunciatas locales cappellanias, ac septem cooperaturas Cassovienses respective contentas. Ac itidem districtum Sepsiensem, et in eo unam Sepsi, et aliam Also Metzenzoff respective oppidorum, ac aliam Arany Selka, ac aliam Ruziera, ac aliam Kilya, ac aliam Saszo-Ujfalù, ac aliam Nagy Jela, ac aliam Perény ac Saztza, et reliquam Somodi respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac unam Osecs, et aliam Sanok, et aliam Opaka, et aliam Pany, et aliam Petris, et reliquam respective locales cappellanias Poly respective nunciatas, ac duas Sepsi, et alias duas Also Metzeosoff, et reliquam respective cooperaturas Hilyo respective nunciatas, respective quoque contentas. Et similiter districtum Forroviensem, et in eo pariter unam oppidi Forro, ac aliam Also Novay, ac aliam Ents, ac aliam Felso Gagy, ac aliam Falso Vadarz, ac aliam Herand Kerts, ac aliam Leh, ac aliam Szikszo, et reliquam Vaida respective possessionum seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac unam Deték, ac aliam Fai, ac aliam Inants, et reliquam locales cappellanias Nyesta respective nunciatas, ac unam cooperaturam possessionis, sive terræ Forro respective etiam existentes. Ac ulterius districtum Gotziensem, et in eo pariter unam Aslo Misle, et aliam Bodoko-Varalya, ac aliam Fiszer, et aliam Gontz, ac aliam Nadasd, ac aliam Szanto, et reliquam Hezeze respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac itidem unam Gonoz Ruszka, ac aliam Vizsody, et reliquam locales cappellanias Radvany respective nunciatas. Et similiter unam Hejeze, et alteram cooperaturas Gontz respective nunciatas, respective etiam existentes, ac ulterius comitatum Sazossiensem districtum Eperjessiensem, et in eo pariter unam civitatis Eperjess, ac aliam oppidi Nagy Saror, ac aliam Basor, ac aliam Kapé, ac aliam Radats, ac aliam Sebes, ac aliam Szent György, ac aliam Szedlitze, ac aliam Jernye, ac reliquam Jolzetk respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac itidem unam Fenta, et alteram respective locales cappellanias Kende respective nunciatas, nec non etiam duas Eperjeso, ac alias duas Nagy-Sarost respective nunciatas cooperaturas respective quoque existentes. Et insuper districtum Sovariensem, et in eo pariter unam oppidi Sorar, ac aliam Boroszlo, ac aliam Boky, ac aliam Ketzer Peklm, ac aliam Nagy-Sadna, ac aliam Somos, ac aliam Sz-Istvanij, ac aliam Sz-Peter, et reliquam Tihany respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias; ac unam itidem Harsag, ac aliam Kavetsany, ac aliam Lapis Patak, et reliquam locales cappellanias Voros-Vagas respective nunciatas. Ac etiam unam Sovar, et alteram cooperaturas Ketzér-Peklm respective nunciatas respective quoque existentes. Ac itidem districtum Cibimensem, et in eo pariter unam civitatis Cibinii, ac aliam Alsoszalokz ac aliam Berzevitze, ac aliam Darot, ac aliam Dobo, ac aliam Heihars, et aliam Krivany, ac aliam Lubatm, ac aliam Paloe-a, et aliam Peth Ujfalù, ac aliam Plavnieza, ac aliam Roshovany, ac aliam Tarko, et reliquam Tareza respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac unam Hamburg, et alteram respective locales cappellanias Senviz respective nunciatas, ac unam pariter Cibiny, et alteram cooperaturas Pech Visalù respective quoque nunciatas respective consistentes. Nec non etiam districtum Sviokajensem, et in eo similiter unam Svioka, et aliam Trits, et aliam Hermany, et aliam Sernye, et aliam Lipatz, et aliam Nars-Atrdò, et aliam Sz-Kereszt, et aliam Sz-Mihaly, et aliam Szinie, et reliquam Berthoc respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, et unam quoque Zseb-Falu, et alteram locales cappellanias Szene-Ujfalù respective nunciatas, et unam cooperaturam Sviska nunciatam respective etiam consistentes. Ac districtum Bartphensem, et in eo similiter unam civitatis Bartpha, ac aliam Gabolto, ac aliam Lenarto, ac aliam Lofalva, ac aliam Raozlaviez, et aliam Richvald, et reliquam Osziko respective possessionum seu terrarum respective parochiales ecclesias. Ac unam pariter Felsö Valya, ac aliam Hertask, et reliquam respective locales cappellanias Sarpataka respective nun-

ciatas, ac unam etiam cooperaturam Bartpha nunciatam respective quoque consistentes. Ac itidem districtum Zboroviensem, et in eo similiter unam Zboro, et aliam Hanus Falva respective oppidorum, et aliam Dublin, et aliam Haislm, et aliam Kaptoneza, et aliam Karatson-Mezo, ac aliam Kovrina, et reliquam Radoma respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, et unam pariter Hankocz, et aliam Hrabocz, et aliam Mesztiska, et aliam Nyirjeso, et reliquam Porfalva respective possessionum, seu terrarum respective locales cappellanias, et unam cooperaturam Zboro nunciatam respective etiam consistentes. Et insuper comitatum Zempliniensem, et districtum Ujhelyensem, et in eo similiter unam oppidi Ujhely, et aliam Barunes, et aliam Czeke, ac aliam Lauztocz, et aliam Impregh, et reliquam Nagy-Kazmer respective possessionum, seu terrarum respective etiam parochiales ecclesias, et unam localem cappellaniam Fraut Zanfalva, et duas cooperaturas Ujhely respective nunciatas respective quoque consistentes. Ac itidem districtum Sub-montanum, et in eo pariter unam Liszka, et alteram parochiales ecclesias Kereszturr respective oppidorum, et unam pariter Felsò Kortuclyes, ac aliam Petetse, ac aliam Mad, ac aliam Talya, ac aliam Tarcyal, ac aliam Jokay respective nunciatas, ac aliam Erdo-Benye, Erdò Hervathy; ac aliam Giraits, ac aliam Hernad Némethy, et aliam Monok, et aliam Szerents, et reliquam Toltsva respective possessionum, seu terrarum respective locales cappellanias, et unam pariter Liszka, et aliam Mad, ac aliam Talya, ac aliam Tarczal, ac aliam Toltsva, et reliquam cooperaturas Tokay respective nunciatas etiam respective consistentes. Ac itidem districtum Hosmonensem, et in eo pariter unam oppidi Homana et aliam Cziroka Hosza Mezo, et aliam Gorògenye, ac aliam Leszkooz, ac etiam Lubisse, et aliam Nagy-Mihaly Ormego, ac aliam Papina, ac aliam Szeoa, ac aliam Sztara, et reliquam Udoa respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias. Ac unam quoque Felso-Uiortuelyes, et aliam Petetss, et aliam Izbunza Horza Mezo, et reliquam locales cappellanias Natafalva respective nunciatas. Ac itidem duas Homonne, et reliquam cooperaturas Lubisze respective nunciatas etiam respective consistentes. Nec non districtum Insulanum, et in eo pariter oppidi Saros Patak, ac aliam Dutthyan, et aliam Hiraly Helmets, ac aliam Lebsz, ac aliam Nagy-Kevesd, aliam Nagy-Tarkany, ac aliam Rad, et reliquam Zeteny respective parochiales ecclesias, ac duas cooperaturas Patak respective nunciatas etiam respective consistentes. Ac districtum Galszetsiensem et in eo pariter unam Galszers, et aliam Butka respective oppidorum, ac aliam Nagy-Azar, et aliam Parno, et aliam Peleite, et aliam Szatsur, et aliam Szilvas Ujfalù, et aliam Toke Terebess, et reliquam Vasarhetoij respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac unam etiam Hegye, ac aliam Maoza, ac aliam Nagy Osebb, et reliquam locales cappellanias Vehers respective nunciatas. Ac unam cooperaturam Terebes quoque nuncupatam respective quoque consitentes. Ac demum districtum Sztropkoviensem, et in eo pariter unam Sztropko, et aliam Varannò respective oppidorum, ac aliam Dobra, ac aliam Sankotz, ac aliam Uortuehes, ac aliam Matuasosz, ac aliam Nagy Damaja, et aliam Magyaraska, et reliquam Jokert respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias. Ac unam etiam Hrubo, et aliam Turany, et aliam Zsalobina, et aliam Turezoly, et reliquam locales cappellanias Nages-Hementze respective nunciatas, ac itidem una Varannò, et alteram cooperaturas Sztropka respective nunciatas etiam respective consistentes apostolica auctoritate prædicta etiam perpetuo dismembramus, dividimus, et separamus.

§. 7. Nec non in iisdem comitatibus, districtibus, ac parochialibus ecclesiis sic, ut præfertur, dismembratis, divisis, et separatis respective etiam consistentes, et consistentia ecclesias, monasteria, præposituras, conventus, et alia quæcumque, et qualiacumque secularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia ecclesiastica, omnesque pariter, et singulas utriusque sexus personas, habitatores, et incolas tam laicos, quam clericos *Assignatio aliorum districtuum, et parochialium ecclesiarum.*

presbyteros, beneficiatos, et religiosos (non tamen exemptos) cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria futuri, et pro tempore existentis archiepiscopi Agriensis respective jurisdictione, potestate, et superioritate illius consensu attento quod prædicta ecclesia Agriensis in metropolitanam, ut præfertur, erecta ad præsens, ut præfertur, vacata apostolica auctoritate prædicta supplendo eadem apostolica auctoritate motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus itidem perpetuo eximimus et liberamus.

Subjectio decreta favore novi pastoris.

§. 8. Nec non eamdem civitatem Cassoviensem, omnesque, et singulos superius expressos comitatus, districtus, parochiales ecclesias, oppida, possessiones locales, cappellanias, et cooperaturas hujusmodi sic, ut præfertur, dismembratos, divisos, et separatos, nec non ecclesias, monasteria, præposituras, conventus, ac sæcularia, et regularia beneficia hujusmodi, omnesque, et singulas personas, habitatores, et incolas etiam, ut præfertur, respective exemptos novæ ecclesiæ cathedrali Cassoviensi per Nos, ut præfertur, erectæ, ejusque futuro præsuli pro suis civitate territorio, et diœcesi in qua ipse semper residere debebit, ac clero, et populo eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et assignamus; ac ordinariæ futuri, ac pro tempore existentis episcopi Cassoviensis jurisdictioni, potestati, et superioritati itidem perpetuo supponimus et subjicimus.

Dotatio mensæ episcopalis.

§. 9. Mensæ autem episcopoli Cassoviensi sic, ut præfertur, erectæ pro ejus dote, et ad hoc ut futurus, et pro tempore existens episcopus Cassoviensis præsulis dignitatem decenter tueri valeat, omnes, et singulos redditus in bonis stabilibus consistentes, et ex decimis regiis provenientes annuatim usque ad summam viginti millium circiter florenorum monetæ illarum partium eidem cathedrali ecclesiæ Cassoviensi per Nos, ut præfertur, erectæ a prædicto Francisco imperatore, et rege perpetuis temporibus jam assignatos dicta apostolica auctoritate perpetuo pariter tribuimus, atque assignamus.

Assignatio domus episcopalis.

§. 10. Ipsique futuro, ac pro tempore existenti episcopo Cassoviensi pro sui decenti habitatione domum congruam, ac sufficienter instructam munificentia prædicti Francisci imperatoris, et regis in prædicta civitate Cassoviensi haud longe ab ipsa cathedrali ecclesia Cassoviensi per Nos, ut præfertur, erecta distantem comparatam apostolica auctoritate prædicta perpetuo quoque addicimus, atque concedimus.

Dotatio mensæ capitularis.

§. 11. Ac præterea ut dignitates, ac canonicatus, et præbendæ, et cappellaniæ per Nos, ut præfertur, erectæ de congrua pariter dotatione provideantur, illosque, et illas pro tempore respective obtinentes onera eis respective incumbentia supportare valeant; unicuique videlicet ex dictis sex canonicatibus et præbendis, ut præfertur, erectis summam mille florenorum dictæ monetæ; unicuique vero ex dictis quatuor dignitatibus etiam, ut præfertur, erectis ultra dictam summam, præposituræ videlicet aliam quingentorum, ac lectoratui aliam trecentorum, et cantoratui aliam ducentorum, et custodiæ denique præfatis alias respective summas jam in partibus constitutas centum florenorum monetæ hujusmodi. Cuilibet vero ex dictis duabus cappellaniis pariter, ut præfertur, erectis annuam summam tercentorum florenorum ejusdem monetæ etiam in partibus constitutam dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo applicamus, constituimus, et assignamus.

Concessio privilegiorum.

§. 12. Et insuper eisdem futuris, et pro tempore existentibus præposito, lectori, cantori, custodi, canonicis, et cappellanis dictæ cathedralis ecclesiæ Cassoviensis per Nos, ut præfertur, erectæ, ut ipsi, eorumque officiales, et ministri res, bona, et proprietates omnibus, et singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, prærogativis, antelationibus, concessionibus, indultis, favoribus, et gratiis tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus aliæ in prædicto regno Hungariæ existentes cathedrales ecclesiæ, eorumque capitula, canonici, ac dignitates, et beneficia in eis obtinentes, ac ministri, et illorum bona, res, et proprietates de jure, usu, consuetudine, privilegio, non tamen ex indultu vel privilegio particulari fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum similiter, et pariformiter, et absque ulla prorsus differentia in

omnibus et per omnia, ac si illa eis principaliter, et in specie concessa essent, dummodo tamen sint in usu et non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini decretis, aliisque constitutionibus, et ordinibus apostolicis non repugnent uti, frui, potiri, et gaudere possint, et valeant apostolica auctoritate itidem perpetuo concedimus, et impertimur.

Jus condendi statuta capitulo concessum.

§. 13. Ac futuris dignitatibus, et canonicis prædictis, ut ipsi capitulariter congregati pro dictæ cathedralis ecclesiæ Cassoviensis, ut præfertur, erectæ, illiusque dignitatum, et singulorum canonicorum, et cappellanorum mensæ capitularis sacrarii, illarumque omnium rerum, et bonorum tam spiritualium, quam temporalium prospero, et felici regimine, gubernio, et directione, onerumque illis respective incumbentium supportatione, divinorum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum, et aliorum suffragiorum celebratione, distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, perceptione, divisione, poenarum per absentes, et divinis officiis non interessentes, seu onera et munera eis, et eorum cuilibet incumbentia subire negligentes incurrendarum incursu, singulorum præsentiis, et absentiis notandis, cæremoniis, et ritibus in dicta cathedrali ecclesia Cassoviensi, ut præfertur, erecta, illiusque choro, capitulo, et processionibus, et aliis actibus prædictis servandis, officialibus, et ministris dictæ cathedralis ecclesiæ Cassoviensis per Nos, ut præfertur, erectæ necessariis deputandis, et amovendis servitiis, et ministeriis per ipsos obeundis, ac eis salariis, et stipendiis assignandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis quæcumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta licita tamen et honesta, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini prædicti decretis, ac prædictis constitutionibus apostolicis minime contraria, ac per futurum episcopum Cassoviensem prius examinanda, approbanda edere, et edita, prævia approbatione prædicti futuri episcopi Cassoviensis declarari, et interpretari, et ad meliorem formam redigere, ac reformare, seu alia de novo, ex integro, ac, ut præfertur, eisdem sacris canonibus, et concilii Tridentini hujusmodi decretis, et constitutionibus apostolicis prædictis minime adversantia, ac, ut præfertur, examinanda, et approbanda, et ab eis ad quos pro tempore spectabit sub pœnis in contravenientes statuendis observanda, et adimplenda condere, et postquam condita fuerint toties quoties pro rerum, et temporum conditione, et qualitate, vel alias expediens videbitur illa in toto vel parte corrigere, alterare, immutare, et in melius reformare, aliaque etiam ex integro de novo, de simili ejusdem futuri episcopi Cassoviensis approbatione condere libere et licite possint, et valeant, dummodo tamen correctio, alteratio, immutatio, reformatio, et de novo condenda statuta hujusmodi eisdem sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis prædictis, et concilii Tridentini hujusmodi decretis contraria, ut præfertur, non sint eadem apostolica auctoritate licentiam, et facultatem concedimus, et impertimur.

Reservatio juris patronatus favore imperatoris, ejusque successorum.

§. 14. Ipsique autem Francisco imperatori regi, ejusque successoribus jus nominandi, seu præsentandi infra tempus a jure præfixum Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti personam idoneam ad prædictam cathedralem ecclesiam Cassoviensem per Nos, ut pæfertur, erectam, et a primaeva illius erectione hujusmodi vacante in episcopum per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem prædictum præficiendam tam hac prima vice, quam in futuris illius vacationibus quomodolibet, non tamen apud Sedem apostolicam contingentibus, eoque prorsus modo quo alii episcopi ecclesiarum in regno Hungariæ prædicto existentium ad nominationem eamdem præfici consueverunt. Nec non aliud jus quoque nominandi, seu præsentandi coram ordinario loci ad dignitates, ac canonicatus, et præbendas, et cappellanias per Nos, ut præfertur, erectos, et erectas hujusmodi tam pariter hac prima vice a primæva illorum et illarum erectione, et institutione hujusmodi vacantes, quam etiam deinceps quovismodo vacaturos, et vacaturas personas

itidem idoneas apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuo reservamus, concedimus, et assignamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 15. Decernentes præsentes Nostras literas apostolicas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima etiam ex eo, quod causæ propter quas eædem præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, vel quopiam alio quantumvis magno, et substantiali, substantialissimo, et inexcogitato, ac specialem et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, juridica, pia, privilegiata, etiam tali quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda forent, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expositis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam et terminos juris reduci, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu etiam motu simili concesso, et impetrato quempiam uti, seu se juvari in judicio, et extra illud posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cameræ apostolicæ regulas quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, et scientia similibus etiam consitorialibus ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, et cum quibusvis causis, et decretis etiamsi in eis de eisdem præsentibus, earumque tenore specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse; sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, et quosvis alios quavis facultate, potestate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 16. Non obstante quatenus opus sit Nostra, et cancellariæ prædictæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus constitutionibus, et ordinibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, ac formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, et scientia similibus pro tempore concessis, et concedendis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, illorumque omnium, et singulorum tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita

Derogatio contrariorum.

observata exprimerentur, et insererentur eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum validissimum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non apportune, et valide hac vice dumtaxat harum quoque serie motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Deputatio executoris apostolici.

§. 17. Per præsentes autem prædictum Nostrum et Sedis apostolicæ nucium in dicta civitate Viennensi in Austria commorantem in executorem earumdem præsentium Nostrarum literarum apostolicarum quoad illarum executionem tantum constituimus, et deputamus; eidemque nuncio facultatem, ut ipse quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam in executione prædicta subdelegare libere et licite valeat. Et tam ipsi quam personæ ab eo subdelegandæ hujusmodi facultatem quoque, ut ipsi et eorum quilibet super quacumque oppositione in actu executionis hujusmodi adversus præmissa quomodolibet oritura, servatis tamen quæ fuerint de jure servanda etiam definitive pronunciare libere et licite possint, et possit apostolica auctoritate prædicta concedimus atque impertimur.

Præceptum de inscribendis fructibus in libris cameræ apostolicæ.

§. 18. Volumus autem quod prædicta cathedralis ecclesia Cassoviensis per Nos, ut præfertur, erecta juxta redditus illius mensæ episcopalis, ut præfertur, assignatos ex gratia tamen speciali ad mille florenos auri de more taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat.

Sanctio pœnalis.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, dismembrationis, divisionis, separationis, exemptionis, liberationis, concessionis, assignationis, suppositionis, subjectionis, applicationis, assignationis, concessionis, indulti prioris, et posterioris licentiæ, et facultatis impertitionis, reservationis, concessionis, assignationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, quinto idus augusti, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXIV.

Dat. die 11 augusti 1804 anno V.

Erectio sedis episcopalis Szathmariensis.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Quum in supremo apostolatus officio cui divina dispositione præsidemus, atque in commissa simul humeris Nostris a Christo Domino pastorum animarum principe universa gregis Dominici cura, plane Nobis exploratum sit, quantum in hoc laboris est impendendum, et quantum etiam invigilandum ne vineæ Domini ullo unquam tempore sors illa sit obventura de qua Christus Dominus ait = Messis quidem multa, operarii autem pauci; rogate ergo dominum messis, ut operarios mittat in messem suam =. Ad explendas idcirco ministerii Nostræ partes persæpe oculos Nostræ mentis levamus in circuitu agri Dominici, inspicientes quid avellendum, quid extirpandum, aut destruendum, et ædificandum Nobis sit. Quapropter si gregem aliquem multiplici ovium numero refertum in tot inter se dissitis regionibus contentum sub unius tantum pastoris regimine haud gubernari posse comperimus, illum interdum dividere, et novas in ipso agro Domini ecclesias plantare, novosque in eo animarum pastores instituere curamus, ut per novas hujusmodi plantationes illarum spirituale gubernium, ac novis ecclesiarum præsulibus propius inspectum accuratius valeat exerceri. Porro super hoc lætamur quam maxime, et gaudio superabundamus curam quandoque intuentes christianorum principum regia potestate fulgentium, qui summa qua pollent sane admirabili pietate ac religione spirituali suorum subditorum animarum saluti laudabiliter dant operam, admoventque manum,

eosque ad hoc apostolicæ Sedis patrocinium expostulantes benigne recipere, ac fovere in eorum expostulationibus utpote ad commune fidelium spirituale bonum tendentibus satisfactos reddere Nostri muneris esse arbitramur.

Tenor precum porrectarum ab imperatore Romanorum.

§. 2. Cum itaque sicut dilectus filius comes de Khevveniller charissimi in Christo filii Nostri Francisci Secundi Romanorum regis in imperatorem electi ac Bohemiæ et Hungariæ regis apostolici apud Nos, et Sedem apostolicam administer plenipotentiarius, nomine ejusdem Francisci imperatoris et regis exposuit, idem Franciscus imperator et rex circa statum ecclesiarum in suis ditionibus existentium, suorumque respective subditorum spirituale animarum regimen, atque gubernium animum suum, mentemque convertens plane perspexerit, quod in peramplis atque diffusis Agriensis diœcesis limitibus unus tantum episcopus sua pastoralia munera, ut par est, adimplere minime valet, ita ut multiplicatis inibi catholicam religionem profitentibus fidelibus spirituale pabulum quod cum pervigili animarum cura conjungi debet deesse noscatur. Cupiens idcirco novam jam per binos desideratissimos gloriosæ memoriæ reges in Hungariæ regno prædecessores suos ejusdem Agriensis diœcesis conterminationem pro localium circumstantiarum opportunitate, prout maxime in rerum spiritualium utilitatem congruere conspiciebatur ad felicem exitum perducere, operæ prætium esse existimaverit, ut nonnulli comitatus et districtus a prædicta diœcesi Agriensi dividantur et separentur, ac in libera et regia civitate Szathmar Nemethiensi existens parochialis ecclesia Beatæ Mariæ Virginis in cœlum Assumptæ in episcopalem et cathedralem ecclesiam cum sua diœcesi erigatur, proptereaque prædictus comes de Khevveniller nomine prædicto Nobis enixe supplicavit, ut tam pia et commendabilia prædicti Francisci imperatoris et regis studia ad spiritualem animarum salutem tendentia apostolicæ Sedis favore prosequi dignaremur.

Processus adhibitus super convenientia novæ erectionis.

§. 3. Cumque ex processu a dilecto etiam filio Nostro, et Sedis apostolicæ prædictæ nuncio in civitate Viennensi in Austria commorante in vim facultatis ei per decretum diei x. mensis martii proxime præteriti a Nobis approbatum tributæ, desuper auditis omnibus interesse habentibus confecto, et ab eodem nuncio ad urbem transmisso de necessitate simul et utilitate erectionis hujusmodi aeque, ac cæteroquin tam de prædictæ Agriensis, quam de metropolitanæ Strigoniensis respective ecclesiarum ad præsens respective vacantium, respective capitulorum et canonicorum approbatione, et consensu constiterit, simulque acceperimus, quod si a prædicta Agriensi diœcesi infrascripti comitatus atque districtus, et in eis respective existentes parochiales ecclesiæ, oppida, possessiones locales, cappellaniæ, et cooperaturæ infrascriptæ perpetuo dismembrarentur, dividerentur et separarentur; ac prædicta parochialis ecclesia, prævia infrascripta illius tituli collativi perpetua suppressione et extinctione in episcopalem et cathedralem ecclesiam per Nos etiam ut infra perpetuo erigeretur, aliaque infrascripta per Nos et Sedem apostolicam prædictam etiam ut infra fierent et ordinarentur, maxima quidem ex iis animabus illorum fidelium Christi sanguine redemptis, quarum curæ et gubernio facilius novus pastor incumbere, et vigilare posset utilitas evenire.

Revocatio tituli collativi ecclesiae parochialis in cathedralem erigendae.

§. 4. Nos igitur qui jam hodie ad præmissorum effectum nova limitum circumscriptione Agriensi diœcesi juxta prædicti Francisci imperatoris et regis insinuationem, et successivam prædicti nuncii relationem Nobis desuper respective factas salubriter in Domino ordinatam prædictam Agriensem ecclesiam pro tempore existenti archiepiscopo Strigoniensi usque tunc suffraganeam, et metropolitico jure subjectam, illiusque futurum præsulem ab ejusdem pro tempore existentis archiepiscopi Strigoniensis metropolitana jurisdictione, et superioritate apostolica auctoritate perpetuo disjunximus, et eximimus, dictamque ecclesiam Agriensem in archiepiscopalem et metropolitanam eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo ereximus atque instituimus prout in aliis Nostris literis desuper expeditis plenius continetur, omnibus mature perpensis, piis ejusdem Francisci imperatoris et regis votis et precibus etiam hac in parte favorabiliter annuere, et illorum populorum spirituali saluti prospicere volentes,

motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine prædictam parochialem ecclesiam, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam parochialis ecclesiæ collativæ; ita ut illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinat, et de cœtero uti talis in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, aut alias de illo quovis modo disponi amplius nequeat, et si illam deinceps conferri, aut impetrari, vel alias de illo quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes, aliaeque dispositiones de illa pro tempore quomodolibet factæ, nullæ et invalidæ, nulliusque roboris vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus vel coloratum titulum possidendi tribuant apostolica auctoritate perpetuo supprimimus et extinguimus.

Erectio civitatis in episcopalem, et ecclesiae in cathedralem.

§. 5. Ac præfatam civitatem Szathmari Nemethiensem complexam in civitatem episcopalem cum suis juribus, honoribus, et prærogativis, quibus aliæ in regno Hungariæ prædicto civitates pontificali sede insignitæ, et earum cives utuntur et gaudent; et similiter prædictam parochialem ecclesiam sic suppressam et extinctam in episcopalem et cathedralem ecclesiam futuro et pro tempore existenti archiepiscopo Agriensi suffraganeam, eique metropolitico jure subjectam sub eadem Beatæ Mariæ Virginis in cœlum Assumptæ invocatione, et ut antea parochialem extituram in ea sedem et dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo Szathmariensi nuncupando, qui eidem ecclesiæ Szathmariensi, illiusque civitati et diœcesi ei ut infra assignandæ præsit, synodum convocet, ac omnia, et singula jura, officia, et munera habeat et exerceat cum suis capitulo, mensa episcopali, cœterisque cathedralibus, et pontificalibus insigniis, juribus, jurisdictionibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis quibus aliæ in prædicto regno Hungariæ existentes cathedrales ecclesiæ, earumque præsules non tamen titulo oneroso, aut ex indulto particulari gaudent.

Erectio capituli cum suis dignitatibus.

§. 6. In dicta vero cathedrali ecclesia unam præposituram quæ inibi post pontificalem major cum uno canonicatu, et una præbenda pro uno canonico præposito, qui capituli caput existat, iisque omnibus juribus, et præeminentiis, quæ sibi de jure competere possunt gaudere debeat; ac unum lectoratum qui secunda cum alio etiam canonicatu et alia præbenda pro uno canonico lectore; ac unum cantoratum qui tertia cum alio itidem canonicatu et alia præbenda pro uno canonico cantore; ac unam custodiam quæ quarta respective dignitates in dicta ecclesia Szathmariensi in cathedralem ut infra erigendam existant, similiter cum alio canonicatu et alia præbenda eisdem dignitatibus invicem perpetuo unitis existentibus pro uno canonico custode, ac reliquos duos canonicatus, totidemque præbendas pro duobus aliis futuris mere canonicis dictæ ecclesiæ Szathmariensis in cathedralem ut infra erigendæ, quorum alter archidiaconi, alter vero theologi respective munera explere teneantur, Nec non duas perpetuas sine cura personalem tamen residentiam requirentes cappellanias pro duobus etiam futuris in ea cappellanis, qui dignitates et canonici, ac cappellani prædicti capitulum prædictæ ecclesiæ Szathmariensis in cathedralem similiter erigendam similiter cum choro, stallo, arca, bursa, et sigillo communibus, aliisque signis et insigniis cathedralibus constituant, quique pariter apud ipsam ecclesiam Szathmariensem in cathedralem ut infra erigendam personaliter residere, ibique horas canonicas diurnas, et nocturnas, cæteraque divina officia solita et consueta cum debita mentis attentione, servataque ecclesiastica disciplina recitare, decantare, et psallere, ac alias eidem ecclesiæ Szathmariensi in cathedralem ut infra erigendam laudabiliter deservire, et onera eis respective incumbentia adimplere debeant, et teneantur apostolica auctoritate prædicta perpetuo erigimus et instituimus, cum hoc tamen quod futurus episcopus Szathmariensis in dicta cathedrali per Nos, ut præfertur, erecta pœnitentiariam præbendam, atque in dicta civitate Szathmariensi seminarium puerorum ecclesiasticum ad præscriptum concilii Ttridentini respective erigere debeat, illius conscientia desuper onerata remanente, quodque in dicta cathedrali ecclesia Sza-

thmariensi per Nos, ut præfertur, erecta; quæ etiam parochialis ut antea existet animarum dilectorum quoque filiorum parochianorum cura, quæ ad præsens per unum parochum, eique adjunctum cooperatorem exercetur, deinceps per unum ex dictæ cathedralis ecclesiæ Szathmariensis per Nos, ut præfertur, erectæ canonicis, prævio examine ad formam concilii Tridentini prædicti ad hoc idoneum repertum exercere similiter debeat.

Praefinitio novae dioecesis. §. 7. Et insuper, ut prædictæ episcopali ecclesiæ Szathmariensi per Nos, ut præfertur, erectæ diœcesis, ac clerus et populus constitui possint a prædicta ecclesia Agriensi in metropolitanam etiam, ut præfertur, erecta comitatum Szathmariensem prædictum, ac districtum Szathmar Montanum, et in eis supradictam Szathmar-Nemethiensem, ut præfertur, suppressam et extinctam, et in cathedralem, ut præfertur, erectam, ac aliam Nagybania, et aliam Felso Banya respective civitatum, et aliam oppidi Szinyer Varallya, et aliam Dara, et aliam Fernecželij, ac aliam Giarmath, ac aliam Jark, ac aliam Lapos-Banya, ac aliam Sarkos, ac aliam Zayta, et reliquam Giro-Tot Falu respective possessionum seu terrarum respective parochiales ecclesias. Ac unam Csenger, et alteram Misz Banya respective locales cappellanias, ac duas Felso Banya, ac aliam Nagy-Banya, et reliquam Szathmar Nemethi respective cooperaturas respective contentas. Ac itidem districtum Szathmar Nharolyi, et in eo unam Nagy Masteny, et aliam Erdod respective oppidorum, ac aliam Also-Homered, ac alium Barlafalva aliam Bettek, ac aliam Csanalos, ac aliam Feny, ac aliam Kaplony, ac aliam Meszo Perri ac aliam Nagy Karoly, ac aliam Sandorfalva, ac aliam Szanisrlò, ac aliam Jerebess, ac aliam Vallaj, et reliquam Vitka respective possessionum, seu terrarum respective etiam parochiales ecclesias, ac unam localem cappellaniam Papos nunciatam, ac unam Nagy-Mayteni, et alteram Sandorfalva respective cooperaturas respective existentes, et insuper comitatum Ugostsensem, et in eis unam oppidi Fisza Uilak, ac aliam Fantsika, ac aliam Kiroly Hasa, ac aliam Komkenyerd, ac aliam Nevettenfalu, et reliquam Jur-Terebess respective possessionum, seu terrarum respective etiam parochiales ecclesias, et unam cooperaturam Fisza-Uilak nunciatam respective etiam existentes. Ac similiter comitatum Ungvariensem, et districtum pariter Ungvariensem, et in eis pariter unam oppidi Ungvar, ac aliam Csisser, ac aliam Dobo-Ruszka, ac aliam Domonya, ac aliam Kiss Rath, ac aliam Or, ac aliam Palotz, ac aliam Szenna, ac aliam Tyba, et reliquam Venna respective possessionum, seu terrarum respective etiam parochiales ecclesias, ac unam Jenke, ac aliam Nagy-Berezna, ac reliquam Nagy Talatska respective locales cappellanias, et unam cooperaturam Uvngar nunciatam respective quoque existentes, ac itidem comitatum Bereghiensem et districtum etiam Bereghiensem, et in eis pariter unam Munkats, et aliam Beregszasz respective oppidorum, ac aliam Barthaza, et reliquam Mezo Kaszony respective possessionum, seu terrarum respective etiam parochiales ecclesias, et unam localem cappellaniam Schontum nunciatam, et unam cooperaturam Munkats etiam nunciatam respective quoque existentes. Ac demum comitatum Marmarosiensem et districtum etiam Marmarosiensem, et in eis itidem unam Szigeth, et aliam Huszt, ac aliam Tetso, et aliam Visk respective oppidorum, ac aliam Boltsko, ac aliam Dombo, ac aliam Kobola Pojana, ac aliam Koros Mezo, ac aliam Mokra, ac aliam Sugatagh, et reliquam Rhonaszeh repective possessionum seu terrarum respective etiam parochiales ecclesias, ac unam Akna Rahò, et alteram Felso-Virso respective locales cappellanias, et unam demum cooperaturam Szigeth nunciatam respective etiam existentes apostolica auctoritate prædicta perpetuo dismembramus, dividimus, et separamus.

§. 8. Ac in dictis comitatibus, districtibus, parochialibus ecclesiis, possessionibus localibus, cappellaniis, et cooperaturis sic, ut præfertur, dismembratis et separatis pariter consistentes et consistentia ecclesias, monasteria, præposituras, conventus, et alia quæcumque, quotcumque, et qualiacumque sæcularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia ecclesiastica, omnesque pariter, et singulas utriusque sexus personas, habitatores, et incolas tam laicos quam ecclesia- Idem ut supra

sticos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos, non tamen exemptos cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria futuri et pro tempore existentis archiepiscopi Agriensis jurisdictione, superioritate, et auctoritate illius consensui attento quod Agriensis ecclesia prædicta in metropolitanam, ut præfertur, erecta ad præsens, ut præfertur, vacantem dicta apostolica auctoritate supplendo eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo eximimus et liberamus.

Subjectio locorum, et populorum jurisdictioni novi episcopi.

§. 9. Dictosque comitatus, et districtus, parochiales ecclesias, possessiones locales, cappellanias, et cooperaturas, ut præfertur, dismembratos, et dismembratas, nec non ecclesias, monasteria, præposituras, conventus, ac sæcularia et regularia beneficia hujusmodi, omnesque, et singulas personas habitatores, et incolas hujusmodi sic, ut præfertur, exemptos dictæ cathedralis ecclesiæ Szathmariensis per Nos, ut præfertur, erectæ, illiusque futuro et pro tempore existenti episcopo pro suis civitate, et diœcesi in qua ipse semper residere debebit, ac clero, et populo apostolica auctoritate prædicta etiam perpetuo concedimus, et assignamus, ac ordinariæ ejusdem futuri et pro tempore existentis episcopi Szathmariensis jurisdictioni, potestati, et auctoritati simili apostolica auctoritate perpetuo quoque supponimus, et subjicimus.

Dotatio mensae episcopalis.

§. 10. Mensæ autem episcopali Szathmariensi per Nos, ut præfertur, erectæ pro illius dote, et ad hoc ut futurus, et pro tempore existens episcopus Szathmariensis præsulis dignitatem decenter tueri valeat annuam summam viginti millium circiter florenorum monetæ illarum partium ex quibusdam bonis hactenus ad episcopatum Agriensem spectantibus, atque ex decimis regiis provenientibus ab eodem Francisco imperatore, et rege perpetuis temporibus assignatam apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuo tribuimus et assignamus.

Assignatio domus ab episcopo inhabitandae.

§. 11. Ipsique futuro, et pro tempore existenti episcopo Szathmariensi pro sui decenti habitatione domum ex munificentia et liberalitate prædicti Francisci imperatoris ac regis quamprimum in vicinia dictæ cathedralis ecclesiæ Szathmariensis per Nos, ut præfertur, erectæ juxta elaboratum planum extruendam ex nunc pro tunc postquam tamen illius fabrica fuerit expleta eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo addicimus atque concedimus. Ac præterea, ut dignitates, ac canonicatus, et præbendæ, et cappellaniæ prædictæ per Nos, ut præfertur, erecti et erectæ hujusmodi de congrua respectiva dotatione similiter provideantur, illosque et illas pro tempore respective obtinentes onera eis respective incumbentia supportare valeant, unicuique ex dictis sex canonicatibus et præbendis videlicet pro sui præbenda annuam summam millium, et quingentorum florenorum dictæ monetæ; unicuique vero ex dictis quatuor dignitatibus, ut præfertur, respective erectis ultra dictam summam præposito videlicet aliam quingentorum, ac lectoratui aliam trecentorum, et cantoratui aliam ducentorum, custodiæ vero prædictis aliam respective summas jam in partibus constitutas centum florenorum ejusdem monetæ. Cuilibet autem ex dictis duabus cappellaniis etiam per Nos, ut præfertur, erectis summam trecentorum florenorum hujusmodi similiter in partibus jam constitutam dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo applicamus, et assignamus.

Dotatio mensae capitularis

§. 12. Et insuper futuris et pro tempore existentibus capitulo, et canonicis dictæ cathedralis ecclesiæ Szathmariensis per Nos, ut præfertur, erectæ, ut ipsi, eorumque officiales, et ministri res, bona, et proprietates omnibus et singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, antelationibus, præeminentiis, prærogativis, concessionibus, indultis, favoribus, et gratiis tam spiritualibus quam temporalibus quibus aliæ cathedrales ecclesiæ in prædicto regno Hungariæ existentes, earumque capitula, canonici, et dignitates in eis obtinentes, et ministri, et illorum bona, res, et proprietates de jure, usu, consuetudine, vel privilegio, non tamen ex indulto vel privilegio particulari utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum similiter, et pariformiter et absque ulla prorsus differentia in omnibus et per omnia, ac si illa eis principaliter, ac in specie concessa essent, dummodo tamen sint in usu, et non re-

vocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini decretis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis non repugnent, uti, frui, potiri, et gaudere possint et valeant apostolica auctoritate prædicta itidem perpetuo concedimus et impertimur.

Conceditur facultas constitutiones capitulares efformandi.

§. 13. Et similiter eisdem futuris capitulo dictæ cathedralis ecclesiæ Szathmariensis per Nos, ut præfertur, erectæ, ut ipsi capitulariter congregati pro ejusdem cathedralis ecclesiæ Szathmariensis per Nos, ut præfertur, erectæ, illiusque dignitatum, et canonicorum, mensæ capitularis, sacrarii, illorumque omnium rerum, et bonorum tam spiritualium quam temporalium prospero ac felici regimine, gubernio, ac directione, onerumque illis pro tempore incumbentium supportatione, divinorum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum et aliorum suffragiorum celebratione, ac distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, perceptione, repartitione, divisione, pœnarum per absentes ac divinis officiis hujusmodi non interessentes, seu onera, et munera eis, et eorum cuilibet incumbentia subire negligentes incurrendarum incursu, præsentiis, et absentiis notandis, cæremoniis et ritibus in ecclesia, choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus prædictis servandis, officialibus et ministris in dicta cathedrali ecclesia Szathmariensi per Nos, ut præfertur, erecta necessariis deputandis, et amovendis, servitiis et ministeriis per ipsos obeundis, ac eis salariis, et stipendiis præstandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis, quæcumque statuta, ordinationes, et capitula, ac decreta licita tamen, et honesta, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini prædicti decretis, dictisque constitutionibus apostolicis minime contraria, ac per futurum episcopum Szathmariensem prius examinanda et approbanda edere, et edita prævia approbatione ejusdem episcopi Szathmariensis declarari, et interpretari, et ad meliorem formam redigere, ac reformare, seu alia de novo, ex integro, ac ut præfertur, eisdem sacris canonibus et decretis concilii Tridentini hujusmodi, et constitutionibus apostolicis prædictis minime adversantia, ac, ut præfertur, examinanda et approbanda, et ab eis ad quos pro tempore spectabit sub poenis in contravenientes statuendis observanda condere, et postquam condita fuerint toties quoties pro rerum ac temporum conditione et qualitate, vel alias expediens videbitur illa in toto vel in parte corrigere, alterare, mutare, vel in melius reformare, aliaque etiam ex integro de novo de simili ejusdem episcopi Szathmariensis approbatione condere, libere et licite respective possint et valeant, dummodo tamen correctio, alteratio, immutatio, reformatio, et de novo condenda statuta hujusmodi sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, et concilii Tridentini hujusmodi decretis contraria, ut præfertur, non sint eadem apostolica auctoritate licentiam et facultatem concedimus et impertimur.

Reservatio juris patronatus favore imperatoris, ejusque successorum.

§. 14. Ac prædicto Francisco imperatori et regi, ejusque successoribus jus nominandi, seu præsentandi infra tempus a jure præfixum coram Nobis et Romano pontifice pro tempore existente personam idoneam ad prædictam episcopalem ecclesiam Szathmariensem per Nos, ut præfertur, erectam, et a primæva illius erectione hujusmodi vacante in episcopum per Nos et Romanum pontificem pro tempore existentem prædictum præficiendam, tam hac prima vice quam in futuris illius vacationibus quomodolibet, non tamen apud Sedem apostolicam prædictam contingentibus, eoque prorsus modo quo alii episcopi ecclesiarum in prædicto regno Hungariæ existentes ad nominationem eamdem præfici consueverunt. Nec non aliud jus nominandi, seu præsentandi coram ordinario loci ad dignitates et canonicatus, et præbendas, et cappellanias per Nos, ut præfertur, respective erectos et erectas hujusmodi tam pariter hac prima vice a primævis illorum et illarum erectione et institutione hujusmodi vacante, quam in singulis illorum et illarum futuris vacationibus personas itidem idoneas apostolica auctoritate prædicta etiam perpetuo reservamus concedimus et assignamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 15. Decernentes præsentes Nostras literas apostolicas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omni-

bus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite vel qualibet causa quantumvis juridica et legittima, etiam ex eo quod causæ propter quas præmissa emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, et inexcogitato, ac specialem et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda et adimplenda servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, legittima, pia, privilegiata, etiam tali quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu etiam motu, et scientia similibus concesso, et impetrato quempiam uti, seu se juvari in judicio, et extra illud posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam consistorialiter ex quibusvis causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiam si in eis de iisdem præmissis, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore et esse, sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fulgentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanae Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore et præeminentia fulgentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, irritum quoque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 16. Non obstante, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet, etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, vel ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et ordinationibus apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, aut aliis quomodolibet concessis; quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, illorumque omnium et singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, iisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes illis, alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime, ac specialiter et expresse, nec non opportune, et valide ad præmissorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, harum

Derogatio contrariorum.

quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Deputatio executoris apostolici

§. 17. Per præsentes autem prædictum nuncium Nostrum in executorem præsentium Nostrarum literarum apostolicarum, quoad illarum executionem tantum constituimus, et deputamus, eidemque nuncio facultatem, ut ipse quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam, in hujusmodi executione subdelegare libere, et licite valeat, et tam ipsi quam personæ ab eo subdelegandæ, hujusmodi facultatem, quoque ut ipsi, et eorum quilibet, super quacumque oppositione in actu executionis, hujusmodi adversus præmissa quomodolibet oritura, servatis tamen, quæ fuerint de jure servanda, etiam definitive pronunciare, etiam libere, et licite possint, et respective possit apostolica auctoritate, prædicta concedimus, atque impertimur.

Præceptum de inscribendis fructibus in libris cameræ apostolicæ.

§. 18. Volumus autem, quod prædicta ecclesia cathedralis Szathmariensis per Nos, ut præfertur, erecta juxta redditus prædictos illius mensæ episcopalis, ut præfertur, assignatos, ex gratia tamen speciali ad mille florenos auri de more taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat.

Sanctio poenalis.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostræ suppressionis, exctintionis, erectionis, institutionis, dismembrationis, divisionis, separationis, exemptionis, liberationis, concessionis, assignationis, suppositionis, subjectionis, applicationis, concessionis, indulti, licentiæ, et facultatis impertitionis, reservationis, concessionis, assignationis, decreti, derogationis, deputationis, alienationis, facultatis concessionis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, anno incarnationis Dominicæ, millesimo octingentesimo quarto, quinto idus augusti, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXV.

Dat. die 12 augusti 1804 anno V.

Erectio sedis archiepiscopalis Agriensis

Pius episcopus,

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Super universas terrarum orbis ecclesias eo disponente, qui cunctis imperat, et cui omnia obediunt, meritis licet imparibus constituti agri Dominici more pervigilis pastoris inspecturi, quid ecclesiarum ipsarum præsertim cathedralium insignium statui, decori, et utilitati sit congruum. Quapropter divino illius fulti præsidio, qui cuncta ex sui benignitate, ad fidelis populi sui salutem disponit omnes quidem ad ea, quæ ad dignitatem, et gradum ecclesiarum hujusmodi augendum pertinent officii Nostri partes libenter convertimus. Atque hoc tanto liberalius, promptiusque curandum censemus, quanto magis explorata christianorum principum regia potestate fulgentium pietas et devotio, et a Nobis expostulata, ac ipsarum civitatum celebritatem, illarumque civium, et populorum suorum simul inspectam qualitatem valde promereri in Domino judicamus.

Expositio precum porrectarum ab imperatore Romanorum.

§. 2. Cum itaque, sicut charissimus in Christo filius Noster Franciscus secundus Romanorum rex in imperatorem electus, ac Bohemiæ, et Hungariæ rex apostolicus Noster, alias exposuit idem Franciscus imperator, et rex ob nimium amplos, atque diffusos limites diœcesis Agriensis undecim quippe comitatus complectentis unum tantum episcopum sua pastoralia munia perficere sufficienter minime posse agnovisset, ob id pro animarum subditorum suorum inibi degentium salutis incolumitate, melioriqne illarum gubernio, et regimine in suis ditionibus excitando summopere exoptaret modo vacantis ecclesiæ Agrensis, diœcesim hujusmodi in alias adhuc binas diœceses, pro duabus noviter erigendis episcopalibus ecclesiis, per Nos dismembrari, eamque novis limitibus circumscribi episcopatum Agriensem,

velut unum ex vetustissimis regni Hungariæ episcopatibus dignitate etiam perpetui comitatus Hiversiensis, supremi comitis conspicuum, tum propter commodum partium Tibiscanarum in promovendis, et definiendis causis decisioni forum specialium obnoxiis deserviturum, tum etiam pro majori hæreditarii regni Hungariæ prædicti decore in archiepiscopalem, et metropolitanam sedem elevari. Ac eidem ecclesiæ Agriensi in metropolitanam sic erigendæ pro suis suffraganeis præter novas binas ecclesias erigendas hujusmodi, alias adhuc duas vicinas Scepusiensem scilicet, ac Rosnaviensem ecclesias assignari. Nos tam pia studia dicti Francisci imperatoris, et regis obsecundare intendentes dilecto filio Nostro, et Sedis apostolicæ nuntio in civitate Viennensi in Austria commoranti successive vigore decreti, sub die decima mensis martii currentis anni Domini millesimi octingentesimi quarti a Nobis approbati, ut ipse de causis dismembrationis, et erectionis hujusmodi, illarumque necessitate rite perpensis, juxta instructiones in prædicto decreto contentas, inde referret apostolica auctoritate commisimus. Novissime vero cum ex processu desuper confecto, et a prædicto nuncio ad urbem transmisso acceperimus, quod necessitate hujusmodi dismembrationis diœcesis Agriensis prædictæ, reipsa existente, si diœcesi hujusmodi novus ambitus, et circumscriptio, ut infra definiretur; ipsa vero Agriensis ecclesia solidæ, et elegantis structuræ sub titulo, et invocatione sancti Joannis ante Portam Latinam pro tempore existenti archiepiscopo Strigoniensi metropolitano jure huc usque subjecta, quæ præcipuum, quoad honorem, jura, et prærogativas sibi vindicat locum, et in qua capitulum duodecim canonicis, duodecim canonicatus, totidemque præbendas respective obtinentibus inter quos scilicet præpositus major nunciatus, qui præposituram inibi post pontificalem majorem, nec non lector, qui lectoratum secundam, et cantor qui cantoratum tertiam, nec non custos, qui custodiam quartam, et alius præpositus, qui præposituram beatæ Mariæ virginis de Castro Agriensi nunciatam quintam, et archidiaconatus, qui archidiaconatum sextam inibi respective dignitates existentes una cum eorum respective canonicatibus, et præbendis ejusdem ecclesiæ Agriensis dictis dignitatibus respective annexis obtinens enumerantur, compositum reperitur, prævia infrascripta ejusdem ecclesiæ Agriensis, illiusque tituli, et cathedralitatis, et dignitatis episcopalis perpetua suppressione, et extinctione in archiepiscopalem, et metropolitanam ecclesiam erigeretur, aliaque infrascripta per Nos et Sedem apostolicam prædictam, et ut infra fierent, et ordinarentur, et maxima quidem infrascriptorum comitatuum, et districtuum eidem ecclesiæ Agriensi, ut infra noviter assignandorum respective habitatoribus in specialibus utilitas proveniret, ac libera, et regia civitas Agriensis magis susciperet honoris incrementum.

§. 3. Nos igitur, qui jam hodie præmissis omnibus mature perpensis ipsius Francisci imperatoris et regis precibus Nobis ad id porrectis benigne annuendo unum Abaujvariensem, ac alium Sarossiensem, ac alium Szathmariensem, ac alium Zempliniensem, ac alium Ugoossiensem, et alium Ungrariensem, ac alium Bereghiensem, et reliquum Marmaroviensem respective comitatus una cum omnibus, et singulis illorum respective districtibus parochialibus ecclesiis, possessionibus localibus, cappellaniis, et cooperaturis ab Agriensi diœcesi prædicta, illiusque futuri et pro tempore existentis præsulis jurisdictione, et superioritate apostolica auctoritate perpetuo disjunximus et dismembravimus, ac unum sanctæ Elisabethæ civitatis Cassoviensis in prædicto comitatu Abaujvariensi existentem in Cassoviensem, et alteram respective parochiales ecclesias beatæ Mariæ virginis in cœlum Assumptæ civitatis Szatmar-Memethiensis in Szathamaniensem respective cathedrales ecclesias eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo ereximus atque instituimus, ac prædictos scilicet Abaujvariensem et Sarossiensem, et Zempliniensem præfatæ Cassoviensis, reliquos vero Szathmariensem, Ugoossiensem, Ungrariensem, Bereghiensem, et Marmaroviensem respective comitatus hujusmodi sic, ut præfertur, sejunctos, et dismembratos una cum illorum respective districtibus, parochialibus ecclesiis localibus, cappellaniis, et cooperaturis prædictis dictæ Szath- Dismembrationes factæ pro erigenda nova dioecesi.

mariensis respective cathedralibus ecclesiis, ut præfertur, erectis, earumque respective futuris, et pro tempore existentibus præsulibus pro eorum respective territoriis, civitatibus, et diœcesibus eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo adjunximus, ac subjecimus, ac alias prout in diversis aliis Nostris literis desuper expeditis plenius respective continetur. Ut tandem ejusdem Francisci imperatoris, et regis vota in præmissis omnibus absolvantur, ejus precibus, etiam hac in parte Nobis delatis clementer annuere, illorumque Christifidelium spirituali bono ac saluti prospicere volentes.

Idem ut supra.

§. 4. Motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine in primis tam præfatam ecclesiam Agriensem, ut infra supprimendam, quam alias Scepusiensem, et Rosnaviensem respective cathedrales ecclesias prædictas eidem archiepiscopo Strigoniensi metropolitico jure, et respective subjectas, illorumque respective capitula a metropolitana ejusdem futuri, et pro tempore existentis archiepiscopi Strigoniensis jurisdictione, superioritate, et auctoritate illius consensui, attento quod ipsa metropolitana ecclesia Strigoniensis pastoris solatio destituta reperitur dicta apostolica auctoritate supplendo eadem apostolica auctoritate perpetuo respective eximimus, et liberamus. Dictamque ecclesiam cathedralem Agriensem, et in ea titulum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam cathedralitatis, nec non dignitatem episcopalem eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo supprimimus, et extinguimus.

Erectio civitatis Agriensis in episcopalem, et metropolitanam.

§. 5. Ac prædictam civitatem episcopalem Agriensem in civitatem episcopalem, ac metropolitanam, cum suis juribus, honoribus, et prærogativis, quibus aliæ civitates archiepiscopali sede præfulgentes, earumque cives fruuntur, et gaudent, nec non prædictam cathedralem ecclesiam Agriensem sic suppressam, et extinctam in archiepiscopalem, et metropolitanam ecclesiam sub eadem sancti Joannis invocatione, et in ea sedem, et dignitatem archiepiscopalem pro uno deinceps futuro archiepiscopo Agriensi nuncupato, qui pallii, et crucis usu aliorum archiepiscoporum more cum suis capitulo, sigillo, arca, mensa archiepiscopali, omnibusque aliis archiepiscopalibus insigniis, privilegiis, honoribus, et prærogativis archiepiscopo debitis, ac concessis, nec non juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis quibus aliæ metropolitanæ ecclesiæ, earumque præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, vel privilegio particulari utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo erigimus atque instituimus. Ac nomine titulo, et honore sedis archiepiscopalis, et metropolitanæ dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque decoramus, ac futurum, et pro tempore existentem dictæ metropolitanæ ecclesiæ Agriensis per Nos, ut præfertur, erectæ præsulem in archiepiscopum dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo declaramus. Eique ut cætera singula prout metropolitanis in eorum civitatibus, diœcesibus, provinciis a jure indultum existit facere, exercere, administrare, et exequi possit, simili apostolica auctoritate itidem perpetuo concedimus, et indulgemus.

Assignatio ecclesiarum suffraganearum.

§. 6. Ac præterea eidem metropolitanæ ecclesiæ Agriensi per Nos, ut præfertur, erectæ præfatas Cassoviensem, et Szathmariensem per Nos hodie similiter, ut præfertur, erectas, earumque futuros, et pro tempore existentes præsules, nec non Scepusiensem, et Rosnaviensem respective cathedrales ecclesias prædictas, earumque pariter modernos, et pro tempore existentes episcopos pro ejusdem futuri, et pro tempore existentis archiepiscopi Agriensis suffraganeis, qui tamquam membra capiti eidem futuro, et pro tempore existenti archiepiscopo Agriensi metropolitico jure subsint; ita quod ipse futurus, et pro tempore existens archiepiscopus Agriensis in Cassoviensi, et Szathmariensi, ac Scepusiensi, et Rosnaviensi respective civitatibus, et diœcesibus jus metropoliticum sibi vindicet, nec non Cassoviensi, et Szathmariensi, ac Scepusiensi, et Rosnaviensi ecclesiæ prædictæ eidem futuro, et pro tempore existenti archiepiscopo Agriensi ad omnia, et singula teneantur, et sint adstrictæ, ad quæ suffraganei suis metropolitanis ecclesiis, et illarum metropolitanis

tenentur, et obligati sunt, et obligantur secundum canonicas sanctiones dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo concedimus, et assignamus. Ac eidem futuro, et pro tempore existenti archiepiscopo Agriensi præfatos suos suffraganeos consecrandi, ad provinciales synodos evocandi, ac cum eis etiam publica negotia terminandi, et causas quarumcumque appellationum, sive querelas allatas ad eum tanquam metropolitanum, juxta decreta concilii Tridentini devolutas, ac allatas juxta sacrorum canonum statuta spectantes agnoscendi, omniaque alia, et singula quæ de jure, vel consuetudine, aut alias quoquomodo ad archiepiscopos, et archiepiscopale munus spectare, et pertinere solent, et debent faciendi, gerendi, exercendi, et exequendi plenam, et liberam auctoritatem concedimus, et facultatem.

Concessio privilegiorum pro capitulo metropolitano.

§. 7. Et insuper præfatos modernos, et pro tempore existentes capitulum, dignitates, et canonicos ipsius cathedralis ecclesiæ Agriensis, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ in capitulum, dignitates, et canonicos ejusdem metropolitanæ ecclesiæ Agriensis per Nos, ut præfertur, erectæ cum omnibus honoribus, prærogativis, et juribus, quæ ecclesiarum archiepiscopalium capitulis de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut aliis quomodolibet, non tamen ex indulto particulari conveniunt, et competunt eadem apostolica auctoritate perpetuo quoque substituimus, et subrogamus. Cum hoc tantum quod quilibet ex dictæ metropolitanæ ecclesiæ Agriensis per Nos, ut præfertur, erectæ canonicis nunc, et pro tempore respective existentibus summam millium, et quingentorum florenorum monetæ illarum partium pro sui præbenda percipere, et tam primodictus præpositus major, ut præfertur, nunciatus quam secundo dictus præpositus nunc, et pro tempore respective existentes ultra dictam summam; primodictus præpositus videlicet ex bonis primævæ erectionis quartam partem illorum fructuum, reddituum, et proventuum summam millium florenorum hujusmodi monetæ constituentium habere, et percipere; præpositus vero secundodictus duas villas ex antiqua pariter fundatione, quæ simul summam bis millium florenorum dictæ monetæ circiter annuatim, ut accepimus, inferunt cum obligatione in duos vicarios pro chori, et missarum celebrationis respective oneribus adimplendis manutenendi possidere respective debeant.

Præfinitio ambitus novæ archidiœcesis.

§. 8. Ac pro ambitu novæ archidiœcesis Agriensis ubi futurus, et pro tempore existens archiepiscopus Agriensis semper residere debebit comitatum Heressiensem, et in eo unam Heressiensem, ac aliam Maklariensem respective oppidorum, ac aliam Erdo Felch, ac aliam Fuzes Abonij, ac aliam Kiskova, ac aliam Komlo, ac aliam Mezo Farchany, ac aliam Pely, ac aliam Poroszlo, ac aliam Sarad Tarnasz Mihlos, ac aliam Fizna Nana, et reliquam Bessemsò respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, nec non Ivanha Jarmos respective locales cappellanias, ac unam Fuzes Abony, ac aliam Hesess, ac aliam Maklar, ac aliam Mezo Tarhany, et reliquam Erdo Felch respective nunciatas cooperaturas respective contentas. Nec non districtum medium Heressiensem, et in eo tres scilicet civitates Agrienses, ac aliam oppidi Herpeleth, nec non aliam Fel Debro, ac aliam Al Debro, ac aliam Domoszlo, ac aliam Eger Szalok, ac aliam Fel-Nemeth, ac aliam Felto Nana, ac aliam Kal, ac aliam Kapolna, et reliquam Keretsend respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac unam Bakra, ac aliam Markatsz, et reliquam Szolath respective nunciatas locales cappellanias, nec non unam Eger Szalok, ac aliam Kal, ac aliam Kapolna, ac aliam Herpeleth, ac alias quinque in Agria existentes respective cooperaturas, respective etiam contentas; nec non districtum super Hevessiensem, et in eo pariter unam Petervasara, ac aliam Balla, ac aliam Batonii, et aliam Batos, ac aliam Bodonii, ac aliam Eschi, ac aliam Doroghaza, ac aliam Erdo Hoverd, ac aliam Retsk, ac aliam Sirok, et reliquam Szenth-Ersebeth respective oppidorum respective parochiales ecclesias; nec non unam Bator, ac aliam Bodony, ac aliam Retsk Petervasaram, ac aliam Sirok, et reliquam Sz. Ersebeth respective nunciatas cooperaturas; ac districtum Trans-Tybiscanum, et in eo unam Figred, ac aliam Kun Sz. Martony respective oppidorum, ac aliam Deru

Vanya, ac aliam Kardszay Ujszallas, ac aliam Kenderes, ac aliam Ko-Felck, ac aliam Nagy Ivany, ac aliam Nagy Koni, ac aliam Fisza-Beò, ac aliam Fisza-Ors, ac aliam Fisza Piispotus, ac aliam Fisza Szaloh, ac aliam Joroh Sz. Mihlos, et reliquam Fior Kerc respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac duas Kunc Sz. Martony respective nunciatas cooperaturas respective comprehensas; ac districtum Inser Patheri, et in eo duas scilicet oppidi Gyongyos, et unam Adats, ac aliam Botzonad, ac aliam Deth, ac aliam Erf, ac aliam Fiiged, ac aliam Gyongyos Halarz, ac aliam Gyongyos Tarjany, ac aliam Karatsond, ac aliam Nagy Rede, ac aliam Mera, ac aliam Sar, et aliam Solymos, ac aliam Vamos Gyorh, et reliquam Visznek respective possessionum, seu terrarum respective quoque parochiales ecclesias, ac unam Gyongyos, et alteram Visonta respective locales cappellanias. Ac tres scilicet Gyongyos, ac aliam Deth, ac aliam Erh Karassond, ac aliam Sar Adats Gyongyos, et reliquam Halasz respective etiam nunciatas cooperaturas respective pariter contentas. Ac itidem districtum super Pathen, et in eo pariter unam oppidi Pasztò, ac aliam Aptz, ac aliam Esani, ac aliam Etsed, ac aliam Tantsal, ac aliam Orth, ac aliam Pata, ac aliam Szardoh Pyspohi, et reliquam Tar respective possessionum, seu terrarum respective quoque parochiales ecclesias, nec non duas Paszto, ac aliam Horth, ac aliam Pata Fantsal, et reliquam Csany respective nuncupatas cooperaturas respective pariter contentas. Ac itidem districtum Jarygio, et in eo unam Avok Trallas, ac aliam Jasz Apathus, ac aliam Jasz Bereny, ac aliam Hatyan, ac aliam Alsosz Gyorgy, ac aliam Bessentroy, ac aliam Dosa, ac aliam Felso Sz. Gyorgy, ac aliam Feng Szara, ac aliam Idkohalma, et aliam Kiss Er-respective oppidorum, ac aliam Ladamy, et reliquam Michaly Telke respective possessionum, seu terrarum respective, et parochiales ecclesias; nec non unam Alto Szent-Gyorgy, ac tres Aroh Szalas, ac alias tres Jarz Apalthi, ac alias tres Jasz Bereny, ac duas Fengy Szara, ac unam Ladany Jakoalma, ac aliam Dosa Felso Sz., et reliquam Gyorgy respective cooperaturas respective pariter contentas. Ac itidem comitatum Borsodiensem, nec non districtum Varkonyiensem, et in eo una scilicet Arlò, ac aliam Balatony, ac aliam Osernely, ac aliam Domahaza, ac aliam Sajo Nemethy, ac aliam Sata et reliquam Varkomii respective possessionum, seu terrarum respective quoque parochiales ecclesias, ac unam Arlo, et alteram Varkones respective cooperaturas respective etiam contentas. Ac districtum pariter Szendroviensem, et in eo unam scilicet oppidi Aparfalva, ac aliam Danhorvath, ac aliam Galgoez, ac aliam Sajocz Peter, ac aliam Szirak, ac aliam Szendrò, ac aliam Szukogy, et reliquam Edelems respective possessionum, seu terrarum respective pariter parochiales ecclesias, ac unam localem cappellaniam Szent Jakab nunciatam, ac duas Aparfalva, ac aliam Szirak, et alias duas Szendrò respective, et possessionum, seu terrarum respective quoque cooperaturas pariter respective contentas. Ac itidem districtum Missholeziensem, et in eo pariter unam oppidi Missolcz, ac aliam Aszalò, ac aliam Gorombоly, ac aliam Hamor, ac aliam Harsany, ac aliam Palhonya, ac aliam Sajo-Lad, ac aliam Sajo Szoged, ac aliam Szirma Bessenyo, et reliquam Fiszakierth respective et possessionum, seu terrarum respective, etiam parochiales ecclesias; nec non unam Onod, ac aliam Uiscutta, ac aliam Felso-Zsoltza, et reliquam Malgi respective locales cappellanias, nec non et unam Aszalò, ac aliam Harsany, ac aliam Dios Gyoo, ac alias duas Mysholez respective quoque cooperaturas itidem respective contentas. Ac ulterius districtum Mezo-Kovesdiensem, et in eo simili unam scilicet Abraham, et aliam Arok Fo, ac aliam Boyat, ac aliam Felso Sarhany, ac aliam Hereszles Piispoly, ac aliam Kiss-Tallya ac aliam Mezo-Koveds, ac aliam Novois, ac aliam Szent Istoams, ac aliam Szihalom, ac aliam Szomolya, ac aliam Sard, ac aliam Tybold-Darotz et reliquam Iseroz respective possessionum, seu terrarum respective, etiam parochiales ecclesias. Ac unam pariter Babolna, ac aliam Saly, et reliquam Szemuse respective et locales cappellanias, et similiter unam Hiss-Tallya, ac duas Meso-Hoverd, ac aliam Szent-Istrany, et reliquam Jan respective cooperaturas pariter respective contentas. Et insuper comitatum Szabolcsensem, ac districtum pariter Nagy Kallovien-

sem, et in eo similiter unam Nagy Kallò, ac aliam Nyir Egyhasa respective oppidorum, ac aliam Nyir Bator, ac aliam Orosz, ac aliam Posts-Petri, ac aliam Rakomaz, ac aliam Ratzfyerto, ac aliam Uj-Vensello, et reliquam Zathad respective etiam possessionum, seu terrarum respective quoque parochiales ecclesias. Ac itidem unam Berzel, et aliam Ibrany, ac aliam Nyir-Ádony, et aliquam Bogdany respective etiam possessionum, seu terrarum respective locales cappellanias, nec non unam cooperaturam Rakomatz nunciatam respective pariter contentas. Ac similiter districtum Kiss-Vardensem, et in eo unam pariter oppidi Kiss-Varda, ac aliam Lithe, ac aliam Bokta, et aliam Levelek, ac aliam Napkor, et reliquam Tass respective etiam possessionum, seu terrarum respective quoque parochiales ecclesias. Et similiter unam Ajak, et alteram Kopots-Apathy respective locales cappellanias similiter respective contentas. Ac demum districtum Polgaviensem, et in eo pariter unam scilicet oppidi Polgar, ac aliam Egyck, ac aliam Lok, et aliam Nadudvar, ac aliam Püspok-Ladany, ac aliam Szoboszlò, et reliquam Sardos respective etiam possessionum, seu terrarum respective etiam parochiales ecclesias, et unam cooperaturam Polgar nunciatam respective itidem contentas, nec non utriusque sexus personas, habitatores, et incolas tam laicos quam ecclesiasticos, presbyteros, beneficiatos, religiosos non tamen exemptos cujuscumque status, gradus, et conditionis existant in supradictis comitatibus, et districtibus respective existentes, et commorantes præfatæ metropolitanæ ecclesiæ Agriensis per Nos, ut præfertur, erectæ, illiusque futuro, et pro tempore existenti archiepiscopo pro suis civitate, et diœcesi, ac clero, et populo apostolica auctoritate prædicta itidem perpetuo concedimus, et assignamus, ac ordinariæ, et metropolitanæ futuri, et pro tempore existentis archiepiscopi Agriensis jurisdictioni, potestati, et auctoritati similiter apostolica auctoritate perpetuo quoque supponimus, et subjicimus.

Assignatio dotis mensæ archiepiscopalis.

§. 9. Et insuper mensæ archiepiscopali Agriensi pro illius dote, et ad hoc ut futurus, et pro tempore existens archiepiscopus Agriensis præsulis dignitatem decenter tueri valeat, annuam summam sexaginta millium florenorum dictæ monetæ ex fructibus, redditibus et proventibus bonorum archiepiscopalium, ut ex decimis regiis provenientem, et a prædicto Francisco imperatore et rege perpetuis temporibus præfinitam eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo constituimus et assignamus.

Concessio domus ab archiepiscopo inhabitandæ.

§. 10. Eidemque futuro et pro tempore existenti archiepiscopo Agriensi pro sua decenti habitatione palatium prope cathedralem ecclesiam Agriensem, ut præfertur, suppressam et extinctam, et in metropolitanam ecclesiam, ut præfertur, erectam existens, quod pro episcoporum Agriensium huc usque inserviit, apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuo adscribimus atque concedimus.

Reservatio jurispatronatus favore imperatoris, ejusque successorum.

§. 11. Ac præterea eidem Francisco imperatori et regi, ejusque in regno Hungariæ prædictæ successoribus jus nominandi, seu præsentandi infra tempus a jure præfixum Nobis, ac Romano pontifici pro tempore existenti personam idoneam ad prædictam metropolitanam ecclesiam Agriensem per Nos, ut præfertur, erectam, et a primæva illius erectione hujusmodi vacantem in archiepiscopum per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem prædictum præficiendam, tam hac prima vice, quam in singulis illius futuris vacationibus quomodolibet, non tamen apud Sedem apostolicam contingentibus, eoque prorsus modo quo ad nominationem, seu præsentationem hujusmodi olim episcopi Agrienses ab apostolica Sede prædicta præfici consueverunt. Nec non aliud itid m jus nominandi, seu præsentandi coram ordinario loci ad dignitates et canonicatus, et præbendas dictæ metropolitanæ ecclesiæ Agriensis per Nos, ut præfertur, erectæ quovis modo pro tempore vacaturas, et vacaturos personas itidem idoneas, ut antea apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuo reservamus, concedimus, et assignamus.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 12. Decernentes easdem præsentes semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore

quomodolibet spectabit in futurum firmiter et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legittima, etiam ex eo quod causæ propter quas eædem præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, vel intentionis Nostræ, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite de jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, legittima, juridica, pia privilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, et scientia similibus concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in judicio vel extra illud posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas et constitutiones apostolicas, aut cameræ apostolicæ regulas quomodocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum pro tempore existentium ad summi apostolatus apicem etiam motu et scientia similibus, etiam consistorialibus ex quibusvis causis, et sub quibusvis verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis etiam si in eis de eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendi; sed semper et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse; sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate fungentes, ac honore et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpetrandi facultate et auctoritate judicari et definiri debere; irritum quoque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 13. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque ecclesiæ Agriensis, ut præfertur, suppressæ et extinctæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus et personis sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere vel in specie etiam motu et scientia similibus pro tempore concessis, et concedendis; quibus omnibus et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, illorumque omnium et singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis haben- Derogatio contrariorum.

tes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide ad præmissorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Deputatio executoris apostolici.

§. 14. Per præsentes autem præfatum nuncium Nostrum in dicta civitate Viennensi, ut præfertur, commorantem, in executorem præsentium Nostrarum literarum apostolicarum, quoad illarum executionem tantum apostolica auctoritate prædicta deputamus, eidemque nuncio facultatem, ut ipse quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam in executione prædicta subdelegare libere et licite valeat. Ac tam ipsi, quam personæ ab eo subdelegandæ hujusmodi facultatem quoque, ut ipsi, et eorum quilibet super quacumque oppositione in actu executionis hujusmodi adversus præmissa, quomodolibet oritura servatis tamen, quæ fuerint de jure servanda etiam definitive pronunciare, libere quoque, et licite possint, ac respective possit, eadem apostolica auctoritate concedimus, et impertimur.

Præceptum de inscribendis fructibus in libris cameræ apostolicæ.

§. 15. Volumus autem, quod prædicta metropolitana ecclesia Agriensis per Nos, ut præfertur, erecta, juxta ejus redditus ex gratia speciali ad ter mille florenos auri de novo taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat, quodque in dicta metropolitana ecclesia Agriensi per Nos, ut præfertur, erecta futurus illius archiepiscopus pœnitentiariam præbendam, ad præscriptum concilii Tridentini instituat, ejus conscientiam desuper onerando.

Sanctio poenalis.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostræ exemptionis, liberationis, suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, decorationis, declarationis, concessionis, indulti, auctoritatis, ac facultatis concessionis, substitutionis, subrogationis, assignationis, adscriptionis, reservationis, licentiæ, et facultatis impertitionis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, quinto idus augusti, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXVI.

Dat. die 14 augusti 1804 anno V.

Erectio in insignem collegiatam cum indulto gestandi cappam pro archipresbytero, mozzetam vero violaceam supra rocchetum pro canonicis in perpetuum pro ecclesia matrice de Davoli Squillacensis diœcesis.

Dilecto filio vicario capitulari ecclesiæ Squillacensis, illius episcopali sede vacante, legitime deputato.

Pius PP. VII.

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni archipresbyter, et cappellani matricis ecclesiæ sub titulo sanctæ Barbaræ virginis, et martyris oppidi de Davoli Squillacensis diœcesis, quod cum ecclesia ipsa sufficienti patrimonii amplitudine, templi capacitate, sacrarum supellectilium copia, sacerdotum probitate, et doctrina, christianique populi frequentia inter alias istius diœcesis floreat, divinus in ea cultus, fideliumque devotio majora ibi susciperet incrementa, si eadem ecclesia in collegiatam per Nos, et hanc sanctam Sedem erigatur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censen-

tes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, discretioni tuæ, attento quod sedes episcopalis Squillacensis ad præsens vacat, per præsentes committimus et mandamus, quatenus prævia absolutione a præterito, quia archipresbyter, et cappellani insignia abusive gestarunt, ut ecclesiam sanctæ Barbaræ prædictam in insignem collegiatam cum omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, præeminentiis, exemptionibus, et indultis, quibus aliæ ecclesiæ collegiatæ hujusmodi quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, vel uti, frui, et gaudere consueverunt, auctoritate Nostra apostolica erigas, ac talem in futurum perpetuo esse, et fore constituas, eamdemque ecclesiam collegiatam insignem nuncupari, archipresbyterum dignitatem, et cappellanos canonicos pariter nuncupari, et haberi decernas, eorumque capitulares constitutiones, si ad normam sacrorum canonum fuerint exaratæ, adprobes, atque confirmes. Nec non eisdem modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus archipresbytero cappam magnam violaceam tela serica alba subsutam cum pellibus armellinis, canonicis vero mozzetam pariter violaceam limbo viridi circumdatam, supra rocchetum tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque respective gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, eadem auctoritate concedas, et indulgeas.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis; approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta augusti millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXVII.

Dat. die 14 augusti 1804 anno V.

Erectio terræ Fortii in civitatem.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. §. 1. Paterna, quam de Nostris et apostolicæ Sedis in temporalibus subditis gerimus cura, et sollicitudo postulat, ut locorum, et terrarum, quæ constanti in sanctam Romanam Sedem fide, et devotione eminuerunt, et eminent novis prærogativis, et honorificentiis decoremus.

Expositio precum. §. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii universitas, et homines terræ Nostræ Fortii Montis Alti diœcesis, terra ipsa cum ob suam in eamdem Romanam Sedem fidelitatem, sinceram, et incussam devotionem, tum etiam ob bellicam virtutem ab Innocentio IV. Nicolao itidem IV. Urbano VI. Eugenio IV. aliisque Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris multis, et amplis privilegiis locupletata fuerit, atque ornata, cumque eadem terra

a vetere suo splendore, et avitis virtutibus non modo non exciderit, sed etiam virorum ecclesiasticorum probitate, et doctrina, magistratuum prudentia, sacrarum ædium splendore, populique frequentia, et devotione superioribus temporum procellis magis perspecta, et probata, non mediocriter floreat, ac etiam collegiata insignis auctoritate apostolica, ut asseritur, illic erecta reperitur, itemque fratrum ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum conventus existat, nihilque eorum desideretur, quæ ad civitatem efformandam videntur opportuna, Nobis propterea eadem univesitas, et homines humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur, qui terram prædictam, illiusque universitatem, et homines præmissorum meritorum intuitu propensiori quodam benevolentiæ Nostræ complectimur affectu, terram ipsam novo apostolicæ beneficentiæ munere donare, et amplioris beneficentiæ prærogativa decorare volentes, ipsiusque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito dilecto filio magistro congregationis cardinalium negotiis civitatum, et terrarum status secretario, ac etiam motu proprio, et ex certa scentia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine terram Fortii prædictam in civitatem Fortii nuncupandam tenore præsentium perpetuo erigimus, et instituimus, eique civitatis titulum, ac denominationem, cum omnibus honoribus, juribus, prærogativis, ac decorationibus, quæ ceteris omnibus ditionis Nostræ pontificiæ civitatibus competere dignoscuntur, nec non magistratui ejusdem terræ in civitatem, ut præfertur, erectæ consuetis honoribus, et insigniis, quibus aliarum ejusdem ditionis civitatum magistratus de jure, usu, et consuetudine gaudere, seu quibus uti possunt pariformiter, et absque ulla differentia gaudere, potiri, et uti posse concedimus, et impertimur, ac ejusdem terræ incolas, et habitatores civium nomine decoramus, ita tamen, ut nunc, et pro tempore existens episcopus Montis Alti in ea residere minime teneatur; sed terra hujusmodi in civitatem sic erecta cathedrali ecclesiæ Montis Alti, ut prius, subjecta remaneat.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ propter quas præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia, quantumvis justa, legittima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, et inexcogitato, ac inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, rectractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scentia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvari posse, sed ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerarium, ac alios cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus

super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus apus sit, dictæ terræ, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta augusti millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 17 augusti 1804 anno V.

CCCXVIII.

Concessio tituli, et honoris basilicæ minoris favore ecclesiæ cathedralis Recinatensis

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. In summo apostolatus apice meritis licet imparibus constituti ad ecclesiarum omnium statum, quarum Nobis a Deo commissa est cura, propensis studiis animum jugiter adjicientes, illarum honorificentiæ, et splendori, quantum cum Domino possumus, libenter consulimus.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis exponi fecerunt dilecti filii capitulum et canonici cathedralis ecclesiæ Recinatensis, ipsa ecclesia antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, templi majestate, ac nitore, sacrorumque ministrorum in eo Altissimo famulantium numero, probitate, et doctrina non mediocriter floreat, ac præterea ipsa civitas Recinatensis singularissimo a Deo beneficio sit affecta, jam ex eo, quod celeberrimum in universo terrarum orbe sanctuarium Alma scilicet Domus, in qua *verbum caro factum est, et habitavit in nobis*, in ejus territorium e Dalmatia fuerit divinitus translata multum splendoris, et ornamenti ad dictam ecclesiam accederet, atque divinus in ea cultus majora susciperet incrementa, si eadem cathedralis ecclesia per Nos aliqua nova illustriori prærogativa donetur. Nobis propterea capitulum, et canonici prædicti humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, camdem cathedralem ecclesiam Recinatensem in basilicam minorem cum omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, præeminentiis, exemptionibus, et indultis, quibus aliæ ecclesiæ basilicæ minores quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui et gaudere consueverunt, auctoritate apostolica tenore præsentium erigimus, ac talem ex nunc in futurum perpetuo esse, et fore decernimus, dictamque ecclesiam basilicam nuncupari, et haberi volumus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum,

et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit dictæ ecclesiæ, et quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima augusti millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXIX.

Dat. die 21 augusti 1804 anno V.

Facultas mansionariis beneficiatis cathedralis Feretranæ, ut loco almutiarum mozzetam nigram cum asulis, et globulis cremisini coloris gestare possint.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum vestigiis inhaerentes illud sæpe concedendum arbitramur, ut viri Altissimo in templis magis cospicuis famulantes peculiaribus indumentis ad eorum munus exprimendum aptis utantur, quo externus etiam splendor quodammodo ad internum addatur, atque christiani populi in eos reverentia augeatur.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici ecclesiæ cathedralis Feretranæ, felicis recordationis Pius pp. VI. prædecessor Noster sub certis modo, et forma tunc expressis auctoritate apostolica ejusdem cathedralis dignitati, et canonicis tam nova splendiora insignia deferenda indulserit, cumque major cohærentia inesset, ac plus honorificentiæ adjungeretur, si quatuor etiam ipsius cathedralis mansionarii beneficiati novis decorentur insigniis. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes, et beneficiatos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, moderni, et pro tempore in perpetuum existentibus mansionariis beneficiatis dictæ cathedralis, ut loco almutiarum, quas adhuc gestare consueverunt, mozzetam nigram cum asulis, et globulis cremisini coloris tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibuscumque processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuslibet supra cottam gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque mansionarios beneficiatos desuper a quoquam impediri, et perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima augusti millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 31 augusti 1804. anno V.

CCCXX.

Unio, et applicatio cujusdam cappellaniæ una cum ejus oneribus parochiali ecclesiæ Agelli commissa ordinario pro moderno parocho villæ Agelli Spoletanæ diœcesis.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Nuper Nobis, exponi fecit dilectus frater Franciscus Talentoni parochus ecclesiæ s. Martini villæ Agelli Spoletanæ diœcesis, ecclesiasticam cappellaniam per quemdam jam vita functum Angelum Marinetti ejusdem villæ erectam testamento fuisse cum onere, ut cappellanus pro tempore duas missas quarta feria, et sabbato cujuslibet hebdomadæ sive in Beatæ Mariæ Virginis Gratiarum castri sanctæ Anatoliæ, sive in sancti Martini villæ Agelli ecclesia celebrare (licet nunc ex rescripto apostolico celebrentur in sancta Anatolia diebus festis,) nec non scholam publicam in eodem castro peragere, puerosque ibi tum christianæ fidei, tum literarum rudimentis deberet imbuere, jure ad cappellaniam hujusmodi nominandi ac præsentandi hominibus et consiliariis dicti castri relicto: bona tamen hæreditaria, super quibus cappellaniam testator fundaverat, auctoritate apostolica, hospitali infirmorum Spoletanæ civitatis addicta, applicataque subinde fuisse, injuncta hospitalis administratoribus deputatis obligatione solvendi quotannis scutata sexaginta cappellano prædicto, firmaque remanente recensitis hominibus et consiliariis nominatione ad cappellaniam juxta ordinationem testatoris. Sed progressu temporis graves in tali nominatione abusus irrepsisse, quos inter memoratur frater minorum observantium sancti Francisci a consiliariis et hominibus castri nominatus, ac pro lubitu institutus in cappellanum, eoque e vivis sublato, licet elapsi essent menses, quin ullus denuo nominatus fuisset, ac de suo propterea dicti consiliarii, et homines nominationis jure excidissent, nihilominus nominarunt presbyterum nullo quidem ad assequendam cappellaniam impedimento detentum, sed illum ordinario nomine præsentarunt, atque ut ab ordinarii curia canonice institueretur, penitus despexerunt. Hinc ut omnia in posterum rite recteque fiant, et major quoque ex hujusmodi cappellania universo illarum partium populo redundet utilitas, videri exponenti summopere profuturum, si eadem cappellania decernatur administranda perpetuo parochis pro tempore villæ Agelli; tum quia isthæc villa non longe abest a castro s. Anatoliæ, ac velut in medio consistit locorum, quæ castri ambitu continentur; tum quia data Agelli parochis perpetuitate magisterii publici a cappellaniæ fundatore præscripti totius consulitur de optata idoneitate magistri, tum quia et magnum exhinc accedet emolumentum parochiali ipsi ecclesiæ Agelli, cujus redditus, admodum sane tenues in præsenti, aucti deinceps per cappellaniam hujusmodi, accersituri erunt rectores, qui defectu congruæ non facile, nec cito, uti sæpe factum est, ecclesiam deserant, et de Eucharistiæ sacramento, quod ecclesiæ paupertas custodire non sinit, jugiter asservando curam suscipiant. Quapropter rogare humiliter, ac exorare, ut Nos in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus et mandamus, ut constito tibi de narratis, ac interesse habentibus in scripto auditis, servatoque hominibus et consiliariis castri sanctæ Anatoliæ jure nominationis, jam scilicet, ut ipsi deinceps parochum villæ Agelli semper præsentare debeant, atque præsentent, memoratam cappellaniam eidem parocho exponenti, ejusque pro tempore successoribus cum oneribus tum habendi publice in villa Agelli scholam prædictam, tum

celebrandi, seu celebrari faciendi diebus festis in villæ ipsius ecclesia missas a dicto fundatore ordinatas, tum jugiter asservandi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum in eadem ecclesia, auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et prudentia adjudices, atque attribuas, eamdemque cappellaniam parochiali ecclesiæ villæ Agelli sic, ut præfertur, incorpores ac perpetuo unias.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus praemissis, ac felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima augusti millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 7 septembris 1804 anno V.

CCCXXI.

Facultas Ubaldo Cassina archipresbytero Placentino utendi roccheto, et palmari pro se, et successoribus in perpetuum.

Dilecto filio Ubaldo Cassina familiari Nostro, et parochialis plebanæ ecclesiæ de Pomario Placentinæ civitatis archipresbytero.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Sinceræ fidei, ac devotionis affectus, quem erga Nos, et hanc sanctam Sedem gerere comprobaris, aliaque virtutum merita, quibus te præditum esse accepimus, Nos inducunt, ut honorificentiæ tuæ, successorumque tuorum archipresbyterorum libenter consulamus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi quidem Nobis nuper fecisti, quod tu, qui (ut asseris) sacræ theologiæ doctor, et plebanæ parochialis, et (ut asseritur) collegiatæ ecclesiæ de Pomario sub titulo sancti Vitalis Placentinæ diœcesis archipresbyter, et prima dignitas existis, ac etiam inter prælatos Nostros domesticos es recensitus, quo major eidem archipresbyterali dignitati splendor accedat, facultatem deferendi rocchetum, utendique palmari, vulgo bugia, tibi, successoribusque tuis per Nos concedi plurimum desideras.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos itaque, attentis etiam desuper relationibus venerabilis fratris Gregorii episcopi Placentini, te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, successoribusque archipresbyteris dictæ ecclesiæ sancti Vitalis in perpetuum, ut rocchetum tam in dicta ecclesia, quam extra eam in quibusvis processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, nec non palmari vulgo bugia, in quibusvis presbyteralibus functionibus uti libere, et licite possis, et valeas, dictique tui successores pariter possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, teque, successoresque prædictos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus fe. rec. Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 8 septembris 1804 anno V.

CCCXXII.

Confirmatio decreti pro beneficiatis basilicæ Vaticanæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Procemium.

§. 1. Inter multiplices, quæ in commisso Nobis apostolatu Nos undique urgent, sollicitudines nihil habere antiquius duximus, quam fidelium mentes, eorumque magis, qui in sortem Domini vocati sunt, in mutuæ dilectionis, perpetuæque concordiæ officiis tueri, ut unanimes semper corde, et spiritu pacem invicem habeant inter se, et in vinculo pacis tamquam corpus compactum charitate perfecta singula corporis membra crescant, in illo per omnia, qui est caput Christus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis dilecti filii beneficiati basilicæ Vaticanæ fecerunt, editum nuper esse vi specialis Nostræ delegationis legale decretum, quod benevolum Nobis ipsorum respicit cœtum, tenoris ut sequitur.

Henricus miseratione divina episcopus Ostiensis, et Veliternensis cardinalis dux Eboracensis nuncupatus, sacri collegii decanus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vice cancellarius, basilicæ principis apostolorum de urbe archipresbyter, ecclesiæ sancti Laurentii in Damaso commendatarius.

Tenor decreti

§. 3. Ad fovendum mutuæ charitatis studium, quam pro munere nostro in clero Vaticano magis in diem clarescere vehementer optamus, voluntatique obtemperantes summi pontificis, qui nobis in mandatis dedit, ut modum statueremus, quo in posterum convenire debeant canonici, ac beneficiati Vaticanæ basilicæ, quando pari numero ad suffragium simul ferendum, seu ad consulendum utrique cœtui jus est. Utendo tum facultatibus dignitati nostræ competentibus, tum apostolica qua fungimur delegatione, vigore rescripti præinserti diei 13. augusti decernimus, statuimus, ac mandamus, ut uterque tum canonicorum, tum beneficiatorum cœtus mutuo honore, ac benevolentia se se prosequentes, eo ordine in aula capitulari in posterum sedeant, consulant, ac suffragium ferant, ut canonici dexterum aulæ latus teneant, beneficiati vero sinistrum. Sedilia vero, quæ quoad structuram immobilia, et æqualia modo sunt, ita perpetuo sint, et persistant. Canonicorum sedilia aulæo instructa atque ornata sint una cum substrato; beneficiatorum vero substrato tantum panni viridis coloris; ita ut sedilia canonicorum hoc præscripto modo uti nobiliora, ac sublimiora habeantur, beneficiatorum vero inferiora uti præseferunt notissima decreta s. Visitationis, quæ sane decreta attentis rerum omnium circumstantiis in præsenti casu, nec non facultatibus nobis ut supra competentibus, ita accipienda, interpretanda, atque exequenda esse declaramus, decernimus, statuimus, mandamus, ac volumus, atque ita auditis etiam tum voce, tum scriptis utriusque partis deputatis, sublata omni lite perpetuum silentium utrique parti imponimus.

Ita etc. omni etc.

Datum Tusculi die 15 sept. 1804.

Henricus card. archiep.

Confirmatio apostolica.

§. 4. Quo vero decretum hujusmodi firmius subsistat, exactiusque servetur, illud per Nos beneficiati prædicti auctoritate apostolica approbari, et confirmari vehementer desiderant, enixisque humiliter precibus a Nobis efflagitant. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum decretum, ac omnia, et singula in eo contenta, auctoritate apostolica tenore præsentium rata, et valida habemus, et declaramus, illisque perpetuum, ac inviolabile apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos, tam juris, quam facti defectus, si quos desuper quo-

modolibet intervenisse contingerit, plenarie sanamus, atque supplemus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac prædictis beneficiatis, eorumque pro tempore successoribus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit, memoratæ basilicæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXIII.

Dat. die 11 septemb. 1804. anno V.

Confirmatio decreti congregationis Rituum super adprobatione electionis s. Sebastiani martyris in protectorem principalem loci de Lanxaron Granatensis diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii clerus, populusque loci de Lanxaron Granatensis diœcesis, quod ipsi ab infrascripta venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium congregatione obtinuerunt decretum tenoris sequentis, videlicet.

Tenor decreti editi a sacra congregatione Rituum.

§. 2. Sacrorum Rituum congregatio, referente eminentissimo et reverendissimo domino cardinale Litta ponente, ad humillimas preces cleri, et populi loci de Lanxaron Granatensis diœcesis, supplicantium pro confirmatione electionis sancti Sebastiani martyris in patronum principalem dicti loci nuper ab iisdem factæ, accedente etiam assensu reverendissimi archiepiscopi, cum noverit hujusmodi electionem servatis servandis, et juxta præscriptum in decreto sa. me. Urbani pp. VIII. die xxiii. martii MDCXXX. edito, legitime factam fuisse, eamdem confirmavit, et approbavit, prædictique s. Sebastiani sic in patronum principalem electi festivitati prærogativas omnes sanctorum patronorum principalium festis competentes attribuit, atque concessit. Die i. septembris MDCCCIV.

Julius Maria cardinalis de Somalia S. R. C. præfectus.
M. A. Cattaneo S. R. C. secr. etc.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, dicti exponentes, quo præinsertum decretum firmius subsistat, et servetur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent, Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis mo-

do, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, idem decretum, et singula in eo contenta, et expressa auctoritate apostolica, tenore præsentium, confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis, et perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictæ villæ, et diœcesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die undecima septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXIV.

Dat. die 11 septemb. 1804. anno V.

Pensio super fructibus mensæ episcopalis Tirasonensis, alias favore hospitii Cæsaraugustani reservata nunc in perpetuum beaterio civitatis Tirasonensis assignatur.

Pius episcopus
Servus servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In supremo apostolicæ Sedis solio, Romanus pontifex, cum potestatis plenitudine a Domino collocatus, ea omnia, quæ pro locorum piorum existentia, et congrua dotatione necessaria dignoscuntur, nunquam concedere dubitat, prout in Domino salubriter conspicit expedire.

Ratio concessionis

§. 2. Significavit Nobis dilectus filius eques Antonius de Vargas y Laguna, charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici, apud Nos, et apostolicam Sedem plenipotentiarius administer, ex parte et nomine ejusdem Caroli regis, quod pro meliori existentia loci pii hospitii nuncupati in civitate Tirasonensi erecti, attenta illius reddituum tenuitate, mediante infrascriptæ pensionis assignatione, a Nobis plurimum prædicti hospitii substentationi consultum foret.

Similis ut supra.

§. 3. Cum autem alias super fructibus, redditibus, et proventibus mensæ episcopalis ecclesiæ Tirasonensis pensio annua quatuor centum trium ducatorum auri de camera, et juliorum decem monetæ Romanæ favore loci pii beaterii nuncupati, sive domus eruditionis civitatis Cæsaraugustanæ apostolica auctoritate ad quatuordecim annos pluribus vicibus prorogatos reservata reperiatur, ideo si pars ejusdem pensionis, in summa videlicet biscentum octodecim ducatorum auri de camera hujusmodi, et juliorum novem monetæ Romanæ, cum tribus quartis ejusdem julii a beaterio prædicto abdicaretur, et antedicto Tirasonensi hospitio a Nobis in perpetuum assignaretur, ea quæ eidem hospitio, pro illius commodiori existentia, necessaria dignoscuntur, opportune subministrarentur.

Similis ut supra.

§. 4. Et ne beaterio antedicto, mediante pensionis hujusmodi assignatione damnum aliquod afferatur, si pariter alia pensio in simili sum-

ma biscentum octodecim ducatorum auri de camera hujusmodi, et juliorum novem cum tribus quartis ejusdem julii monetæ Romanæ prædictæ super fructibus, redditibus, et proventibus mensæ archiepiscopalis ecclesiæ Cæsaraugustanæ, jam in actu ipsius archiepiscopalis ecclesiæ collationis, et provisionis, in summa, quæ tertiam illorum fructuum, redituum, et proventuum partem non excederet, pro personis a præfato Carolo rege nominandis, apostolica auctoritate reservata, eidem beaterio similiter assignaretur, nullam certissime jacturam subire conspiceretur.

Tenor concessionis

§. 5. Quamobrem, ut benevolentia Nostra tam erga prædictum catholicum regem, quam erga Christi fideles omnes pro illorum spirituali, ac temporali bono semper ostendatur; ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, partem antedictæ pensionis super fructibus mensæ episcopalis Tirasonensis, alias, ut præfertur, favore beaterii antedicti, sive domus eruditionis civitatis Cæsaraugustanæ, assignatæ quoad summam dumtaxat biscentum octodecim ducatorum auri de camera hujusmodi, et juliorum novem cum tribus quartis Romanæ monetæ, per præsentes disjungimus, eamque hospitio civitatis Tirasonensis, cum exemptionibus, clausulis, decretis, et derogationibus, quibus per apostolicam Sedem beaterio prædicto alias reservata reperitur pari auctoritate vigore præsentium, hospitio antedicto civitatis Tirasonensis perpetuo concedimus, et assignamus, nec non quatenus opus sit, pro illius congrua dotatione et subsistentia de novo etiam ad ejus favorem reservamus.

Impositio novæ pensionis.

§. 6. Postmodum vero, ad quodcumque antedicti beaterii, ex hujusmodi disjunctione, damnum avertendum, ad aliam pensionem annuam ab omni, et quacumque onere novo et vetere, nunc imposito et pro tempore quomodolibet imponendo, ac alias in omnibus, et per omnia, et omnino quoad omnia liberam, immunem, et exemptam jam usque ad tertiam mensæ archiepiscopalis Cæsaraugustanæ fructuum partem in actu illius provisionis, ut præfertur, reservatam, pro rata tamen aliorum biscentum octodecim ducatorum auri de camera similium, et juliorum pariter novem monetæ Romanæ prædictæ, cum tribus quartis ejusdem julii similis, super omnibus et singulis, tam certis, quam incertis supradictæ mensæ archiepiscopalis Cæsaraugustanæ redditibus, et proventibus in quacumque re consistentibus, et undecumque provenientibus, beaterium antedictum earumdem tenore præsentium perpetuo nominamus.

De solutione pensionis quolibet anno facienda.

§. 7. Eisdemque hospitio, ac beaterio prædictis, et pro eis respective illorum rectoribus, sive præsulibus, aut administratoribus, vel deputatis, atque etiam eorum procuratoribus legitimis per venerabiles fratres Nostros modernos, et pro tempore existentes ipsarum ecclesiarum Cæsaraugustanum archiepiscopum, et Tirasonensem episcopum, et successores eorum ecclesias prædictas successive quomodolibet obtinentes annis singulis in termino, seu terminis inter partes statuendis integre, et absque ulla etiam minima diminutione persolvendas, et per rectores, seu præsules, aut administratores, vel deputatos eorumdem locorum piorum hospitii videlicet, et beaterii prædictorum, seu eorum legitimos procuratores percipiendas, exigendas, levandas, et in hospitii, ac beaterii præfatorum usus, et utilitatem convertendas perpetuis futuris temporibus respective assignamus, et quatenus opus sit, tam ad hospitii, quam beaterii prædictorum favorem, pensiones supradictas apostolica auctoritate etiam de novo in perpetuum constituimus, et reservamus; decernentes archiepiscopum, et episcopum prædictos, eorumque successores præfatos ad integram dictarum pensionum respectivam solutionem juxta reservationes, constitutiones, et assignationes prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos.

Clausulæ salutares.

§. 8. Et insuper pensiones hujusmodi, per præsentes, quatenus opus sit, etiam de novo reservatas, etiam si extra consistorium Nostrum secretum, et absque venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio, reservatio hujusmodi facta extiterit, ex quovis prætextu, vel qualibet causa, etiam juridica, pia, aut privilegiata ad minorem summam reduci, annullari, vel invalidari, minusque illius reservationem infringi, aut nullam dici,

nec non easdem præsentes de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, ac quocumque alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut in jus, vel controversiam vocari, aut adversum illam quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu proprio, et ex certa scientia concesso et impetrato quempiam uti, seu se juvari posse, sed eas semper validas et efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, perinde ac si pensiones prædictæ per præsentes assignatæ, in consistorio Nostro secreto, et de eorumdem fratrum consilio, ac de consensu etiam illorum, qui pensiones supradictas solvere debebunt, respective reservatæ fuissent; sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales præfatos, etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios judicari, et definiri debere, et quid quid secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 9. Quocirca dilectis filiis magistro Nicolao Riganti in utraque signatura Nostra referendario, ac archiepiscopi Cæsaraugustani, et episcopi Tirasonensis prædictorum respective officialibus, nec non ecclesiarum Cæsaraugustanæ, et Tirasonensis, etiam respective antiquioribus canonicis per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate Nostra pensiones per præsentes, ut supra assignatas, et respective reservatas, juxta reservationis, constitutionis, et assignationis prædictarum, ac decreti Nostri hujusmodi continentiam, et tenorem integre persolvi, contradictores per censuras ecclesiasticas, appellatione postposita compescendo.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis, editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictarumque Cæsaraugustanæ, et Tirasonensis respective ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quomodolibet forsan concessis, approbatis, et innovatis, ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, pensiones annuas super mensarum archiepiscopalium, et episcopalium fructibus, redditibus, et proventibus, nisi ex concessionis, aut alia probabili causa reservari prohibentis; quibus omnibus et singulis etiamsi de illis eorum tenores specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma, ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie latissime et plenissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque; aut si archiepiscopo, et episcopo præfatis, eorumque in archiepiscopatu Cæsaraugustano, et episcopatu Tirasonensi respective successoribus, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab apostolica sit Sede indultum, quod ad præstationem, vel solutionem pensionis alicujus minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Fides habenda transumptis.

§. 11. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici, aut alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ subscriptis, ac sigillo munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 12. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostræ nominationis, reservationis, decreti, statuti, voluntatis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsum-

pserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, quarto idus septembris, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXV.

Dat. die 11 septemb. 1804 anno V.

Confirmatio decreti congregationis Rituum pro clero, et populo villæ de Lauxar Granatensis diœcesis super adprobatione electionis sancti Vincentii martyris in protectorem principalem dictæ villæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii clerus, populusque villæ de Lauxar Granatensis diœcesis, quod ipsi ab infrascripta venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium congregatione obtinuerunt decretum tenoris sequentis videlicet.

Tenor decreti editi a sacra congregatione Rituum.

§. 2. Humillimis precibus cleri, et populi villæ de Lauxar Granatensis diœcesis sacra Rituum congregationi porrectis pro confirmatione electionis s. Vincentii martyris in patronum principalem dictæ villæ, sacra eadem congregatio, accedente etiam reverendissimi archiepiscopi assensu, ad relationem eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis Erskine ponentis, attento quod hujusmodi electio servatis servandis, et juxta præscriptum in decreto sa: me: Urbani pp. VIII. die 23. martii 1630. edito a præfatis oratoribus nuper legitime facta fuerit, benigne confirmavit, et approbavit, ac ipsius s. Vincentii martyris sic in patronum principalem electi festivitati prærogativas omnes sanctorum patronorum principalium festis competentes attribuit atque concessit. Die 1. septembris 1804.

Julius M. card. de Somalia S. R. C. præfectus

M. A. Cattaneo S. R. C. prot.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, dicti exponentes, quo præinsertum decretum firmius subsistat, et servetur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent; Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, idem decretum, et singula in eo contenta, et expressa auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis, et perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictæ villæ et diœcesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub

annulo piscatoris die undecima septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 11 septembris 1804 anno V.

CCCXXVI.

Confirmatio decreti congregationis Rituum super adprobatione electionis s. Antonii abbatis in protectorem principalem pro loco de Sopontusar Granatensis diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii clerus, et populus loci de Sopontusar Granatensis diœcesis, quod ipsi ab infrascripta venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium congregatione obtinuerunt decretum tenoris sequentis, videlicet.

Tenor decreti editi a sacra congregatione Rituum.

§. 2. Ad humillimas preces cleri et populi loci de Sopontusar Granatensis diœcesis sacrorum Rituum congregationi supplicantium pro approbatione electionis ab ipsis factæ s. Antonii abbatis in patronum principalem supradicti loci; sacra eadem congregatio, accedente etiam assensu reverendissimi archiepiscopi, ad relationem eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis Crivelli ponentis, attento quod hujusmodi electio servatis servandis, et juxta præscriptum in decreto sa: me: Urbani pp. VIII die xxiii martii MDCXXX edito legitime facta fuerit, eamdem confirmavit, et approbavit, prædictique s. Antonii abbatis sic in patronum principalem electi festivitati prærogativas omnes sanctorum patronorum principalium festis competentes attribuit, atque concessit die 1. septembris MDCCCIV.

Julius Maria card. de Somalia S. R. C. præfectus

M. A. Cattanio S. R. C. prot.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Cum autem sicuti in eadem expositione additum erat, dicti exponentes, quo præinsertum decretum firmius subsistat, et servetur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent; Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, idem decretum, et singula in eo contenta, et expressa auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis, et perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictæ villæ, et diœcesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die undecima septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto. Derogatio contrariorum.

CCCXXVII.

Dat. die 11 septembris 1804 anno V.

Confirmatio decreti congregationis Rituum super adprobatione electionis s. Antonii abbatis in protectorem principalem villæ de Torviscon Granatensis diœcesis pro clero et populo dictæ villæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii clerus, et populus villæ de Torviscon Granatensis diœcesis, quod ipsi ab infrascripta venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium congregatione obtinuerunt decretum tenoris sequentis videlicet.

Tenor decreti s. congregationis Rituum.

§. 2. Electo nuper a clero, et populo villæ de Torviscon Granatensis diœcesis s. Antonio abbate in patronum principalem dictæ villæ, modo ex parte ejusdem cleri et populi pro confirmatione præfatæ electionis sacrorum Rituum congregationi supplicatum fuit, et sacra eadem congregatio, accedente etiam reverendissimi archiepiscopi assensu, referente eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Caracciolo ponente, attento quod hujusmodi electio servatis servandis et juxta præscriptum in decreto sacræ memoriæ Urbani papæ VIII. die xxiii martii MDCXXX edito legitime facta fuerit, eamdem confirmavit, et approbavit, prædictique sancti Antonii abbatis sic in patronum principalem electi festivitati, prærogativas omnes sanctorum patronorum principalium festis competentes attribuit, atque concessit die i. septembris MDCCCIV.

Julius Maria card. de Somalia S. R. C. præfectus.

M. A. Cattaneo S. R. C. prot.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, dicti exponentes, quo præinsertum decretum firmius subsistat, et servetur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent; Nos ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, idem decretum, et singula in eo contenta, et expressa auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis, et perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictæ villæ, et diœcesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die undecima septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 13 septembris 1804 anno V.

CCCXXVIII.

Territorium nuncupatum Villæ Real alias diœcesis Elvensis, diœcesi Pacensi subjicitur.

Pius Episcopus
Servus servorum Dei

Dilecto filio Nostro, et Sedis apostolicæ nuntio in Hispaniarum regnis commoranti salutem, et apostolicam benedictionem.

Memorantur aliæ literæ apostolicae, quibus constituti fuerunt fines dioecesis Pacensis.

§. 1. Alias certiores facti a carissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum rege, quod vigore concordatorum inter ipsum ex una, et dilectissimum in Christo filium Nostrum Joannem principem regnorum Portugalliæ, et Algarbiorum regentem ex altera partibus sub die vi. mensis junii anni Domini millesimi octingentesimi primi initorum eorumdem respective regnorum fines ad Anæ vulgo Guadianæ fluminis ripas statuti fuerint: Nos per alias Nostras sub plumbo expeditas literas datas sexto idus octobris elapsi anni Domini millesimi octingentesimi secundi, pontificatus vero Nostri anno tertio, territorium oppidi civitatis nuncupati de Olivencia temporali dominio ipsius catholici regis ad præsens subjectum cum omnibus, et singulis dependentiis, et adnexis a diœcesi Elvensi abdicavimus, et separavimus, eumdemque diœcesi Pacensi incorporavimus, dictarumque literarum exequutionem tibi commisimus.

Ratio concessionis.

§. 2. Nunc autem præfati catholici regis nomine a dilecto filio equite Antonio de Vargas y Laguna ejus apud Nos, et apostolicam Sedem plenipotentiario administro expositum fuit, quod inter alia per supradicta concordata eidem Carolo regi cessa loca, ille quoque ultra prædictum territorium numeratur, qui vulgo dicitur Villa Real, qui sub spirituali jurisdictione præfati episcopi Elvensis pariter existebat, simulque Nobis fuit enixe supplicatum, ut iisdem urgentibus de causis, ob quas antedictum territorium de Olivencia a diœcesi Elvensi disjunctum, et Pacensi diœcesi fuit incorporatum territorium etiam Villæ Regalis ab Elvensi diœcesi dismembratum, et diœcesi Pacensi absque ulla mora similiter unitum censeatur, alioquin gravia curæ animarum illorum Christifidelium damna orientur.

Revocatio præcedentium literarum.

§. 3. Nos idcirco talibus adducti rationibus ad omnes amovendas, dubitationes, et quascumque difficultates præcavendas, quæ super exercitio spiritualis animarum regiminis in earumdem animarum præjudicium forent pertimescendæ, mentem Nostram clarius, distinctiusque aperiendo motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine per præsentes tibi committimus, et mandamus, ut priores Nostras literas ad prædictum locum Villæ Regalis extensas, ipsumque locum cum suo territorio, ac populo, omnibusque tam laicis, quam ecclesiasticis sæcularibus, et regularibus personis, ecclesiis, et monasteriis, si qui sint, aliisque rebus in illo consistentibus, nec non quibuscumque juribus, ac pertinentiis a supradicti episcopi Elvensis jurisdictione, potestate, et superioritate perpetuo dismembratum, disjunctum, et separatum, ac moderni, et pro tempore existentis episcopi Pacensis auctoritati, et jurisdictioni perpetuo subjectum, ejusque diœcesi unitum, adnexum, et incorporatum nuncies, atque declares, perinde ac si locus Villæ Regalis cum suo territorio, omnibusque ei adnexis in prioribus literis Nostris fuisset expresse commemoratus, atque descriptus: et ad hujusmodi effectum eodem modo, quo in anterioribus literis Nostris potestatem impertimur, quamcumque aliam personam idoneam in ecclesiastica dignitate constitutam pro præsentium quoque exequutione subdelegandi, facultatesque omnes, et singulas concedimus, quæ ad præmissorum plenarium effectum necessariæ erunt, atque opportunæ.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernimus propterea declaratorias hasce literas Nostras sub iisdem derogatoriis, aliisque clausulis comprehendi, quæ in prioribus Nostris superexpressis literis fusius enunciantur; ideoque ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, volumus inviolabiliter observari, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit at-

tentari, irritum, et inane pariter decernimus. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, idibus septembris, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXIX.

Dat. die 17 septembris 1804 anno V.

Facultas magistratibus Pisaurensibus utendi veste oblonga nigra, ac etiam torque aureo pro primo confalonerio, nec non duobus accensis cum clava, umbella, atque apparitoribus in numero, et qualitate per provinciæ gubernatorem præfigendis, et postea adprobandis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Paterna Nostra solicitudo erga Nostros, et Romanæ apostolicæ Sedis in temporalibus subditos Nos movet, ut eorum votis, quantum cum Domino possumus benigne annuamus, eosque specialibus gratiis libenter prosequamur. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii communitas, et homines civitatis Nostræ Pisaurensis, civitas ipsa antiquitatis laude, cleri splendore, patritiorum virtute, civium probitate, ac in universum constanti in Romanos pontifices, Sedemque prædictam vel dificillimis temporibus perspecta, et probata fide non parum floruerit, et floreat, magistratusque habeat prudentia, morumque integritate præditos.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos qui civitatem prædictam, ejusque communitatem, et homines præmissorum meritorum intuitu propensiore quodam benevolentiæ Nostræ complectimur affectu, magistratus hujusmodi aliquo beneficentiæ Nostræ munere decorare, et amplioribus honorificentiæ prærogativis ornare volentes, atque eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus primo confalonerio, ut vestem sericam nigram oblongam vulgo robone, et torquem aureum, reliquis veró dictæ civitatis magistratibus, ut eamdem vestem oblongam sine torque deferre, et gestare; nec non umbellam, et duos accensos cum clava, itemque apparitores honorarios, seu corporis custodes in numero, et qualitate per modernum Nostrum illius provinciæ gubernatorem præfigendos, ac ab ipsis magistratibus eligendos, et successive a dicto moderno, et pro tempore existente gubernatore in scriptis semper adprobandos, et sic adprobatos patentalibus literis per ipsos magistratus muniendos pro hujusmodi officio suscipiendo, atque gerendo, palam præferre, vel circumferre, illisque in publicis actibus, et functionibus uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque magistratus desuper a quoquam impediri, molestari, aut perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ civitatis Pisaurensis, aliarumque civitatum status Nostri Ecclesiastici etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 25 septembris 1804 anno V.

CCCXXX.

Incorporatio perpetua ecclesiæ, conventus, et bonorum olim ad canonicos regulares ordinis sanctissimæ Trinitatis spectantium pro mulierum conservatorio secessus de Cruce de urbe.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Pastoris aeterni vices gerentes in terris in illud præsertim Nostram omnem solicitudinem, et curam impendendam esse arbitramur, ne gaudium, quod est in cœlis super uno peccatore pœnitentiam agente aliquando cesset propter ejus in culpas recidentiam, ut plerumque fit, si non modo malum, sed vel ipsæ quoque mali occasiones amoveantur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi quidem Nobis nuper fecit dilectus filius Fortunatus Pinchetti presbyter et muliebris conservatorii secessus de Cruce nuncupati hujus almæ Nostræ urbis director, quod cum nonnullæ ætate florentes mulieres celtica, seu venerea lue affectæ in nosocomio s. Jacobi incurabilium dictæ urbis cum corpore, tum animo satis convaluissent, postea ex eodem nosocomio dimissæ, ac ab omnibus derelictæ in maximo versabantur periculo ad priorem lubricam vivendi rationem redeundi. Deplorabilem ipsarum conditionem miseratus dilectus filius presbyter Cyrus de Paolis domunculam apud nosocomium prædictum illis aperuit, in qua et salutaribus alerentur institutionibus, et in fœmineis operibus se exercerent, adhibita etiam benefica diligentia dilectæ in Christo filiæ Mariæ Theresiæ Crucifixæ tertii ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, quam dictis mulieribus præfecit, atque ita fundamenta jecit dicti conservatorii secessus, ubi nunc multæ degunt mulieres, quæ Magdalenam errantem prius sectatæ, mox eamdem inclytam pœnitentem sequi gloriantur, pluresque etiam advenirent, ibique constanter perseverarent, nisi loca, et alia necessaria deessent. Cum itaque, sicut in eadem expositione additum erat, ecclesia s. Franciscæ Romanæ sita in urbis regione viæ Felicis nuncupatæ, et adnexus conventus jam canonicorum regularium ordinis sanctissimæ Trinitatis provinciæ Italicæ desertus remanserit, eo quod dilectus filius Felix Bono unicus dicti conventus superstes ad statum presbyteri sæcularis auctoritate apostolica translatus, prævia ad ejus vitam dumtaxat assignatione usus fructus cujusdam Sabini prædii ad dictum conventum spectantis Chiorano nuncupati in titulum patrimonii sacri, ab urbe discesserit, ac reliquis ipsius conventus bonis dilecto filio Nostro Julio Mariæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali de Somalia nuncupato in dicta alma urbe vicario in spiritualibus generali per Nos in administrationem datis, donec et quoad ex illorum redditibus, creditoribus satisfieret, idcirco dictus Fortunatus, qui pro administratione hujusmodi gerenda a memorato Julio Maria cardinali subdelegatus reperitur derelictam ecclesiam, et conventus hujusmodi aedes cum suis pertinentiis universis memorato conservatorio per Nos, et hanc sanctam Sedem perpetuo addici, et attribui summopere desiderat ad majorem Dei gloriam, et dictarum pœnitentium utilitatem; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsum Fortunatum et mulieres prædictas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ac motu etiam proprio, et certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, concessam deputationem administrationis prædictæ revocantes, memorato conservatorio secessus dictam ecclesiam s. Franciscæ cum sacello, et singulis reliquis ejus partibus, itemque prædictum conventum desertum a canonicis dictæ congregationis, ejusque hortulum, et aedes cum omnibus, et singulis bonis, juribus, et pertinentiis uni-

Tenor concessionis.

versis, ac etiam cum singulis oneribus quomodolibet ecclesiæ, et conventui hujusmodi adnexis addicimus in perpetuum, et attribuimus. Nec non memoratum Sabinum prædium Chiorano immediate post subsequutum dicti Felicis obitum motu, et potestate similibus in perpetuum pariter ex nunc, prout ex tunc, et e contra concedimus, et assignamus; ita tamen ut ipsum conservatorium extincti conventus creditoribus satisfacere teneatur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, neque ex alia quacumque quantumvis legitima, juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, quantumvis magno, et substantiali, ac individuam expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, sed ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dicti conservatorii mulieribus, atque illis ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non, quatenus opus sit, provinciæ, et ordinis sanctissimæ Trinitatis hujusmodi statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die vicesima quinta septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXXI.

Dat. die 25 septembris 1804 anno V.

Confirmatio concordiæ initæ inter patronos ecclesiæ B. M. Virginis nuncupatæ = della Piazza = civitatis Anconæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Pastoralis Nostra solicitudo exigit, ut majori Dei gloriæ, ac Nostrorum, et S. R. E. in temporalibus subditorum concordiæ, prout res, tempusque postulat, efficaciter consulamus. Cum itaque, sicut accepimus, templum collegiatæ et parochialis ecclesiæ sub titulo B. Virginis Mariæ vulgo della Piazza nuncupatæ de jure patronatus, ut asseritur, dilectorum filiorum communitatis, et hominum civitatis Nostræ Anconitanæ superioribus calamitosissimis temporibus profanatum, atque ita expilatum, vastatumque remansisset, ut rebus postea divina providentia restitutis, communitas prædicta impar omnino esset sumptibus faciendis pro ejusdem templi reparatione; hos hac potissimum de caussa capitulum, et canonicos dictæ collegiatæ per rescriptum dilecti filii magistri Diomedis Carafa congrega-

Memorantur vicissitudines, quibus ecclesia subjecta fuit, et jurgia suborta inter illius patronos

tionis venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum secretarii ad ecclesiam archiconfraternitatis sub titulo sanctissimi Sacramenti ejusdem civitatis transtulimus, reservato dictæ communitati suo patronatus jure, et quibusdam conditionibus præscriptis; inauditis tamen dilectis filiis capitulo, ut canonicis basilicæ s. Joannis in Laterano de urbe, in quorum solo eadem archiconfraternitatis prædictæ ecclesia reperitur extructa. Quare memoratum Lateranense capitulum Nos de iis monens, quæ antea fuerunt occultata; Nobis humiliter supplicari fecit, ut suis juribus prospiceremus. Supplicem hujusmodi libellum dictæ cardinalium congregationi dignoscendum remisimus; atque ita Lateranensis capituli, dictæque archiconfraternitatis nomine coram eadem cardinalium congregatione causa instaurata fuit contra capitulum et canonicos collegiatæ prædictæ s. Mariæ, itemque contra communitatem patronam, et promotorem fiscalem curiæ ecclesiæ Anconitanæ super obreptionis, vel subreptionis vitio, quo dictum rescriptum laborare intendebant. Tantum autem aberat, ut dicta communitas judicio contendere vellet pro memoratæ collegiatæ, et parochiæ traslatione sustinendo, ut potius moleste ferret, pervetustum templum aere publico fere in civitatis centro, ubi major est populi frequentia, extructum, et præposituræ, collegiatæque titulo, ut etiam asseritur, a fel. rec. Sixto pp. IV. prædecessore Nostro decoratum, perpetuo desertum fuisse; idque eo acerbius in dies ferebat, quod eventus comprobarat, ablatis inde canonicis, et parochia, atque uno tantum ut præstatutum fuerat, sacerdote ibi apud sacram aediculam in loco templi sufficiendam subrogato, divinum cultum, populique devotionem non parum excidisse. Interea vero temporis priusquam ausa hujusmodi, in memorata cardinalium congregatione proponeretur, cum ex spontaneis piorum fidelium oblationibus summa scutatorum mille monetæ Romanæ collecta, et apud dilectum filium comitem Josephum Bianchi deposita fuerit in ipsius templi reparationem eroganda, compertum est, quod juxta peritorum relationem nihil aliud pecuniæ addendum esset ad rem perficiendam, quam longe inferior summa biscentorum supra quindecim scutatorum, et obulorum duorum supra viginti ejusdem monetæ, constituto pretio pro operibus ad id necessariis per ipsos peritos exequendis. Quoniam autem multæ et variæ adhuc occurrebant difficultates, dicta communitas ad eas superandas dilecti filii Nostri Romualdi S. R. E. diaconi cardinalis Braschii de Honestis nuncupati ipsius civitatis Anconitanæ protectoris præsidium imploravit. Qui, toto negotio in se recepto, cum venerabili fratre Nostro Leonardo episcopo Portuensi ejusdem S. R. E. cardinali Antonelli nuncupato dictæ basilicæ archipresbytero, dictæque archiconfraternitatis protectore egit, ut excitatæ controversiæ ex bono, et aequo inter ipsosmet componerentur. Idem Leonardus epicopus, quo fervet religionis zelo, susceptum ab illo consilium libenter probavit. Uterque igitur pro sua ex dictis contrariis partibus, ambo tamen cardinales prædicti uno, eodemque simul aequitatis, et de divini cultus amore ducti omnem operam, laborem, et studium contulerunt, ut partium rationibus diligenter expensis, universisque circumstantiis consideratis, non modo obortas jam quæstiones funditus tollerent, sed etiam aliis difficultatibus, quæ suborituræ essent, occurrerent, et complanarent. Quæ omnia perfecerunt, initis inter se, et subsignatis pactis, et conditionibus sequentis tenoris videlicet.

I.

§. 2. Che da chiunque sia stato fatto l'acquisto della profanata chiesa denominata di s. Maria della Piazza, sua adiacenza, annessi e connessi, o ne sia l'attuale detentore, debba farsene la restituzione a tenore degli ordini sovrani di Sua Santità pubblicati coll' editto dell' emo e rmo sig. cardinale segretario di stato del giorno 24 ottobre 1801. E nel caso che al medesimo detentore si dovesse il quarto per la retrocessione di detto locale, se ne debba sborsare la somma per metà dalla confraternita, e per l'altra metà dalla comunità patrona. Tenor pactorum conventorum.

II.

Che dall' emo, e rmo sig. cardinale Onesti Braschi debbano eleggersi, e deputarsi due nobili del ceto degli anziani, e consiglio, e dall' emo, e rmo sig. cardinale Antonelli, come arciprete della basilica Lateranense, e protettore di detta confraternita, due de' fratelli della medesima, i quali gratuitamente si prestino a stipulare per pubblico istromento, o per apoca privata gli occorrenti contratti con il capo mastro muratore, e con il falegname in conformità delle perizie già formate, e con che i prezzi non eccedino quelli già liquidati, e con tutti gli altri artisti, l' opera de' quali potrà abbisognare per la decente ripristinazione della detta chiesa; come pure ad invigilare su i lavori, che si anderanno facendo, e trarre gli ordini per i dovuti pagamenti sopra il nobil' uomo sig. conte Giuseppe Bianchi, che dovrà continuare ad essere il depositario dei scudi mille provenienti da pie oblazioni, e respettivamente sopra il pubblico depositario della comunità, ed il camerlengo, ossia esattore della confraternita; come pure a fare tutt' altro, che all' effetto di cui si tratta, potrà rendersi necessario, ed opportuno.

III.

Che tutte le altre spese in qualunque modo occorrenti, tanto per la conservazione di detta chiesa, quanto per tutt'altro, che abbisognar possa in avvenire, debbano rimanere a carico della comunità di Ancona, come sola ed assoluta padrona della medesima chiesa.

IV.

Che ridotta, che siasi la chiesa ad uno stato servibile, e decente, debba il capitolo immantinente ritornare nella medesima, ed ivi esercitarsi le parrocchiali, ed ecclesiastiche funzioni, non potendo esso, come eretto in detta chiesa, e destinato per l'attuale servizio della medesima, aver altro diritto, o pretensione qualunque, se non che venga la stessa chiesa restituita allo stato primiero, e fornita di tutti quei commodi, che ivi trovavansi prima della di lei profanazione, al che rimane pienamente provveduto in vigore del presente piano, che in nome della comunità di Ancona, e della confraternita del ssmo Sagramento di detta città dovrà umiliarsi al trono della Santità di Nostro signore, affichè voglia benignamente degnarsi di approvarlo con sue lettere apostoliche da spedirsi in forma di breve.

Questo di 3. settembre 1804.

L. cardinale Antonelli arciprete, e protettore.

R. cardinal Braschi Onesti protettore.

Preces porrectæ pro obtinenda confirmatione conventionum.

§. 3. Cum autem, sicut dilecti filii tam moderni antiani, et consiliarii dictæ civitatis Anconitanæ, quam guardianus, et confratres memoratæ archiconfraternitatis ssmi Sacramenti Nobis nuper exponi fecerunt, quo præinsertæ conventiones firmius subsistant, suæque demandentur executioni, omnia apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent.

Confirmatio apostolica.

§. 4. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et singulares personas, quibus præsentes Nostræ literæ favent a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, motu etiam proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine causam seu causas hujusmodi præcidimus, et prorsus extinguimus, ac perpetuum capitulo, et canonicis basilicæ Lateranensis, officialibus, et confratribus archiconfraternitatis prædictæ, ac communitati, et capitulo, atque canonicis collegiatæ s. Mariæ della Piazza, et Fisculi ecclesiæ curiæ Anconitanæ silentium super præmissis indicimus (salvo remanente ejusdem basilicæ jure super ecclesia, et archiconfraternitate præfatis) causam-

que, seu causas hujusmodi nullo unquam tempore coram prædicta cardinalium congregatione, aut quocumque Romanæ curiæ judice, et tribunali, seu apostolico delegato proponi, et agitari posse decernimus, atque mandamus.

Clausulæ salutares.

§. 5. Ac præinsertas conventiones, omniaque, et singula in eis contenta, et expressa auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus quomodolibet in eis interventos supplemus, et sanamus, easdemque conventiones tamquam solemnia decreta a singulis dictis partibus solemniter acceptata haberi, et servari volumus ita, ut dicta communitas suam ibi præfixam impensarum ratam pro dicto templo in pristinum restituendo, etiam sine congregationis Boni Regiminis licentia, et assensu. Decernentes easdem præsentes literas, et eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod capitulum, et canonici dictæ collegiatæ s. Mariæ, et alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, neque causæ propter quas ipsæ præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis legitima, juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, quantumvis magno, et substantiali, ac individuam expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractrari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas quodcumque juris, et facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam ex motu proprio, et ex certa scientia concesso, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, ac efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, atque omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit plenissime suffragari.

Decretum irritans.

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Nostra et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, cæterisque contrariis quibuscumque. Quo autem eaedem præsentes literæ promptius debitæ demandentur executioni, memoratos Leonardum, et Romualdum cardinales ad eas exequendas specialiter deputamus cum facultate etiam, ut unusquisque pro suo arbitrio alium sibi benevisum subdeleget ex utraque parte. Ceterum per præsentes non intendimus juspatronatum hujusmodi in aliquo adprobare. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.



CCCXXXII.

Dat. die 29 septembris 1804 anno V.

Facultas concessa episcopo civitatis provinciæ Compostellanæ imponendi onus super redditibus matriscoliæ dignitatis ecclesiasticæ Civitatensis ad favorem parochialis s. Andreæ ejusdem civitatis.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Venerabili fratri episcopo Civitatensi provinciæ Compostellanæ salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Inter varias, ac multiplices sollicitudines, quas pro communi Ecclesiæ utilitate, et christianæ reipublicæ bono, Nobis divina providentia commissæ suscipimus, id maxime Nobis cordi est, ut parochiales ecclesiæ omnes per idoneos rectores gubernentur, et sufficienti dotatione munitæ dignoscantur, ne animarum Christifidelium cura in eis ullatenus negligatur, et rectores ipsi pauperibus in eorum indigentiis auxilio esse valeant.

Expositio precum.

§. 2. Exposuit Nobis dilectus filius eques Antonius de Vargas y Laguna charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici, apud Nos et apostolicam Sedem plenipotentiarius administer nomine ejusdem Caroli regis, quod attenta tenuitate redditium parochialis ecclesiæ s. Andreæ extra muros urbis Civitatensis, qui competentem annuam pro parocho congruam non constituunt cum gravi parochianorum etiam ejusdem ecclesiæ præjudicio ex eo quod illius rectores omnia eis occurrentia auxilia præstare minime valeant, et ad hoc ut imposterum Christi fideles in ejusdem parochialis ecclesiæ districtu degentes, ab optimo pastore gubernentur, et in eorum necessitatibus, ipsius opem implorare queant, nihil opportunius videatur quam mediante infrascripti oneris reservatione super omnibus, et singulis beneficiorum ecclesiasticorum fructibus, redditibus et proventibus, qui ab ejusdem parochialis ecclesiæ parochianis titulo decimarum nonnulla annuatim percipiuntur, eidem parochiali ecclesiæ dotem annuam aliorum biscentum ducatorum de Vellon nuncupatorum monetæ illarum partium perpetuis futuris temporibus constituere.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 3. Cum itaque matriscolia dignitas non tamen post pontificalem major cathedralis ecclesiæ Civitatensis provinciæ Compostellanæ, cujus, sicut et aliorum quinquaginta unius beneficiorum ecclesiasticorum, seu dignitatum in diversis Hispaniarum regnorum metropolitanis, cathedralibus, collegiatis, aliisque ecclesiis consistentium, et in infrascriptis concordatis nominatim expressorum, dum illa, et illæ pro tempore ubicumque, quandocumque, et quomodocumque vacant, collatio, provisio, et omnimoda alia dispositio ad Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem, nec non Sedem apostolicam vigore recentium concordatorum inter fel. rec. Benedictum pp. XIV. prædecessorem Nostrum, et Sedem prædictam ex una, et claræ memoriæ Ferdinandum Hispaniarum regem catholicum ex altera partibus initorum spectat, et pertinet, in parochiali ecclesia prædicta, ratione cujusdam perpetuo ei adnexo beneficio nonnullarum decimarum, una cum aliis pro tempore existentibus aliorum beneficiorum respective possessoribus, a dilectis filiis pariter ejusdem parochialis ecclesiæ parochianis debitarum exatione gaudeat, ideo ut tenuitati redditaum parochialis ecclesiæ prædictæ occurratur, facultatem per præsentes discretioni tuæ tribuimus, et impertimur, ut quemadmodum super aliis infradictæ parochialis ecclesiæ limites existentibus beneficiis, ita super illo, antedictæ matriscoliæ unito, servatis omnibus de jure servandis, annuum onus perpetuo duraturum proportionabiliter imponere valeas, ad insimul conflandam memoratam summam ducatorum biscentum de Vellon nuncupatorum, a singulis hujusmodi beneficiatis pro tempore existentibus in termino, seu terminis statuendo, vel statuendis quolibet anno libere pro respectiva rata solvendam, et in augmentum redditaum, sive dotis prædictæ parochialis ecclesiæ fideliter erogandam.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes matriscoliæ prædictæ possessores pro tempore existentes, ad instar aliorum, beneficia hu-

jusmodi obtinentium, satisfactioni præfati oneris inutilitatem antedictæ parochialis ecclesiæ semper fore efficaciter obligatos, sicque ab omnibus censeri, et ita per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem S. R. Ecclesiæ cardinales præfatos etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios, judicari, et definiri debere, atque irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque majoris ecclesiæ Civitatensis provinciæ Compostellanæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quomodolibet forsan concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorum tenores specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie latissime, et plenissime ac specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ concessionis, ac facultatis impertionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, tertio kalendas octobris pontificatus Nostri anno quinto

CCCXXXIII.

Dat. die 29 septembris 1804 anno V.

Pensio perpetua super fructibus ecclesiæ Placentinæ provinciæ Compostellanæ ad favorem collegiatæ s. Idelphunsi nullius diœcesis provinciæ Toletanæ.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Super universas orbis ecclesias, eo disponente, qui cunctis imperat, et cui omnia parent, meritis licet imparibus constituti, levamus in circuitu agri Dominici oculos Nostræ mentis more pervigilis pastoris inspecturi quid ecclesiarum etiam collegiatarum decori congruat, ut quæ divinus cultus in majorem quoque christifidelium ædificationem augeatur ad ea, quæ ad illarum ministrorum congruam substentationem necessaria dignoscuntur, Nostri officii partes utiliter intendere curamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Expositio precum porrectarum a rege catholico.

§. 2. Sane per dilectum filium equitem Antonium De Vargas y Laguna carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici plenipotentiarium administrum ipse Carolus rex Nobis exposuit, quod annui redditus massæ capitularis sæcularis, et insignis collegiatæ ecclesiæ sanctissimæ Trinitatis regii situs sancti Idelphunsi nullius diœcesis provinciæ Toletanæ adeo tenues existunt, ut canonicis, aliisque ecclesiasticis personis ejusdem collegiatæ ecclesiæ capitulum componentibus minime sufficiant; proindeque plurimum cupiat per Nos mediante infrascriptæ pensionis reservatione, ut infra, opportune provideri.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 3. Ne igitur in ecclesiis divinus cultus unquam minuatur, et personæ illæ, quæ assidue Deo in psalmis, hymnis, et canticis laudes persolvunt ad aliena animos non divertant, sed omni assiduitate in divinis ministeriis exercendis religiosum cultum in dies adhibeant, ipsius Caroli regis votis benigne annuere volentes ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, pensio-

nem annuam perpetuis futuris temporibus duraturam, eamque ab omnibus, et quibuscumque oneribus, et impositionibus ordinariis, et extraordinariis, quomodolibet nuncupatis quavis etiam apostolica auctoritate, ac motu pari, etiam consistorialiter nunc impositis, et pro tempore quomodolibet imponendis, ac alias in omnibus, et per omnia, et omnino quoad omnia liberam, immunem, et exemptam triginta sex millium sexcentum octoginta octo regalium de Vellon nuncupatorum super mensa episcopalis ecclesiæ Placentinæ provinciæ Compostellanæ, ad quam, dum illa pro tempore vacat, nominatio personæ idoneæ Romano pontifici pro tempore existenti facienda, ad supradictum Carolum Hispaniarum regem catholicum ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, spectare, et pertinere dignoscitur, fructibus, redditibus, et proventibus certis, et incertis in quacumque re consistentibus, et undecumque, quomodocumque, et qualitercumque provenientibus, præsentibus, et futuris, etiamsi super illis aliæ pensiones annuæ certis personis ecclesiasticis illas annuatim percipientibus apostolica auctoritate reservatæ reperiantur, dummodo tamen insimul tertiam partem fructuum prædictæ mensæ episcopalis annuatim non excedant, eidem massæ capitulari prædictæ collegiatæ ecclesiæ, et pro ea modernis, ac futuris pro tempore existentibus ejusdem collegiatæ ecclesiæ canonicis, beneficiatis, cappellanis, aliisque ecclesiasticis personis quomodolibet nuncupatis ejusdem collegiatæ ecclesiæ capitulum componentibus, vel eorum camerario, seu thesaurario, aut alio particulari titulo nuncupatæ personæ in administratione, et exactione redditum prædictæ massæ capitularis specialiter ab eisdem deputatæ per venerabilem fratrem Nostrum modernum, et pro tempore existentem ipsius ecclesiæ Placentinæ episcopum, et successeres suos episcopalem ecclesiam prædictam quomodolibet obtinentes, vel ejusdem mensæ episcopalis ecclesiæ Placentinæ administratores annis singulis in termino, seu terminis inter partes statuto, seu statuendo, aut statutis, vel statuendis, et sic successive de anno in annum, ac termino in terminum, vigore tamen earumdem præsentium, nec alias, alioquin præsens reservatio nulla sit eo ipso integre, et absque ulla etiam minima diminutione persolvenda apostolica auctoritate prædicta ipsarum tenore præsentium perpetuo reservamus, constituimus, et assignamus, decernentes prædictæ ecclesiæ Placentinæ episcopum, et successores suos præsules pro tempore existentes, seu illius administratores ad integram solutionem pensionis per præsentes reservatæ præfatæ eidem massæ capitulari antedictæ collegiatæ ecclesiæ, ejusdemque capitulo juxta reservationis, constitutionis, et assignationis prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos.

Confirmatio reservationis factæ extra consistorium.

§. 4. Etiamsi vero reservatio hujusmodi extra consistorium Nostrum secretum, et absque venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio facta extiterit, nihilominus quovis prætextu, et ex quavis causa etiam juridica, vel pia, aut privilegiata ad minorem summam reduci, annullari, vel invalidari, minusque illius reservationem infringi, aut nullam dici, nec non easdem præsentes de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, ac quocumque alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut in jus, vel controversiam vocari, seu adversus illam quandocumque juris, vel facti, sive gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu proprio, et ex certa scientia concesso, et impetrato quempiam uti, seu se juvari posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, perinde ac si pensio hujusmodi per præsentes reservata in consistorio Nostro, et de eorumdem fratrum consilio, ac de consensu etiam illius, vel illorum, qui pensionem supradictam solvere debebunt, reservata fuisset.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales præfatos etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios judicari, et definiri debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter,

vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane etiam decernimus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 6. Quocirca venerabili fratri Antonio ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali De Sentmanat y Cartella nuncupato, patriarchæ Indiarum, ac dilectis filiis magistro Joanni Baptistæ Quarantotti in utraque signatura Nostra referendario, et antiquiori canonico ecclesiæ Placentinæ per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate Nostra pensionem prædictam, juxta reservationis, constitutionis, et assignationis præfatarum, ac decreti Nostri hujusmodi tenorem integre persolvi, contradictores per censuras ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque ecclesiæ Placentinæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quomodolibet forsan concessis, confirmatis, et innovatis: ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, pensiones annuas super mensarum episcopalium fructibus, redditibus, et proventibus, nisi ex cessionis, aut alia probabili causa reservari prohibentis; quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis eorum tenores specialis, specifica, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie latississime, et plenissime, ac specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque; aut si prædicto episcopo, et successoribus prædictis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab apostolica sit Sede indultum, quod ad præstationem, vel solutionem pensionis alicujus minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Sanctio pœnalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ reservationis, constitutionis, assignationis, decreti, statuti, voluntatis et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, tertio kalendas octobris, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXXIV.

Dat. die 2 octobris 1804 anno V.

Facultas dignitatibus, et canonicis cathedralis Lyciensis celebrandi in pontificalibus.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Quantum splendoris, ac venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum sacerdotibus suis in sacris faciendis præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est christiani populi frequentia sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus interdum particularia ornamenta deferenda concessit.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis dilecti filii capitulum, et canonici cathedralis ecclesiæ Lyciensis nuper exponi fecerunt, ipsi apostolico indulto utendi mitra gaudeant, ac eadem cathedralis ecclesia antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, templi magnificentia, sacrorum supellectilium copia, sacrorumque ministrorum numero, probitate, et doctrina, ita floreat, et floruerit, ut nonnulli ejus

episcopi ad amplissimum S. R. E. cardinalium ordinem, unus etiam ad summum pontificatus apicem fuerint evecti, cumque præterea accedat ipsius Lyciensis civitatis celebritas, quæ tanta est, ut non modo capitalis illius provinciæ existat, sed etiam regali studiorum universitate decorata, atque novendecim regularibus utriusque sexus conventibus, et monasteriis, ac variis conservatoriis, orphanotrophio, aliisque piis institutionibus locupletata reperiatur, multum splendoris, et ornamenti ad ecclesiam, et civitatem hujusmodi accederet, ac divinus cultus, populique devotio majora ibi susciperet incrementa, si ejusdem cathedralis dignitates, ac canonici novis prærogativis per Nos, et hanc sanctam Sedem donentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis; si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis presbyteris dictæ cathedralis ecclesiæ Lyciensis, ut in ecclesia prædicta, ac etiam in aliis ejusdem civitatis, et diœcesis Lyciensis ecclesiis pontificalia deferre, ac in pontificalibus celebrare, ad instar dignitatum, et canonicorum metropolitanæ ecclesiæ Neapolitanæ in omnibus et per omnia (excepto tamen pastorali, seu abbatiali baculo) libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium de speciali dono gratiæ concedimus, et indulgemus, dictosque dignitates, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quopiam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac dictæ cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda octobris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXXV.

Dat. die 29 octobris 1804 anno V.

Allocutio habita in consistorio secreto die xxix. octobris MDCCCIV. super itinere suscipiendo ad imperialem coronam Naupoleoni Parisiis imponendam.

Venerabiles Fratres

Hoc ipso ex loco, venerabiles fratres, initum a Nobis concordatum cum majestate imperatoris Francorum, tunc primi reipublicæ consulis, cum vobis annuntiaremus, gaudium, quo Deus totius consolationis cor Nostrum perfuderat ob rerum conversionem ad religionis catholicæ bonum in vastissimis illis, et populosissimis regionibus ex eodem concordato secutam, vobis communicavimus. Sacra enim templa inde patefacta, atque ab iis, quas misere subierant, profanationibus mundata, excitatæ aræ, elatum denuo salutiferæ crucis vixillum, verus Dei cultus revocatus, augusta religionis mysteria libere, et publice rursus celebrata, pastores legitimi populis dati, qui suam pascendo gregi operam navare possent, catholica religio ex latebris, in quibus delitescere coacta fuerat, feliciter emersa, atque in media illius inclytæ nationis luce iterum constituta, tot denique animæ a deviis itineribus in sinum unitatis reductæ, sibique, et Deo reconciliatæ, justissima cordi Nostro exultantis, effusæque in Domino lætitiæ argumenta subministrarunt.

Tantum hoc, tamque mirificum opus quemadmodum gratissimos animi Nostri sensus tunc excitavit erga potentissimum principem, qui ad illud ope concordati perficiendum omnem suam auctoritatem exeruit;

ita ejusdem operis recordatio perpetuos cordi Nostro stimulos admovet, ut, quoties occasio sese obtulerit, iisdem omnino sensibus Nos erga eum affectos esse reipsa ostendamus.

Jam vero idem potentissimus princeps carissimus in Christo filius Noster Naupoleo Francorum imperator, qui de catholica religione ob ea, quæ diximus, tam præclare meritus est, significavit Nobis valde se cupere sacra unctione perfundi, et imperialem coronam a Nobis accipere, ut solemnis hujusmodi cæremonia religionis characterem eminentiori quo fieri potest gradu induat, et cælestes late benedictiones arcessat.

Hujusmodi petitio his expressa sensibus non modo luculentum religionis, et filialis erga sanctam hanc Sedem reverentiæ testimonium per se ipsa Nobis exhibuit, sed manifestis etiam declarationibus conjuncta fuit, quibus imperator de constanti sua voluntate Nos certiores fecit juvandæ quotidie magis sanctissimæ fidei, cujus cladibus in florentissimis illis regionibus reparandis adeo collaboravit. Siquidem in scriptis, quæ ad Nos transmitti voluit, disertis verbis hanc animi sui sententiam explicavit. Nobis enim significari fecit Nostri in Galliam itineris scopum non solum esse cæremoniam coronæ ipsius capiti imponendæ, sed magna Ecclesiæ negotia præcipuam ejus partem sibi vindicatura, eaque sermonibus Nos inter, et ipsum habendi pertractanda fore, illorumque exitus progressui religionis, et bono populorum non posse non utillimos accidere.

Videtis itaque, venerabiles fratres, quam justas, quamque momentosas habeamus hujus itineris suscipiendi causas. Sanctissimæ enim religionis Nostræ utilitas, gratique erga potentissimum imperatorem sensus Nos movent, qui cum omnem suam, uti diximus, auctoritatem explicuerit, ut catholicam religionem libere in Gallia profiteri, et publice exercere liceret, nunc etiam animum Nobis ostendit ad procuranda ejusdem religionis incrementa adeo proclivem.

Magnam itaque in spem erigimur Nos hoc iter ejus invitatu suscipientes, et os ad os cum ipso loquentes, talia ad bonum Ecclesiæ Catholicæ, quæ unica salutis arca est, ex ejus sapientia esse consequuturos, ut sanctissimæ religionis negotium perfectum denique fuisse lætari possimus. Hujusmodi vero spes non tam verborum Nostrorum infirmitate, quam illius, cujus vicem immerentes in terris gerimus, gratia fulcitur, quæ precibus, et sacris ritibus invocata large effunditur in corda principum, qui ad percipiendos hujus sacræ cæremoniæ effectus recte dispositi, cum sint patres populorum de æterna salute solliciti, vivere, et mori volunt veri Catholicæ Ecclesiæ filii.

His de causis, venerabiles fratres, prædecessorum Nostrorum exempla sequentes, qui aliquando etiam pro certo tempore propria relicta Sede sese in longinquas regiones contulerunt, ut religionis bonum procurarent, et principibus bene de Ecclesia meritis gratificarentur, hoc iter aggredimur, quamquam ejus longitudo, et minus idoneum anni tempus, et inclinata jam ætas, et parum firma, qua utimur, valetudo, Nos omnino deterrere debuissent. Sed nihili hæc facimus, modo Deus det Nobis petitiones cordis Nostri.

Neque vero quæ præ oculis habenda erant, antequam gravem adeo deliberationem caperemus, animum Nostrum ullo pacto fugerunt, sed ea quidem omnia et vidimus, et serio consideravimus. In qua quidem multiplici consideratione cum variæ Nobis difficultates obortæ essent, quarum aliquibus conscientia Nostra anceps, incertaque reddebatur, tales Nobis imperatoris jussu responsiones, atque declarationes datæ sunt, ut, rebus omnibus perpensis, de itineris Nostri opportunitate ad bonum religionis, quod Nobis proponimus, consequendum Nos omnino persuaserint. Hæc tamen fusiori sermone singillatim persequi opus non est, cum tota hujus tractationis ratio vobis explorata sit, quorum sententias, antequam in re tanti momenti quidquam a Nobis statueretur, et sciscitati sumus, et, uti par erat, plurimi fecimus.

Ne vero illud, quod in maximis deliberationibus suscipiendis ante omnia necessarium est, prætermitteremus, probe conscii quam semper sint, juxta divinæ sapientiæ effatum,

cogitationes mortalium timidæ, et incertæ providentiæ Nostræ, ab hominibus morum integritate, et pietate præstantibus, quorum orationes sicut incensum diriguntur in conspectu Dei, juges, enixasque preces fieri curavimus ad patrem luminum, ut, eo dirigente, id solum a Nobis ageretur, quod placuisset oculis suis, et bono, incrementoque Ecclesiæ cessurum esset.

Testis est Nobis Deus, coram quo cor Nostrum humiliter effudimus, ad quem crebro manus Nostras ereximus in templo sancto suo, ut exaudiret vocem deprecationis Nostræ, essetque adjutor Noster, Nos nihil aliud Nobis proposuisse, quam quod in omni re gerenda proponere Nobis debemus, majorem scilicet ipsius gloriam, catholicæ religionis utilitatem, animarum salutem, et apostolici muneris implementum, quod Nobis, licet immerentibus, ab eo creditum est. Testes vos ipsi estis, venerabiles fratres, quibus, ut vestris consiliis adjuvaremur, omnia cognita, et perspecta esse voluimus, atque intimiores animi Nostri sensus plenissime communicavimus. Itaque, tam gravi negotio divina ope ad exitum hac ratione perducto, fiducialiter agentes in Deo salvatore Nostro, alacri animo Nos itineri committimus, cujus suscipiendi causis adeo gravibus incitamur. Pater misericordiarum Deus gressibus Nostris, ut speramus, benedicet, atque hanc epocham religionis, gloriæque suæ incremento etiam illustrabit.

Exemplo prædecessorum Nostrorum, ac præsertim novissimo recolendæ memoriæ Pii papæ VI., qui hoc idem decrevit cum Vindobonam esset profecturus, certiores vos facimus, venerabiles fratres, Nos ea jam disposuisse, et ordinasse omnia, quibus cautum est, ut curia, et causarum audientia una cum Nostris, et sanctæ hujus Sedis administris post discessum Nostrum ab urbe, ad quam, regimine totius Ecclesiæ, ac ditionis Nostræ ita postulante, redire maturabimus, in eo, in quo nunc sunt, statu, actuque permaneant. Cumque omnibus moriendi necessitatem impositam, et incertum mortis diem animo agitemus, illud quoque iisdem prædecessorum Nostrorum exemplis inhærentes, ac novissimo Pii VI Vindobonam proficiscentis, præcavendum, et prævidendum duximus, ut pontificia comitia Romæ habeantur, si nos Deus ab urbe absentes humanis rebus eripere voluerit. Postremo hoc a vobis vehementer petimus, et flagitamus, ut qua semper in Nos fuistis voluntate, eamdem perpetuo retineatis, Nosque absentes multo magis commendetis omnipotenti Deo, ac Domino Nostro Jesu Christo, ejusque gloriosissimæ Matri Virgini, ac beato apostolo Petro, ut prosperum, ac fortunatum sit iter Nostrum, ac felicem exitum consequatur. Quod si, ut speramus, ab auctore omnium bonorum Deo impetrabimus, vos, venerabiles fratres, quos in partem vocavimus consiliorum Nostrorum, rerumque omnium, magnam etiam habebitis in communi gaudio partem, cunctique exultabimus, et lætabimur in misericordia Dei.

CCCXXXVI.

Dat. die 29 ottobris 1804 anno V.

Derogatio legum servandarum in electione novi pontificis in casu decessus durante itinere suscipiendo in petenda Luthetia Parisiorum.

Pius Episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Quamvis nonnulli Romani pontifices prædecessores Nostri summa cum providentia, studio, ac vigilantia, ea omnia variis in temporibus juxta rerum opportunitatem statuere curaverint, quæ ad spirituale universalis Ecclesiæ regimen necessaria fore existimarunt; nihilominus certæ quædam causæ interdum exigunt, ut vel ea, quæ jam statuta sunt confirmentur, vel alia novis legibus decernantur, prout salubriter expedire conspicitur.

Ratio concessionis.

§. 2. Ea nimirum est humanarum rerum miserrima conditio, ut aliquando necesse sit juxta temporum circumstantias ea ratione procedere, qua Ecclesiæ utilitati opportuna methodo provideatur.

Memorantur providentiæ

§. 3. Hisce sane de causis prædecessor Noster sa. me. Pius pp. VI.

in simili casu captæ a Pio papa VI. anno MDCCLXXXII. antequam ob ecclesiastica negotia versus Vindobonam proficisceretur, curiam et causarum audientiam, una cum omnibus suis, et hujus sanctæ Sedis administris post ejus ab urbe discessum illo in statu, actuque, quo erant, remansuras, et in eventum fortasse sui obitus, pontificia comitia pro electione novi pontificis Romæ juxta statutam formam habenda esse declaravit.

Derogationis tenor. §. 4. Quum itaque in præsentiarum pastoralis officii Nostri sollicitudo postulet, ut per aliquod temporis spatium ab urbe absentes Parisios accedamus; dum curiam, et causarum audientiam cum omnibus Nostris, et apostolica Sedis ministris Romæ mansuras decernimus, humanæ vitæ periculis cogitare non prætermittimus. Minime idcirco dubitantes, quod venerabiles fratres Nostri S. R. E. cardinales in urbe de more resideant, si tempore Nostræ absentiæ Domino placeat Nos ad superos evocare, illis legibus, quæ de habendis comitiis in loco ubi mortuus sit pontifex constitutæ sunt per hasce Nostras literas expresse derogamus, ac motu proprio, et ex certa scientia sancimus, ut habita de Nostro obitu notitia, peractisque consuetis suffragiis in præscripta formula habeantur comitia pro electione futuri pontificis.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 5. Quapropter præsentes Nostras literas perpetuo validas, et efficaces existere, suosque integros effectus sortiri, et obtinere, atque etiamsi quilibet in præmissis jus vel interesse habentes, seu habere prætendentes non consenserint, nec ad ea vocati, neque auditi fuerint, ab eis ad quos spectat, et pro tempore spectabit, inviolabiliter observari debere, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostris, et cancellariæ Nostræ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris super electione summi pontificis hactenus editis, in ea parte tantum præsentibus literis non congruentibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 7. Præsentium autem transumptis etiam typis impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo munitis, eadem fides prorsus volumus ut adhibeatur, ac si originaliter forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis. §. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ sanctionis, decreti, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, tertio kalendas novembris, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXXVII.

Dat. die 30 octobris 1804. anno V.

Electio vicarii generalis in locum absentis pro fratribus ordinis Missionum de urbe.

Pius PP. VII.

Deputationis tenor. §. 1. Quum, uti accepimus, dilectus Nobis in Christo Franciscus Florentinus Brunet presbyter congregationis Missionis ab urbe, in qua post obitum bo. me. Joannis Felicis Joseph Cayla de la Garde ultimi superioris generalis, hucusque vicarii generalis munus sustinuit, discesserit, et in Galliam ob aliqua ipsius congregationis negotia peragenda profectus sit, non amplius reversurus, ad hoc ipsum officium implendum dilectum pariter Nobis in Christo filium Carolum Dominicum Sicardi, primum ejusdem congregationis assistentem generalem, sufficimus, ac deputamus; qui Romæ degens hanc ipsam congregationem regat, atque gubernet.

Officia cencredita. §. 2. Quia vero huic officio adnexa est tum cura, et gubernatio communitatis mulierum, seu puellarum charitatis, ubicumque erectæ, vel erigendæ, tum deputatio presbyterorum dictæ congregationis, qui ad missiones apud infideles continuandas, aut de novo stabiliendas missi jam sunt, vel subinde mittentur, utramque provinciam hujusmodi

penes prædictum Brunet, sicut hucusque, ita et in posterum remanere volumus, et declaramus; ita ut ipse Sicardi Romæ degens tamquam vicarius generalis solius, totiusque congregationis Missionis a Nobis nominatus, ac deputatus censeatur ad omnes ejusdem congregationis domos ubique, videlicet in Italiæ, Germaniæ, Poloniæ, Hispaniæ, ac Lusitaniæ regionibus erectas, erigendasque in Domino gubernandas. Quapropter apostolicam benedictionem ipsi impertientes, eas omnes facultates, quæ in regimine totius congregationis prædictæ superiori generali competunt, eidem tribuimus, et, quatenus opus sit, auctoritate apostolica confirmamus.

Assignatio assistentium.

§. 3. Ut autem in re tanti momenti omnia secundum ordinem fiant, et juxta instituti missionis leges, et constitutiones serventur, suos ipsi assignamus assistentes, quorum consilio, et opera opportune utetur, nimirum, præter ven. fratrem Nostrum Benedictum Fenaja archiepiscopum Philippensem, Nostrique in urbe vices-gerentem jam dudum a Nobis electum, dilectos filios Romualdum Ansaloni provinciæ Romanæ dictæ congregationis visitatorem, Johannem Antonium Bistolfi, et Hectorem Hyppolitum Passerat, ejusdem congregationis sacerdotes. Insuper in officio admonitoris, qui de rebus non levioris momenti ad ejusdem vicarii generalis personam, et officium pertinentibus, ipsum commonefaciat, sacerdotem alterum, idest Sebastianum Bertarelli deputamus. Præsentibus valituris ad Nostram, seu Nostrorum in pontificatu successorum voluntatem. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima octobris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Executio.

§. 4. Hæc sanctissimus Dominus Noster papa Pius septimus mandavit mihi infrascripto in audientia die xxx, octobris MDCCCIV., jussitque fideliter exequi in omnibus, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Benedictus archiepiscopus Philippensis vicesgerens.

CCCXXXVIII.

Dat. die 31 octobris 1804 anno V.

Confirmatio literarum apostolicarum editarum a Pio papa VI. super licentia cardinalibus concessa celebrandi comitia pro electione novi pontificis loco melius eis beneviso.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Memorantur literæ ad rem expeditæ a Pio papa VI.

§. 1. Quæ et quanta superioribus annis non minus adversus sanctiora Ecclesiæ jura, et libertatis quam adversus apostolicæ Sedis dignitatem, pontificiamque jurisdictionem perpatrata fuerint satis omnibus nota sunt: notæ itidem literæ a felici recordatione Pio papa VI. prædecessore Nostro, super electione novi pontificis emanatæ, tam Romæ, quam prope Florentiam, dum ipse in Carthusianorum cœnobio morabatur, tempore quo etiam sacri collegii cardinales, hac illac dispersi, variis in regionibus hospitabantur. Nos vero ex quo catholicæ Ecclesiæ gubernacula, licet immerentes, Deo sic disponente tractanda suscepimus, innumeras, et gravissimas e sublimi hac apostolica specula pontificatui Nostro ingruentes prospeximus difficultates, easque periculi plenas existimavimus, quæ libertati Ecclesiæ in primis abesse videbantur.

Casus verificandus, ut novæ concessioni fiat locus.

§. 2. Quoniam autem apostolici ministerii ratio nunc a Nobis exposcit, ut per aliquod temporis spatium, ab urbe recedamus, cum jam per alias Nostras hesterna die sub plumbo expeditas literas comitia pro novi pontificis electione, si quid absentibus Nobis humanitus acciderit Romæ habenda statuerimus; animo cogitantes, quod ob imperscrutabilia Dei judicia novæ in urbe possunt evenire calamitates, atque ita fortasse augeri, ut venerabiles fratres Nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales Roma discedere, ac alibi se se conferre cogantur, huic quoque malo, quod idem Deus avertat opportune consulendum esse judicavimus.

Confirmationis, et novæ declarationis tenor.

§. 3. Vestigiis itaque laudati Pii prædecessoris inhærentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apo-

stolicæ potestatis plenitudine ad cunctas in uno, alterove casu arcendas ambiguitates cardinalium collegio Romæ existenti eas omnes circa negotium electionis futuri pontificis de novo elargimur peculiares facultates, quæ ab eodem prædecessore Nostro Pio VI. per suas sub plumbo literas datas iii. kalendas januarii anni Domini MDCCXCVII. fuerunt impertitæ. Si vero collegium ipsum ab urbe debuerit exulare in hujusmodi ærumnosis circumstantiis ad præstolandam liberam, et tranquillam pontificis successoris Nostri electionem comitia in alicujus catholica projuxdictione habenda decernimus, et mandamus, atque in hunc finem, omnes et singulas in allatis memorati Pii VI. prædecessoris sub plumbo literis datis ex cœnobio Carthusianorum prope Florentiam idibus novembris anno Domini MDCCXCVIII. contentas facultates, Nos itidem venerabilibus fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus denuo concedimus, renovamus, confirmamus, omniaque, et singula statuta, ac mandata in una, aut altera ex iisdem literis, quarum tenores habendi erunt, perinde, ac si de verbo ad verbum essent præsentibus inserti, integre, ac inviolabiliter respective observari volumus, atque præcipimus. Pro certo idcirco habentes, quemlibet sacri collegii cardinalem, in negotio tanti momenti catholicæ religionis, et Ecclesiæ tranquillitatem spectante, nullam propriorum commodorum, sed universi catholici gregis curam dumtaxat habiturum, ut concordibus studiis novus pontifex celeriter eligatur, qui Petri naviculam assiduis agitatam fluctibus opportune regat, atque gubernet.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes propterea has pariter Nostras literas, etiam ex eo quod quilibet in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes minime vocati, neque auditi fuerint perpetuo validas esse, et fore, atque ab omnibus, et præsertim iis, ad quos specialiter spectat, et pro tempore spectabit non solum plenissime suffragari, sed etiam inviolabiliter pariter observari, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus, etiam quatenus opus sit Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, omnibusque aliis constitutionibus, et literis apostolicis, quæ prædictus Pius prædecessor, suis literis specialiter enunciando voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 6. Volumus insuper, quod præsentium transumptis, etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si originaliter forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostri mandati, confirmationis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, pridie kalendas novembris, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXXIX.

Dat. die 31 octobri 1804. anno V.

Confirmatio deliberationis initæ per secretarium status cum deputatione ejusdem in judicem privativum super futuris controversiis pro collegio Germanico Hungarico de urbe.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus constituti, illud curandum arbitramur, ut Nostrorum, et S.R.E. in temporalibus subditorum, ac præsertim ecclesiasticorum collegiorum jura, etiam post tot, tantasque superiorum temporum vicissitudines, sarta, tecta, sincera, et integra maneant.

Expositio precum, et decreti editi ad rem a cardinale Consalvio.

§. Cum igitur post editam Nostram illam constitutionem, quæ incipit = *Post diuturnas* = dilectus filius modernus in provincia Urbinatensi delegatus Noster apostolicus

jurisdictionem territorialem personalem, quam ante notissimas superiorum temporum procellas collegium Germanicum Hungaricum de urbe, ac pro eo ipsius collegii protector, tam in fundis, quam personis ad abbatiam sanctæ Crucis Fontis de Avellana Senogalliensis et Eugubinæ, seu alterius diœcesis pertinentibus ab immemorabili tempore exercuerat, jam cessasse putaret; cumque venerabilis frater Noster Aloisius episcopus Albanensis S. R. E. cardinalis Valenti Gonzaga nuncupatus zelantissimus ejusdem collegii apud Nos, et sanctam Sedem protector Nobis humiliter supplicasset, ut ipsum collegium in jurisdictionam hujusmodi possessione manutenendum fore mandaremus, Nos, ut, qua par erat, procederemus maturitate, rem omnem dilecto filio Nostro Herculi ejusdem S. R. E. diacono cardinali Consalvi nuncupato secretario status dignoscendam remisimus, ut ipse pro suo acri ingenio, rerumque usu consuleret, prout rationi consentaneum esset. Qui Hercules cardinalis utraque parte in scriptis audita, ac rationibus hinc inde deductis diligenter expensis, prævio Nostræ vivæ vocis oraculo, sentiit, atque deliberavit jurisdictionem collegii prædictam, per Nostram memoratam constitutionem minime fuisse abrogatam. In ipsa namque constitutione eas tantum jurisdictiones aboletas esse voluimus, quæ alicui peculiari exemptioni, et privilegio personali, vel locali niterentur, aut ex officio aliquo in materiis, et delictis communibus penderent, non autem illas abrogavimus jurisdictiones, quæ essent territoriales, ac feudales, qualis in dicta abbatia ipsius collegii jurisdictio fuisse dignoscitur.

Confirmatio dicti decreti.

§. 3. Nos itaque, ut multos Romanos pontifices prædecessores Nostros imitemur, qui idem collegium maximis favoribus ornarunt, quippe quia ex ejus gremio quamplurimi prodiere S. R. E. cardinales S. R. I. electores, archiepiscopi, episcopi, abbates, aliique qui et probitate morum, et doctrina non mediocriter floruere, ac etiam ecclesiasticis dignitatibus præfulgentes, deliberationem Herculis cardinalis prædictam apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio munire, idemque collegium specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac singulares personas, quibus præsentes Nostræ literæ favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, motu proprio, ac certa scentia, ac maturo consilio Nostris, prædictam Herculis cardinalis deliberationem, seu sententiam, qua de jure sancitum, et declaratum fuit, ad prædictum collegium Germanicum Hungaricum, ac pro ipso ad ejus cardinales protectores pro tempore existentes spectare jus exercendi plenam, ac absolutam jurisdictionem feudalem, et territorialem in prædicta abbatia in omnibus causis civilibus, criminalibus, et mixtis, quæ respiciant actiones, et jura ad eamdem abbatiam pertinentia, vel crimina etiam communia, quæ intra fines abbatiæ ab ejus ministris, colonis, aliisque, licet exteris, comitti possint, eo ipso modo, quo cæteri barones, ac feudatarii ditionis Nostræ pontificiæ suam in propriis feudis exercent jurisdictionem, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis, et perpetuæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in ea quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus: itemque si, et quando in posterum novæ super jurisdictionis hujusmodi exercitio, et pertinentiis quomodolibet suborirentur dubitationes, et controversiæ, tam cum delegato apostolico prædicto, quam cum alio quocumque jusdicente, pro iisdem dubiis tollendis, ac quæstionibus decidendis nunc, et pro tempore in perpetuum existentem cardinalem secretarium status in judicem privativum, et œconomicum, qui de plano, ac sine strepitu judiciali, et quacumque appellatione remota, easdem controversias definiat, et dubia hujusmodi, prout rationi consentaneum erit, resolvat, ita ut quæstiones, vel dubia hujusmodi coram quocumque alio judice, aut tribunali, vel etiam S. R. E. cardinalium congregationi proponi non possint, auctoritate, et tenore prædictis constituimus, atque deputamus.

§. 4. Decernentes ipsas præsen- Clausula su-

blata et decretum irritans.

tes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac ejusdem S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, memorata Nostra, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima octobris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXL.

Dat. die 13 novemb. 1804 anno V.

Facultas dignitatibus, et canonicis collegiatæ ecclesiæ Valentiæ Bracharensis diœcesis gestandi tibialia, et zonam violaceam, ac fasciolam viridem in pileo in perpetuum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum vestigia prementes, ecclesiasticis viris, et Altissimo famulantibus in augustioribus templis peculiaria ornamenta deferenda interdum concedimus, ut ipsi vel per externas hujusmodi honorificentias excitati internarum splendore virtutum prælucere in domo Domini magis, magisque nitantur.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis dilecti filii capitulum, et canonici insignis, ut asseritur, collegiatæ ecclesiæ sancti Stephani oppidi Valentiæ Mirici Bracharensis diœcesis nuper exponi fecerunt, idem capitulum antiquitatis præsertim laude ita emineat, ut ex certis monumentis melior capituli cathedralis ecclesiæ Thudensis pars ab origine fuisse dicatur, atque inter vetusta privilegia illud quoque numeretur, ut jurisdictione in toto Valentiano territorio cum jure, et titulo visitandi olim exercuerit, multum splendoris ad ipsum accederet, si ejusdem capituli dignitates, et canonici novis decorationibus per Nos, et hanc sanctam Sedem donentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, dignitatibus, et canonicis nunc, et pro tempore in perpetuum existentibus dictæ collegiatæ sancti Stephani, ut ipsi zonam violaceam cum floccis, seu lemniscis coloris similis, et tibialia itidem violacea, ac demum fasciolam cum lemniscis coloris viridis pilei fornici obvolutam privatim, ac publice in dicta diœcesi Bracharensi gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, ac dignitates, et canonicos prædictos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ collegiatæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro, apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia novembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 13 novemb. 1801 anno V.

CCCXLI.

Institutio novæ cathedræ de Mineralogia, et Historia Naturali in Romano archigymnasio Sapientiæ pro collegio advocatorum concistorialium urbis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 1. Uberes dum menti Nostræ fructus occurrunt, quibus eo ditatur magis humana respublica, quo hominum ingeniis major, ampliorque patet literarum palestra: nihil sane ducimus omittendum quidquid ad extendenda augendaque artium, atque disciplinarum studia conferre posse conspicimus. Quum itaque rerum naturalium varia supellex, cui in archigymnasio Sapientiæ almæ urbis Nostræ omnifariam coagmentandæ pluribus ab hinc annis tum a Nostris prædecessoribus, tum a Nobis etiam ipsis jugis est adhibita cura, adeo jam in musæum excreverit, ut quemadmodum nuper exponi Nobis fecerunt dilecti filii collegium advocatorum concistorialium, nil desiderari aliud videatur, quam peritus, ac idoneus vir, qui custodiam musæi hujusmodi peculiarem suscipiat, et de mineralogia studiosam juventutem publice erudiat, orentque ipsi advocati, ac humiliter flagitent hac in re per Nos provideri opportune, atque ut infra indulgeri.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos ad archigymnasii decus, scentiarumque augmentum exponentium votis libenter obsecundantes, ipsosque omnes, ac unumquemque ipsorum a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint; hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ipsorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, auditis prius dilectis filiis magistro Alexandro Lante cameræ Nostræ apostolicæ thesaurario, et archigymnasii prædicti moderno rectore, auctoritate apostolica tenore præsentium cathedram mineralogiæ, et historiæ naturalis eodem in archigymnasio erigimus, et constituimus, et in cathedræ hujusce lectorem publicum, dilectum filium Carolum Josephum Gismondi congregationis clericorum regularium Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatarum expresse professum, et luculenter tam ob ejus scientiam atque peritiam in rebus naturalibus, quam ob ejus idoneitatem, ac zelum in recte edocendis juvenibus apud Nos commendatum, pro hac prima vice nominamus, et facimus, eique annuum scutatorum centum et viginti stipendium statuimus, et assignamus, nec non omnes ac singulos honores, prærogativas, gratias, et indulta jam aliis archigymnasii lectoribus concessa, ac per eosdem quomodolibet gauderi solita concedimus, atque tribuimus, onusque simul diligenter custodiendi præmemoratum musæum, seduloque incumbendi lectionibus, quas publice de minerologia et historia naturali habiturus in archigymnasio erit per totum annum scholasticum, ac illa præcipue dierum hora, quam ei advocatorum prædictorum collegium designaverit, imponimus, ac stricte injungimus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac iis omnibus, ad quos spectat, ac spectabit pro tempore, plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non supradicti archigymnasii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Declaratio specialis quoad emolumentum lectoris, ejusque electionem.

§. 4. Volumus autem, ac declaramus expresse, quod lector cathedræ hujusmodi nihil unquam in iis, quæ ad augmentum stipendiorum juxta præstitutas in archigymnasio regulas obtineri consuetum attinet, commune habeat cum aliis lectoribus, sed in recensita sui stipendii summa centum ac viginti scutorum semper ma-

nere, semperque de ea solum contentus esse debeat: quodque lecturam ejusdem prædictæ cathedræ si et quando imposterum vacare contingat, tunc quoad novum eligendum lectorem adamussim servetur in omnibus et per omnia felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri constitutio, quæ incipit = *Inter conspicuos ordines*. Datum Romæ de speciali mandato Nostro die decima tertia novembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 4 decembris 1804. anno V.

CCCXLII.

Confirmatio decreti congregationis sacrorum Rituum pro clero sæculari, et regulari civitatis, et diœcesis de Cusco in Indiis Occidentalibus.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Quum sicut exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii clerus secularis, et regularis civitatis, ac diœcesis de Cusco in Indiis Occidentalibus, ipsi pro peculiari erga sanctum Josephum beatissimæ Mariæ virginis sponsum suæ devotionis affectum recitare quotannis in die decima nona cujuslibet mensis officium proprium cum missa in honorem ejusdem sancti, prout in illius die festo recitatur, plurimum cupiant, humiliterque a Nobis exposcant.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos ipsos exponentes in devotione hujusmodi confovere, ac specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attenta dilecti filii magistri J. de Carpineo secretarii congregationis sacrorum rituum relatione, eisdem exponentibus, ut posthac prædictum officium cum missa ipsi in supradictis diebus ritu semiduplici, exceptis tamen temporibus adventus, quadragesimæ, quatuor temporum, vigiliarum sive cum jejunio, sive absque jejunio, ac iis diebus, in quibus juxta rubricas reponendum sit officium dominicæ, aut festi translati, libere, et licite recitare possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ de speciali mandato Nostro sub annulo piscatoris die quarta decembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 14 decembris 1804 anno V.

CCCXLIII.

Indultum gestandi rocchetum, et mantelletam, vel cappam magnam, nec non palmari in perpetuum pro canonicis collegiatæ sancti Laurentii civitatis Florentinæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Quantum splendoris, ac venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium afferre valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia, non modo varias pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis in sacris faciendis præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est populi christiani frequentia, sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia etiam ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Expositio precum.

§. 2. Exponi quidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum,

et canonici regalis ecclesiæ collegiatæ insignis sancti Laurentii civitatis Florentinæ; quod quamquam ejusdem collegiatæ dignitati, et canonicis a felicis recordationis Leone pp. X. prædecessore Nostro per suas apostolicas sub plumbo pridie nonas octobris MDXX., ac successive a recolendæ memoriæ Gregorio pp. XIII. prædecessore itidem Nostro per similes suas idibus junii MDLXXXIII. datas literas concessum fuit, ut ipsi loco cottarum linearum, et almutiarum, quas ex iis temporibus gestabant, habitum, quem alii canonici metropolitanæ ecclesiæ Florentinæ tunc temporis deferebant, deferre (nigrum autem, non violaceum) possent, et valerent, numquam adhuc tamen habitu hujusmodi usi sunt, sed veterem illum suum retinuerunt, ac retinent. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, metropolitanæ canonici decentioribus, et commodioribus nunc fruantur insignibus, eumque collegiata ipsa patrimonii amplitudine, templi nitore, sacrarum supellectilium copia, sacerdotum probitate, et doctrina, populi christiani frequentia, et missarum numero etiam ex eo, quod defunctorum principum Hetruscorum ossa ibi quiescunt, non parum inter alias Florentinas ecclesias floreat, divinus cultus, populique devotio majora ibi susciperet incrementa, si ejusdem collegiatæ canonice tandem aliquando et sibi jamdiu concessis insignibus utantur, ac novis decorationibus donentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Aloisiæ Hetruriæ reginæ illustris, et regentis intuitu, quæ pro eo, quo semper flagrat avito religionis zelo, preces Nobis desuper oblatas vehementer commendavit, dictos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et eorumdem canonicorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, ac pro tempore in perpetuum existentibus dignitati, et canonicis memoratæ sancti Laurentii collegiatæ, ut ipsi posthac rocchetum, et mantelletam nigram limbo cremisini coloris circumdatam, ac tela serica ejusdem cremisini coloris subsutam, vel in aliis anni temporibus, aut solemnioribus festivitatibus loco mantelletæ hujusmodi cappam magnam pariter nigram cum nigris armellinis pellibus tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, et aliis functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, nec non palmari vulgo = bugia = in sacris faciendo, et aliis presbyteralibus functionibus exercendis in omnibus civitatibus, et locis Hetruriæ regi subjectis uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, dictosque dignitatem, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro die decima quarta decembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.



Dat. die 18 decembris 1804 anno V.

CCCXLIV.

Ampliatio indulti de uno ad duos menses vacandi a choro, et percipiendi in absentia fructus, et distributiones quotidianas in perpetuum pro beneficiatis ecclesiæ parochialis s. Catharinæ v. et m. civitatis Valentinæ.

Venerabili fratri archiepiscopo Valentino.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Nuper exponi fecerunt Nobis dilecti filii beneficiati, qui clerum constituunt ecclesiæ parochialis sanctæ Catharinæ virginis et martyris civitatis Valentinæ, quod felicis recordationis Clemens pp. XIV. prædecessor Noster anno MDCCLXXI. ipsis indulsit, ut tertia eorum pars pro uno tamen mense cujuslibet anni vacare posset a choro absque distributionum quotidianarum jactura, iis tamen exceptis, quæ personalem præsentiam postulant. Tunc temporis autem sexaginta beneficiati ista in ecclesia numerabantur, qui in præsentiarum ad quadraginta tantum redacti sunt defectu redditnum, qui pro hoc solo numero substentationem congruam afferunt. Sed præterquam quod multum imminuta est quantitas beneficiatorum, multum quoque eo ab hinc tempore excreverunt, tam mane, quam vespere functiones ecclesiasticæ, ita ut gravius nunc factum sit pondus laboris iis, qui choro inserviunt. Hinc vacatione duorum in anno mensium æque ac clerus fere omnis aliarum parochialium, licet et numero minor, et minori obstrictus servitio, ex apostolicæ Sedis gratia isthic jam gaudet, posse gaudere vel ipsi desiderant, enixisque precibus humillime a Nobis efflagitant.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes, ac ipsorum singulos specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, quatenus veris existentibus prænarratis, laudati prædecessoris indultum, quod ad unum dumtaxat mensem in anno pro tertia parte beneficiatorum prædictæ ecclesiæ, ut præfertur, concessum fuit, deinceps ad duos menses uniuscujusque anni, et non ultra, ac exceptis festis solemnioribus a te designandis, pro quarta, vel quinta eorumdem, ac etiam successorum parte, per turnum, prout magis in Domino expedire censueris, ita quidem, ut pars hujusmodi a choro per eos menses abesse, et nihilominus omnes et singulos suorum beneficiorum fructus, redditus, et proventus, nec non distributiones quotidianas, servata tamen quoad has conditione prioris indulti, dummodo nempe præsentiam, assistentiamque personalem non requirant, exigere, atque percipere, suosque in usum, et utilitatem convertere, perinde ac si cunctis chori et ecclesiæ servitiis, functionibusque interessent, libere, et licite valeant, auctoritate Nostra apostolica pro tui prudentia, et arbitrio gratis extendas, et amplies.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ parochialis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die octava decembris millesimo octingen-

tesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 22 decembris 1804 anno V.

CCCXLV.

Territorium s. Cornelii alias in diœcesi Elensi existens, diœcesi Gerundensi incorporatur.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Memorantur praecedentes literae quibus constituta fuit dioecesis Elensis.

§. 1. Cum per apostolicas Nostras, alias sub plumbo expeditas literas apud sanctam Mariam Majorem decimo kalendas proxime præteriti mensis augusti datas, pontificatus Nostri hoc anno quinto, vallem de Arania ad Pireneos montes positam prope flumen Garumnam, ejusque integrum territorium cum omnibus in ea, seu eo cujuscumque generis degentibus habitatoribus tam ecclesiasticis, quam laicis, omnibusque etiam ibi contentis ecclesiis etiam parochialibus, monasteriis, cappellis, ac beneficiis, alias sub ordinaria jurisditione episcopalis ecclesiæ Convenarum per Nos antea apostolica auctoritate suppressæ, ne ob jam peractam in Gallicano dominio omnium dœcesum novam circumscriptionem, omniumque episcopalium ecclesiarum novam pariter erectionem, habitatores prædicti territorii, utpote non Gallicano guberpio, sed charissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum regi in temporalibus obtemperantes, absque proprio ecclesiastico pastore remansuri essent, ordinationi, potestati, et jurisdictioni tam moderni, quam in posterum respective existentium ecclesiæ Urgellensis episcoporum perpetuo subjecimus, ac prædictam vallem de Arania cum suo integro territorio eidem diœcesi Urgellensi adjunximus, et incorporavimus.

Exponitur ratio decernendae novae dismembrationis

§. 2. Modo autem cum pariter intellexerimus quod vicus, aut regio sub sancti Cornelii titulo vulgo etiam Rivellas nuncupatus, aut nuncupata sub ipsius Caroli regis dominio existens, pridem sub episcopi suppressæ ecclesiæ Elnensis spirituali jurisdictione comprehensa reperiebatur, simili ratione congruum existimamus, ut habitatores omnes in toto hujusmodi territorio, Gallicano dominio contermino degentes, moderni et pro tempore existentium Gerundensis ecclesiæ episcoporum gubernio et jurisdictioni perpetuo subjiciantur.

Tenor novae assignationis.

§. 3. Apostolica itaque sollicitudine adducti, ac religiosis votis ejusdem Caroli regis obsecundando, integrum territorium supra enunciatum cum omnibus in eo contentis personis, et habitatoribus, tam ecclesiasticis, quam laicis cujuscumque generis, in temporalibus prædicto catholico regi obedientibus, et in eo existentibus ecclesiis et cappellis ante prædictam novam Gallicanarum diœcesum circumscriptionem sub episcopi suppressæ episcopalis ecclesiæ Elnensis spirituali gubernio comprehensis motu proprio, et ex certa scentia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, episcopali ecclesiæ, et diœcesi Gerundensi perpetuo per præsentes adjungimus, et incorporamus, ac omnimodæ jurisdictioni, superioritati, visitationi, et correctioni moderni et pro tempore existentis episcopi Gerundensis, apostolica auctoritate prædicta supponimus, atque subjicimus, ita ut episcopus Gerundensis prædictus, per se, vel alium, seu alios ejus nomine in supradicta regione, seu vico, aut territorio, et in eo, seu eis contentis ecclesiis, aut cappellis, eorumque adnexis, et pertinentiis, veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris diœcesani propria auctoritate, earumdem vigore præsentium cujusvis licentia desuper minime requisita libere apprehendere possit, et valeat.

Clausula sublata.

§. 4. Quapropter præsentes Nostras literas, omniaque in eis contenta, semper et perpetuo validas, et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus inviolabiliter observari mandamus.

Decretum irritans.

§. 5. Sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios vel delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S.R.E. cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, vel

quosvis alios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, ac definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis, editis specialibus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis in genere vel in specie alias in contrarium præmissorum forsan emanatis, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes; quibus omnibus, et singulis ad præmissorum omnium validissimum effectum, amplissime, plenissime, nec non specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 7. Præterea volumus, ut præsentium transumptis, sive exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostræ adjunctionis, unionis, incorporationis, subjectionis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, tertio decimo kalendas januarii pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXLVI.

Dat. die 22 januarii 1805. anno V.

Facultas regi catholico incorporandi in perpetuum unam commendam militiæ s. Jacobi.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Ex parte carissimi in Christo filii Caroli Hispaniarum regis catholici Nobis expositum nuper fuit, quod ipse, qui militiæ sancti Jacobi de Spatha administrator perpetuus auctoritate apostolica deputatus existit pro eo, quo fervet religionis zelo, proque eximio suo erga personas sub vexillis crucifixi Domini expresse militantes studio, ad levandam inopiam qua laborat regalis conventus dilectarum in Christo filiarum religiosarum vulgo *las Comendatoras* ordinis sancti Jacobi et mayor oppidi civitatis nuncupati Matriti Toletanæ diœcesis, eidem conventui præceptoriam seu commendam de Hinososa del Valle militiæ prædictæ per obitum bonæ memoriæ jam comitis de Dublaiset vacantem perpetuo concedere, atque incorporare intendit, quatenus Nostra, et hujus sanctæ Sedis super hoc licentia sibi suffragetur, et facultas. Quare Nobis ejusdem Caroli regis nomine humiliter supplicatum fuit, ut dicto conventui in præmissis providere dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur susceptum a pio rege consilium maxime in Domino laudantes, easdem religiosas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eidem Carolo regi dictam præceptoriam, seu commendam de Hinososa memorato religiosarum conventui auctoritate Nostra apostolica in perpetuum concedendi, uniendi, atque incorporandi, ipsisque religiosis mulieribus in conventu hujusmodi nunc, et pro tempore in perpetuum existentibus, ut præceptoriam,

seu commendam prædictam sic obtinere, illiusque fructus, redditus, et proventus quoscumque percipere, exigere, et levare, ac in conventus, ejusque ecclesiæ usus, utilitatemque convertere libere, et licite possint, et valeant, sine tamen ullo jurium ærario dictæ militiæ sancti Jacobi competentium, et præscripti, seu statuti per decretum generale vulgo per punto generale in cedula xvi. feb. MDCXXXVII. quoad solutionem decenniorum pacta, et a fel. rec. Pio pp. VI. prædecessore Nostro, per suas in simili forma brevis die xi. decembris MDCCLXXXII. expeditas literas confirmata præjudicio, atque cum debito in pepetuum persolvendi reliqua omnia onera regalia, et ordinaria, quæ quolibet anno super dicta præceptoria, seu commenda distribuenda erunt, indulgendi plenam, et omnimodam facultatem eadem auctoritate, tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ militiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima secunda januarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXLVII.

Dat. die 25 januarii 1805 anno V.

Erectio montis frumentarii in favorem nosocomii civitatis Alatrinæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium. §. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus constituti, illud præcipue curandum Nobis esse arbitramur, ut ea, quæ locorum ordinarii in pauperum levamen provide institui cupiunt, firmiter etiam, ac perpetuo instituantur.

Ratio concessionis §. 2. Cum itaque, sicut accepimus, publicum nosocomium civitatis Nostræ Alatrinæ reddit□um penuria ita laboret, ut auctum nuperrimis temporibus infirmorum numerum alendo, atque curando impar fuisset, nisi venerabilis frater Joseph ejusdem civitatis episcopus pro sua, qua in pauperes fervet charitate, verbo, et exemplo divites cives ad opem ei ferendam excitasset, cumque idem Joseph episcopus providas, suas hujusmodi curas in perpetuum futurum tempus extendens cupiat montem frumentarium ex undecim, quæ extant tritici rubris ipsius nosocomii erigi, ac perpetuo inviolabiliter servari in subsidium quoque pauperum agricolarum, quibus triticeum semen ad serendum desit; Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis §. 3. Nos igitur susceptum a dicto episcopo consilium maxime in Domino laudantes, atque ipsum episcopum, dictique nosocomii administratores specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, montem frumentarium hujusmodi ex dictis undecim tritici rubris incipiendum, atque ex continuis augmentis successive complen-

dum donec ad trecenta tritici rubra pervenerit, vel ad alium inferiorem numerum per ipsum Josephum episcopum intra annum proximum definiendum, sub immediata nunc, et pro tempore existentis episcopi Alatrini subjectione, adhibitis tamen duobus deputatis ecclesiastico uno, altero sæculari per ipsum episcopum eligendis, atque ad ejus nutum in hujusmodi officio perdurandis, et cum privilegio manus regiæ pro faciliore frumentorum repetitione, augmentorumque exigentia, nec non cum reliquis omnibus, et singulis privilegiis, quibus montes frumentarii hujusmodi civitatum, et locorum status Nostri pontificii tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, atque gaudere poterunt in futurum, auctoritate apostolica, tenore præsentium in favorem dicti nosocomii erigimus in perpetuum, instituimus, et erectum declaramus.

Leges servandæ.

§. 4. Volumus autem I. ut ejusdem montis administratores ab episcopo deputati teneantur singulis annis rationem reddere suæ administrationis eidem episcopo, nulla interposita mora. II. Frumentum, seu triticum nemini distribuatur, nisi agricolis pauperibus, qui illud revera seminaturi sint, ac præstito ab eorum singulis, quatenus opus sit, fidejussore. III. Ut annuatim repetatur frumentum præstitum cum respectivis augmentis per similes montes exigi consuetis. IV. denique postquam rubrorum triticeorum numerus ad suum complementum pervenerit, augmenta, et emolumenta inde percepta, expletis oneribus, in dicti nosocomii dumtaxat utilitatem erogentur, neque in alios usus convertantur sine speciali Nostra, et Romanorum pontificum successorum Nostrorum facultate: dos vero, vel sors principalis frumentaria ejusdem montis omnino inalienabilis perpetuo maneat. Quas omnes, et singulas conditiones perpetuis futuris temporibus inviolabiliter servari, dicta auctoritate constituimus, atque mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dicto nosocomio, ejusque administratoribus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro die vicesima quinta januarii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXLVIII.

Dat. die 29 januarii 1805 anno V.

Confirmatio nonnullarum literarum apostolicarum quibus jam hominibus terræ Valtupinæ Fulginatensis diœcesis indultum fuit, ne prætor terræ ejusdem assumi posset ex eis, qui originarii essent vicinarum civitatum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti ea, quæ a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris in favore Nostrorum, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ

in temporalibus subditorum provide concessa sunt, illæsa remanere volumus, ac etiam sæpe confirmamus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi quidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii, universitas, et homines terræ Nostræ de Valtupina jam Nucerinæ, nunc autem Fulginatensis diœcesis, quod dudum sibi a fel. rec. Urbano pp. VIII. prædecessore Nostro sub certis modo, et forma tunc expressis auctoritate apostolica concessum fuit, ac successive a rec. mem. Benedicto pp. XIII. prædecessore itidem Nostro pariter confirmatum, ut in ipsius terræ prætorem nemo unquam eligi et assumi posset ex iis, qui originarii essent vicinarum civitatum, terrarum et locorum non ultra decem millia passum ab ipsa terra distantium, ac alias, prout ex respectivis dictorum Urbani, et Benedicti literis in simili forma brevis die xiii. januarii MDCXLIII., et xxvi. septembris MDCCXXIX. desuper expeditis, quarum tenorem, præsentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, quo literæ prædictæ firmius in suo robore existant, et serventur exactius, apostolicæ Nostræ confirmationis præsidio communiri summopere desiderant.

Tenor confirmationis.

§. 3. Nos dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, memoratas Urbani, et Benedicti prædecessorum literas, et omnia, ac singula in eis contenta auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robur noviter adjicimus, servarique mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem Nostras præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis plenissime suffragari, et ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus omnibus et singulis illis, quæ in præsentis Urbani, et Benedicti prædecessorum literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro sub annulo piscatoris die vicesima nona januarii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCIL.

Dat. die 29 januarii 1805 anno V.

Facultas aggregandi pro confratribus sodalitii Animarum Purgatorii de Yecla Carthaginensis diœcesis.

Venerabili fratri
Episcopo Carthaginensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii confratres sodalitii, quod sub titulo Animarum Purgatorii in parochiali ecclesia villæ de Yecla Carthaginensis diœcesis canonice, ut asserunt, extat erectum, se quamplurimum cupere, ut indulgentiarum, quibus sodalitium gaudet, participes fieri possint etiam ii ex christifidelibus, qui habitum per confratres hujusmodi gestari solitum, ac propriis sodalitii sumptibus textum, consutumque, et ab aliquo ecclesiastico viro debita ad id facultate prædito benedictum assequi, eoque in morte supervestiri voluerint. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ipsorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus præmarratis, eisdem exponentibus, ac eorumdem quoque in perpetuum successoribus admittendi, et aggregandi, (juxta tamen formam a te præfigendam, provisoque simul per te, ne qua unquam turpis lucri occasio subrepat.) sodalitio prædicto eos etiam fideles, qui prædictum habitum expetierint, quique, sic admissi et aggregati de indulgentiis sodalitio, ut præfertur, concessis participare, et defuncti quum fuerint, ejusdem sodalitii habitu indutos efferri et sepelliri libere, ac licite possint et valeant, licentiam et facultatem auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et prudentia gratis impertiaris.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro die vicesima nona januarii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 1 februarii 1804 anno V.

CCCL.

Erectio metropolitanæ ecclesiæ Ratisbonensis.

Pius Episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In universalis Ecclesiæ cura, quam redemptor Noster imperscrutabili suo judicio Nostræ humilitati committere dignatus est, eam inter cæteras officii Nostri sollicitudines præcipuam habendam esse cognoscimus, ut omnes christifideles ad orthodoxæ fidei præsidium, ad religionis catholicæ incrementum, et ad æternam animarum salutem a propriis et idoneis pastoribus gubernentur. Atque idcirco gravibus impellentibus causis, et solum Deum præ oculis habentes Nostra studia in hanc rem conferre nunquam omittimus, prout necessitas exigit, ac temporum, locorum, et personarum qualitatibus mature pensatis conspicimus in Domino salubriter expedire.

Memorantur præcedentes literæ latæ pro efformatione novarum diœcesum in regnis Galliarum.

§. 2. Hinc est, quod Nos ad servandam unitatem, et restituendum catholicæ religionis exercitium in amplissimis regionibus, quæ temporali dominio charissimi in Christo filii Nostri Naupolconis Francorum imperatoris nunc subjacent, per Nostras sub plumbo expeditas literas datas Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo primo tertio kalendas decembris, pontificatus Nostri anno secundo, novam statuerimus diœcesium circumscriptionem, atque inter cæteras metropolitanam ecclesiam Moguntinam perpetuo suppresserimus, eamdemque ecclesiam noviter erexerimus in ecclesiam episcopalem suffraganeam archiepiscopi Mechliniensis, quoad eam antiquæ diœcesis territorii partem, quæ in sinistra fluminis Rheni ripa sita, Gallorum paret imperio, firmis interea atque integris remanentibus quoad reliquam ipsius antiquæ diœcesis partem in ejusdem fluminis dextera ripa positam omnibus juribus, privilegiis, ac jurisdictione tam venerabilis fratris Caroli Theodori de Dalberg jam archiepiscopi Moguntini, quam illius metropolitanæ ecclesiæ capituli, Nobisque reservavimus curam secundodictæ parti memoratæ antiquæ diœcesi in posterum prospiciendi. Idem quoque decrevimus, quoad aliam ecclesiam metropolitanam Trevirensem quam pariter suppressimus, et in novam episcopalem ecclesiam erreximus, præfati Mechliniensis archiepiscopi suffraganeam pro territorii parte sita intra limites imperii Gallicani, salvis in reliqua parte juribus itidem, privilegiis, et jurisdictione prioris illius archiepiscopi, et capituli prout in præfatis Nostris literis fusius continetur. Existente similiter civitate Coloniensi cum parte antiquæ suæ diœcesis sub Gallicano imperio, eam-

demque vigore hujusmodi Nostrarum literarum jam dismembrata, et unita novis Galliarum diœcesibus, habitoque jam antea consensu capituli ipsius metropolitanæ ecclesiæ a pluribus annis vacantis, titulum, denominationem, naturam, et essentiam ejusdem ecclesiæ Coloniensis pari modo apostolica auctoritate, omnino suppressam, et extinctam censendam esse declaramus, firmis de cætero remanentibus ejusdem ecclesiæ, et capituli juribus, privilegiis, et jurisdictione in antiquæ diœcesis parte ad dexteram Rheni ripam sita, ac reservata Nobis cura prospiciendi in posterum similibus partibus antiquarum diœcesium Coloniensis ac Trevirensis: extincto tamen quocumque jure metropolitico, suppressis archiepiscopalibus ecclesiis Moguntina, Coloniensi, ac Trevirensi antea spectante.

Consulitur decori suppressæ sedis Moguntinæ.

§. 3. Cum autem præ oculis semper habuerimus conspicuam sedem Moguntinam, quæ a sancto ipso Bonifacio Germaniæ apostolo illustrata antea pendebat, multum expediens futurum judicavimus, eamdem veteris diœcesis Moguntinæ partem alii sedi addicere, in quam jura, honores, ac privilegia suppressæ metropolitanæ ecclesiæ Moguntinæ auctoritate Nostra transferantur, cumque per obitum bonæ memoriæ Josephi Conradi de Schrofenberg episcopi Frisingensis, simulque Ratisbonensis ecclesiæ administratoris a biennio circiter vacet eadem ecclesia Ratisbonensis, cujus gubernii spiritualis administrationem, attento lapsu temporis, juxta concordata Germaniæ, capitulo illius cathedralis pro electione novi episcopi præfiniti, atque ex peculiaribus causis per Nostras in forma brevis die decima quinta julii anni Domini millesimi octingentesimi tertii sub annulo piscatoris expeditas literas prædicto Carolo Theodoro ad Nostrum et Sedis apostolicæ beneplacitum commisimus, opportunum Nobis videtur in difficillimis hisce temporibus congruum aliquid juxta rerum et circumstantiarum exigentiam statuere, tam de vacante sede episcopali Ratisbonensi, quam de supramemorata parte antiquæ diœcesis suppressæ metropolitanæ Moguntinæ in dextera Rheni ripa existente.

Votum ad rem panditum a nonnullis S. R. E. cardinalibus.

§. 4. Nonnullorum propterea venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium exquisita sententia, illud apprime expediens visum est, quod ecclesia ipsa cathedralis Ratisbonensis optimæ structuræ, de rebus omnibus necessariis instructa, et copioso clero referta, prævia illius exemptione a quacumque Salisburgensis metropolitani superioritate in archiepiscopalem et metropolitanam ecclesiam erigeretur, atque hoc pacto majus obtineret honoris augmentum.

Erectio civitatis Ratisbonensis in archiepiscopalem.

§. 5. De consilio igitur eorumdem venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine Ratisbonensem episcopalem ecclesiam a quocumque archiepiscopi Salisburgensis metropolitico jure, superioritate, jurisdictione, et auctoritate perpetuo eximimus ac liberamus, illiusque titulum, denominationem, naturam et essentiam cathedralitatis, ac dignitatis episcopalis perpetuo quoque supprimimus, et extinguimus. Civitatem vero Ratisbonensem in archiepiscopalem, et metropolitanam civitatem cum juribus, honoribus et prærogativis hujusmodi archiepiscopalibus civitatibus competentibus, nec non cathedralem ecclesiam Ratisbonensem sub invocatione sanctorum Petri et Pauli apostolorum in ecclesiam archiepiscopalem et metropolitanam, cum sede et dignitate archiepiscopali, pro uno deinceps archiepiscopo Ratisbonensi nuncupando, qui pallii, et crucis usum ad instar aliorum archiepiscoporum, cum suis capitulo, sigillo, arca, mensa archiepiscopali, omnibusque archiepiscopalibus insigniis, privilegiis, honoribus, titulis, et prærogativis, nec non juribus, jurisdictionibus, facultatibus, superioritatibus, ac præeminentiis, gratiis, favoribus, ac indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus aliæ metropolitanæ ecclesiæ, earumque præsules utuntur, fruuntur et gaudent, ac præsertim iis, quibus antedicta metropolitana suppressa sedes Moguntina, illiusque archiepiscopi et capitulum legitime potiebantur, ac pacifice gaudebant, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt simili apostolica auctoritate perpetuo erigimus, atque instituimus; nomine, titulo, et honore sedis archiepiscopalis, et metropolitanæ decorantes, il-

liusque pro tempore existentem præsulem archiepiscopum declarantes, eidemque, ut singula, quæ metropolitanis in eorum civitatibus, diœcesibus, et provinciis agere a jure indultum est, facere, exercere, administrare, et exequi possit, apostolica auctoritate perpetuo concedimus, et indulgemus.

Constitutio mensæ capitularis.

§. 6. Ad capitulum porro hujus novæ metropolitanæ ecclesiæ erigendum, cum ob plures locorum, ac rerum circumstantias minime Nobis explorata sint ea omnia, quæ ad tale capitulum apprime efformandum essent necessario agnoscenda, cumque in doctrina, fide, ac prudentia ipsius Caroli Theodori in archiepiscopum ejusdem novæ metropolitanæ a Nobis præficiendi, multum confidere debeamus, per præsentes Nostras literas ei committimus, ut servatis omnibus de jure servandis, auditisque singulis in hoc interesse habentibus, capitulum hujusmodi, cum suis dignitatibus, canonicis, officiis, ac præbendis, juxta præscriptum concilii Tridentini, nec non ut primum poterit, curet statuere, cum arca, bursa, et sigillo communibus, aliisque signis, et insigniis, honoribus, privilegiis, prærogativis, præeminentiis, ac juribus, quæ antea a capitulo suppressæ metropolitanæ ecclesiæ legitime, ac pacifice fruebantur. Tali autem efformato capitulo, ut pro illius dignitatum, et canonicorum, omniumque rerum, ac bonorum tam spiritualium, quam temporalium prospero, et felici gubernio, ac directione, nec non onerum supportatione, divinorum officiorum celebratione, ac distributionum quotidianarum, aliorumque emolumentorum quorumcumque perceptione, ac divisione pœnarum per negligentes incurrendarum declaratione, cæterisque aliis circa præmissa necessariis et opportunis statuta, ordinationes, et decreta sacris canonibus, et apostolicis constitutionibus minime adversantia condere valeat, eidem Carolo Theodoro licentiam, et facultatem concedimus atque impertimur: mandantes tamen, ut omnia et singula, quæ pro capitulo hujusmodi constabiliendo acta erunt, ad Nos transmittat, ut prævio consueto examine apostolica Nostra approbatione roborentur; itemque præscribentes, ut donec memoratum capitulum novæ metropolitanæ non erit erectum, et cum suis statutis a Nobis plenissime approbatum, omnia in eo, quoad præsens sunt statu remaneant nihil ex una vel altera parte innovando, utque nullum juribus veterum canonicorum tam Moguntinæ, quam Ratisbonensis ecclesiarum, ut præfertur, suppressarum præjudicium quomodolibet inferatur, ac demum eidem Carolo Theodoro injungentes, ut interea quotidiano servitio archiepiscopalis ecclesiæ Ratisbonensis expedienti modo provideat.

Privilegia concessa capitulo.

§. 7. Capitulo insuper hujus novæ metropolitanæ ecclesiæ Ratisbonensis, statim atque erit in præmissa forma erectum, et cum suis statutis ab apostolica Sede approbatum, facultatem perpetuis futuris temporibus impertimur gaudendi jure, ut in qualibet sedis archiepiscopalis vacatione, infra tres menses a die vacationis hujusmodi canonici capitulariter congregati, divino implorato præsidio, novum ejusdem metropolitanæ ecclesiæ Ratisbonensis archiepiscopum juxta canonicas leges, et ad formam juris, ac statutorum antiquæ suppressæ metropolitanæ ecclesiæ Moguntinæ in posterum eligere libere ac licite possint, et valeant, qui postmodum a Nobis et Romanis pontificibus successoribus Nostris in ejusdem ecclesiæ antistitem, erit consueto more confirmandus, et per apostolicas sub plumbo literas de ipsa metropolitana ecclesia providendus.

Declaratio specialis.

§. 8. Quod si fortasse vacatio Ratisbonensis ecclesiæ quovis modo accidat priusquam ejus novum capitulum præmissa methodo sit erectum, et cum suis statutis ab apostolica Sede approbatum, cum maxime intersit, ut ad novi præsulis deputationem quam expeditissime procedatur, decernimus et mandamus, quod jus eligendi novum Ratisbonensem archiepiscopum a Romano pontifice deinceps confirmandum infra præfinitum tempus, et juxta formam canonicarum legum, ac statutorum suppressæ metropolitanæ ecclesiæ Moguntinæ, in hoc tantum peculiari casu ad solos antiquos canonicos ipsius Moguntinæ suppressæ ecclesiæ spectet, et pertineat, ac spectare, et pertinere debeat, absque eo, quod capitulo suppressæ episcopalis ecclesiæ Ratisbonensis aliquo modo in id se se ingerere liceat; suspenso in simili

dumtaxat casu manente omni et quocumque jure hujus antiqui capituli circa proprii episcopi electionem.

Ambitus novæ dioecesis præfinitur.

§. 9. Pro ambitu vero novæ archidiœcesis Ratisbonensis in qua futurus et pro tempore existens archiepiscopus residere debebit, ultra Ratisbonensem civitatem assignamus tam omnia et singula oppida et loca in suppressa episcopali diœcesi Ratisbonensi contenta, quæ ad præsens ipsius a Nobis deputandi archiepiscopi etiam temporali dominio subjacent, quam oppida, et loca jam efformantia partem alteram suppressæ Moguntinæ archidiœcesis ad dexteram Rheni ripam existentia, quæ pariter temporali dominio subsunt antiqui archiepiscopi Moguntini, cui adhuc integra manet in illis jurisdictio, cum omnibus et singulis personis tam ecclesiasticis, quam laicis cujuscumque gradus, et conditionis, quas ordinariæ futuri, et pro tempore existentis archiepiscopi Ratisbonensis potestati, et auctoritati perpetuo subiicimus, atque supponimus.

Dotatio Mensæ Archiepiscopalis.

§. 10. Ut autem futurus, et pro tempore existens archiepiscopus Ratisbonensis dignitatem suam decenter sustinere valeat, redditus omnes, ac proventus a memoratis territoriis Moguntinæ et Ratisbonensis suppressarum diœcesium, temporali etiam ipsius novi archiepiscopi dominio, ut præfertur, subjectis provenientes, atque ad summam centum octoginta circiter millium florenorum monetæ illarum partium annuatim, ut asseritur, ascendetes pro dote mensæ archiepiscopalis ecclesiæ Ratisbonensis, apostolica pari auctoritate perpetuo etiam constituimus et assignamus.

Idem ut supra.

§. 11. Eidem præterea ut supra a Nobis erectæ metropolitanæ ecclesiæ Ratisbonensi omnes, et singulas episcopales ecclesias, quæ ad dexteram ripam antedicti fluminis Rheni sitæ sunt, quæque antea vel Moguntinæ vel Trevirensis, aut Coloniensis ecclesiarum, ut præfertur, suppressarum juri metropolitico suberant, vel ad præsens venerabilis fratris moderni Salisburgensis archiepiscopi juri subsunt metropolitico (prævio tamen venerabilium fratrum Salisburgensis archiepiscopi, et suppressæ metropolitanæ ecclesiæ Trevirensis antistitis, nec non dilectorum filiorum suppressæ archiepiscopalis ecclesiæ Coloniensis capituli, et canonicorum expresso consensu a supradicto novæ metropolitanæ ecclesiæ Ratisbonensis deputando archiepiscopo prius exquirendo ac reportando, et semper exceptis ecclesiis illis, quæ in imperialis regiæ Austriacæ domus, atque in Borussiæ regiis dominiis existunt, itemque salva in omnibus, et integra manente Sedis apostolicæ auctoritate circa erectiones diœcesium, et divisiones provinciarum, quovis tempore ac quomodolibet libere exercenda) in ejusdem futuri, et pro tempore existentis archiepiscopi Ratisbonensis suffraganeas assignamus, ad hoc ut harum præsules, ejusdem archiepiscopi metropolitico juri subsint, atque ipse futurus et pro tempore existens archiepiscopus Ratisbonensis in hisce diœcesibus metropoliticum sibi vindicet jus, ac suffraganeos ad provinciales synodos evocare, et cum eis publica etiam negocia pertractare, causasque appellationum, et quærelarum ad eum juxta decreta concilii Tridentini devolutas terminare, omniaque alia et singula, quæ ad archiepiscopale munus juxta canonicas sanctiones quomodolibet spectant, et pertinent facere, gerere, exercere, et exequi valeat plenam concedimus facultatem et auctoritatem.

De consensu præbendo ab aliis episcopis novæ erectioni dioecesis Ratisbonensis.

§. 12. Postquam vero Salisburgensis archiepiscopus, et suppressæ metropolitanæ ecclesiæ Trevirensis antistes, nec non suppressæ pariter Coloniensis archiepiscopalis ecclesiæ capitulum consensum ab eis ut supra exquirendum præstiterint, ut idem futurus archiepiscopus Ratisbonensis consensuum hujusmodi authentica exempla, et notulam ecclesiarum omnium suo metropolitico juri vigore præsentium subiiciendarum, itemque tabulam exprimentem singula loca novam archiepiscopalem Ratisbonensem diœcesim efformantia, ad Sedem apostolicam quantocitius transmittere teneatur, volumus, atque mandamus.

Consulitur veteri territorio non comprehenso in nova constitutione dioecesis Ratisbonensis.

§. 13. Et quoniam nova archidiœcesis unam tantummodo partem comprehendit antiquæ suppressæ episcopalis diœcesis Ratisbonensis, cujus administrationem jam antea memorato Carolo Theodoro, ut supra, commisimus, Nos ut spirituali gubernio quorumcumque christifidelium, qui aliorum principum temporali domi-

nio subjacent opportune consultum sit, eumdem Carolum Theodorum futurum archiepiscopum Ratisbonensem in spirituali administratione, et jurisdictione populorum omnium existentium in locis antiquæ diœcesis Ratisbonensis, quæ aliis subsunt principibus ad Nostrum, et Sedis apostolicæ tantummodo beneplacitum confirmamus: declarantes tamen, quod si forte ante obitum sæpedicti Caroli Theodori nondum de ultimodicta veteri diœcesis portione aliquid ab apostolica Sede fuerit constitutum, nullum exinde in ejusdem spirituali gubernio jus possit ullo modo acquirere successor eligendus archiepiscopus Ratisbonensis, quodque Nobis et apostolicæ Sedi libere manent reservata facultas præscribendi rationem, qua populorum in præfato territorio degentium spirituali administrationi debeat provideri.

Id ipsum pro territorio antiquæ dioecesis Moguntinæ.

§. 14. Eidem pariter Carolo Theodoro futuro archiepiscopo Ratisbonensi potestatem tribuimus, ut in casum, in quem locus aliquis antiquæ Moguntinæ diœcesis ad dexteram Rheni ripam positus intra limites novæ archidiœcesis Ratisbonensis minime comprehendatur, spiritualem jurisdictionem in eodem loco, ad Nostrum et Sedis apostolicæ beneplacitum, ut prius exercere libere ac licite possit et valeat.

Deputatio administratoris ecclesiæ Vormatiensis.

§. 15. Animo demum revolventes, quod jam a triennio circiter prædictus Carolus Theodorus in manibus Nostris dimiserit episcopalem ecclesiam Vormatiensem, quam ex apostolico indulto una cum archiepiscopali Moguntina ecclesia retinebat, quodque Vormatiensis civitas cum parte antiquæ suæ diœcesis uni ex novis diœcesibus imperii Gallicani fuit incorporata. Nos vigore præsentium literarum habentes pro suppresso, et extincto titulo, denominatione, et essentia veteris episcopalis ecclesiæ Vormatiensis, firmis tamen in eo statu, in quo ad præsens reperiuntur juribus, ac privilegiis capituli ipsius Vormatiensis ecclesiæ suppressæ, ut spirituali gubernio illius partis antiquæ diœcesis, quæ ad dexteram Rheni ripam existit opportune provideatur, memoratum Carolum Theodorum futurum archiepiscopum Ratisbonensem in administratorem ultimo dictæ partis præfatæ diœcesis confirmamus donec aliter a Nobis, et ab apostolica Sede fuerit constitutum.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 16. Decernentes easdem præsentes literas Nostras etiamsi in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, nec causæ propter quas eædem præsentes emanarunt sufficienter adductæ, justificatæ, et verificatæ non fuerint, semper et perpetuo validas et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, atque ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite de jure vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione vel causa quantumvis legitima, juridica, pia, privilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retardari, in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam et terminos juris reduci, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, et scientia similibus concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in judicio vel extra illud posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas comprehendi, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas,

repositas, et plenarie reintegratas, atque perpetuo validas, et efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem S.R.E. cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios judicari, et definiri debere, irritum quoque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 17. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, dictæque Ratisbonensis, nec non aliarum quoque Moguntinæ, Trevirensis, Coloniensis, ac Vormatiensis, ut præfertur, suppressarum, et Salisburgensis respective ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, quibusvis personis sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, et irritantibus, ac aliis decretis in genere vel in specie quomodolibet concessis; quibus omnibus et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret illorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur et insererentur, eisdem præsentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime et plenissime, ac specialiter et expresse, nec non opportune et valide ad præmissorum dumtaxat validissimum effectum harum serie, quatenus opus sit, derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Præceptum de inscribendis fructibus in libris cameræ.

§. 18. Volumus autem, quod prædicta metropolitana ecclesia Ratisbonensis, per Nos, ut præfertur, erecta juxta ejus super expressos redditus, ex gratia speciali ad decem mille florenos auri modo taxari, et in libris cameræ apostolicæ taxa hujusmodi describi debeat.

Fides habenda transumptis.

§. 19. Earumdem denique præsentium transumptis, sive exemplis manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem ubique fides prorsus habeatur tam in judicio, quam extra illud; quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ exemptionis, liberationis, suppressionis, erectionis, declarationis, concessionis, indulti, facultatis, assignationis, reservationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Parisiis, anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, kalendis februarii, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCLI.

Dat. die 19 februarii 1805. anno V.

Indultum recolendi in protectricem principalem beatæ Mariæ virginis sub titulo de Gratia pro oppido Carmonensi Hispalensis diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Tanto studio, tantaque charitate beatissima virgo Maria nobis omnibus divinam opem obtinere gestit, ut = quemadmodum per ipsam Deus descendit in terram, ita etiam per ipsum homines ascendant in cœlum. = Quoniam vero mortalium iniquitas divinam indignationem in se quam sæpissime concitat eadem Deipara = est arcus fœderis sempiterni, ut non interficiatur omnis caro. = Reliquorum namque cœlestium incolarum preces divinæ benignitati dumtaxat; Mariæ vero preces materno

etiam cuidam juri innituntur. Quare ad divini sui filii thronum ipsa accedens, advocata petit, ancilla orat, mater imperat.

Preces porrectæ pro obtinenda concessione.

§. 2. Hæc et ejusmodi plura comperta habentes dilecti filii universitas, et homines oppidi civitatis nuncupati Carmonensis Hispalensis diœcesis quum nuperrimis temporibus contagiosæ febres, quæ amarulentæ dicuntur in sibi finitimis regionibus grassarentur, ad gratiæ, misericordiæque matrem confugerunt, atque cum privatas, tum publicas ante ipsius imaginem sub titulo = de Gratia = nunc in templo religiosorum virorum sancti Hieronymi extra oppidi mœnia repositam preces ex intimo corde effuderunt, ut per validissimam suam apud omnipotentem intercessionem tam mali abs eorum patria averteretur. Voti compotes facti, aliasque per plures gratias eidem virgini acceptas referentes, tandem in publicis comitiis die decima sexta superioris novembris habitis Deiparam sub invocatione, de Gratia, quam sibi prius in matrem assumpserant, in principalem etiam totius oppidi patronam elegerunt; ejusque festum in ipsius nativitatis festo die octava septembris celebrandum solemniore ritu in posterum fore constituerunt, si Nostra, et hujus sanctæ Sedis desuper sibi suffragetur adprobatio, et facultas. Quamobrem universitas, et homines prædicti Deiparæ patrocinium in dies sibi potentissimum experti, Nobis nuper exponi fecerunt, se ad ejusdem Deiparæ cultum augendum, venerationemque firmandam maximo desiderio flagrare, ut electionem laudatæ virginis in protectricem principalem sui oppidi juxta præscriptum felicis recordationis Urbani pp. VIII. prædecessoris Nostri anno MDCLIII. cunctis suffragiis factam servari, festumque ejusdem virginis quotannis in posterum tamquam patronæ principalis celebrari concedere, aliaque, ut infra, indulgere, auctoritate Nostra apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur specialem ipsis exponentibus (qui super præmissis ordinarii consensum, quatenus nondum obtinuerint, obtinere curent) gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, omnibus, et singulis utriusque sexus dicti oppidi Carmonensis Christifidelibus, ut quotannis festum prædictum beatæ Mariæ virginis die octava septembris etiam tamquam patronæ principalis ejusdem oppidi ex præcepto Ecclesiæ recolant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus: ac omnibus, et singulis tum sæcularibus, tum regularibus utriusque sexus, qui horas canonicas recitare tenentur, officium et missam nativitatis ejusdem beatæ Mariæ virginis cum octava solemniore ritu pro principalium protectorum festis præscripto etiam de præcepto recitent, et celebrent, auctoritate, et tenore prædictis injungimus, atque mandamus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit dicti oppidi consuetudinibus, privilegiis, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogagamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro die decima nona februarii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno quinto.



Dat. die 27 februarii 1805 anno V.

CCCLII.

Erectio in basilicam ecclesiæ cathædralis Parisiensis.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. In supremo militantis Ecclesiæ solio, divina sic disponente clementia constituti, ecclesiarum antiquitate præsertim dignitate præstantium decori, prout officio apostolicæ servitutis obstringimur, libenter intendimus, in easque ornandas, augendasque ministerii Nostri conferimus auctoritatem, ut inde cunctorum erga eas reverentia, et honor accrescat, divinusque cultus, quod Nobis unice esse propositum debet, majora in dies accipiat incrementa.

Præstantia ecclesiæ Parisiensis memoratur.

§. 2. Inter eas autem præfulget maxime ecclesia, media in Lutetiæ Parisiorum insula, nobili ac sumptuoso constructa opere, ac Deo in honorem beatissimæ Virginis Deiparæ sacra, quam tota Gallia, et Parisiorum in primis civitas patronam studiosissime veneratur. Ea siquidem pontificalis cathedræ honore, tertio, ut præfertur, ab Ecclesiæ sæculo cum gauderet, a felicis recordationis Gregorio pp. XV. prædecessore Nostro in metropolitanam erecta nova dignitatis accessione Sedis apostolicæ gratia locupletata est. Novissime vero cum post tot calamitates reddita, Deo favente, Galliarum ecclesiis pace, nova per Nos decreta fuerit Gallicanarum diœcesum circumscriptio, præfatæ ecclesiæ metropolis honorem integrum servavimus, ipsique octo suffraganeas ecclesias adsignavimus.

Pontificalia solemni ritu in ea celebrata.

§. 3. Insignem hanc, vetustissimamque ecclesiam, cui etiam nunc canonici, presbyteri, et clerici magno numero inserviunt, in Parisiensi hac Nostra plurium mensium commoratione semel, iterumque invisimus, inibique Deo placationis hostiam solemni etiam pontificali ritu obtulimus præsentibus novem ex dilectis filiis Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, omnium fere Galliæ antistitum choro, magnaque Gallicani cleri parte circumsepti.

§. 4. Aucta igitur augustissimi hujus templi majestate, capitulum, et canonici se, suamque ecclesiam mirifice illustratos sentientes, rationem sibimetipsis oblatam fuisse existimarunt, ut novis favoribus eamdem ecclesiam per Nos augeri, amplificarique curarent. Itaque ad perennandam et itineris in Galliam Nostri, et diuturnæ Nostræ in hac urbe commorationis memoriam, humiliter supplicarunt Nobis, ut metropolitanam Parisiensem ecclesiam quemadmodum cum ecclesia sancti Nicolai de Tolentino ditionis Nostræ actum est a felicis recordationis Pio pp. VI. prædecessore Nostro in basilicam declararemus. — Ratio concessionis.

§. 5. Nos vero, cum ab antiquæ consuetudinis observantia alienum non sit, ut iis ecclesiis, quas Romanus pontifex justis de causis ampliori confoverit benignitate, ac præ aliis duxerit honestandas, insignia honoris adaugeantur, et plenioris gratiæ prærogativa tribuatur; cupientes in primis, eo devotius, atque ferventius in Parisiensi metropolitana ecclesia Deo laudes exsolvi, quo per amplificationem illius capitulum et canonici majorem ab apostolica sede præeminentiæ honorem, et gratiam fuerint consequuti, ad honorem omnipotentis Dei, et gloriosissimæ Virginis venerationem, cui præfata ecclesia specialiter dicata est, inque paternæ benevolentiæ Nostræ erga capitulum, et canonicos dictæ ecclesiæ argumentum, eosdem capitulum, et canonicos specialis gratiæ favore prosequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati metropolitanam prædictam Parisiensem in ecclesiam basilicam minorem ad instar basilicarum minorum urbis Nostræ, et ad formam quoque memoratæ concessionis ecclesiæ sancti Nicolai Nostræ Tolentinæ civitatis factæ, apostolica auctoritate tenore præsentium erigimus, et declaramus, eidemque ecclesiæ, et illius capitulo, ac canonicis, conopæum vulgo padiglione, cum tintinnabulo, ad instar earumdem basilicarum urbis Nostræ in processionibus præferre, nec non omnibus aliis prærogativis, privilegiis, facultatibus, jurisdictionibus, juribus, exemptionibus, titulis, honoribus, præeminentiis, et antelationibus, quibus aliæ basilicæ hujusmodi, eorumque canonici — Tenor concessionis.

de jure, usu, consuetudine, ac indultis legitime tamen, et canonice, deque hujus sanctæ Sedis licentia, benignitate, ac concessione hactenus gavisi sunt, pari modo uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant apostolica auctoritate prædicta earumdem præsentium vigore concedimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes præsentes Nostra literas firmas, validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; atque ab omnibus ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet in futurum spectabit inviolabiliter observari; sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri etiam debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis, editis costitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque metropolitanæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere, vel in specie, in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis; quibus omnibus, et singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur eisdem præsentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime et plenissime, ac specialiter, et expresse ad præmissorum validissimum effectum harum quoque serie apostolicæ potestatis plenitudine derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio pœnalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ declarationis, concessionis, impetrationis, decreti, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum, ejus se noverit incursurum. Datum Parisiis anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quinto, tertio kalendas martii, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCLIII.

Dat. die 5 martii 1805 anno V.

Indultum utendi roccheto et mozzeta nigra in perpetuum pro cappellanis ecclesiæ matricis da Carinis Mazariensis diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum vestigia prementes ecclesiasticis viris, qui almæ Sionis æmuli divinas laudes in domo Domini solemniter persolvunt, peculiaria ornamenta deferenda concedimus, ut ipsi per externas quoque honorificentias excitati, internarum virtutum splendore omnibus, qui in domo sunt, prælucere magis magisque studeant.

Ratio concessionis.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii moderni archipresbyter perpetuus, atque tredecim ad nutum, et amovibiliter electi cappellani chorales, itemque alii decem eorum supranumerarii cappellani matricis ecclesiæ sub titulo B. M. V. in cœlum Assumptæ oppidi civitatis nuncupati de Carinis Mazariensis diœcesis, ecclesia ipsa novi templi nitore, sacrarum supellectilium copia, sacerdotum probitate et doctrina, populique frequentia, ac devotione non mediocriter inter alias dictæ diœcesis ecclesias floreat, cumque ipsum oppidum habitantium, et ecclesiarum multitudine, domorum regularium, ac etiam piarum sæcularium sodalitatum numero, aliisque publicis suæ christianæ in Deum, et proximum charitatis monumentis pa-

riter fulgeat, multum splendoris cum ad matricem ecclesiam tum ad oppidum accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora ibi incrementa susciperet, si dicti archipresbyter, et cappellani aliquibus decorationibus per Nos, et hanc apostolicam Sedem donentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus archipresbytero, et cappellanis choralibus, et supranumerariis ecclesiæ matricis prædictæ, ut ipsi, durante cappellani, et supranumerarii hujusmodi officio, dumtaxat, rocchetum, et mozzetam cum caputio nigram tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque archipresbyterum, et cappellanos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attetari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictæ matricis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta martii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCLIV.

Dat. die 12 martii 1805 anno V.

Sanatio literarum apostolicarum super nonnullis mentionibus, quæ factæ in eis non fuerant, et quibus nunc suppletur pro episcopo Leiriensi.

Venerabili fratri
Emmanueli episcopo Leiriensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Fraternitatis tuæ nomine nuper expositum Nobis est, per apostolicas Nostras in simili forma brevis die xix. aprilis MDCCCIII. expeditas literas Nos concessisse tibi amplam facultatem faciendi sub certis modo et forma favore tui seminarii diœcesani reservationes.

I.

Decimæ partis redditunm tuæ mensæ episcopalis.

II.

Decimæ pariter partis reddituum dignitatum, et canonicatuum habentium integram præbendam tuæ ecclesiæ cathedralis.

III.

Quintæ partis reddituum fabricæ ejusdem cathedralis ecclesiæ.

IV.

Dimidiæ decimæ reddituum dignitatum, et canonicatuum insignis ut ajunt collegiatæ ecclesiæ de Ourem, et quartæ partis reddituum dignitatis cantoratus ipsius collegiatæ.

V.

Dimidiæ decimæ reddituum beneficiorum, quæ fundata extant in ecclesiis collegiatis s. Mariæ, s. Johannis, et s. Petri Portus de Moz, nec non prioratus villæ de Alpedriz, et alias prout in eisdem literis, qua-

rum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis haberi volumus, fusius continetur. Quoniam vero, sicut asseritur, prænominata beneficia ecclesiarum tum cathedralis, tum collegiatæ s. Mariæ de Moz, tum prioratus de Alprediz ad regium pertinent patronatum, cetera vero collegiatarum de Ourem, s. Joannis, et s. Petri de Moz sunt juris patronatus serenissimæ domus Bragantiæ ita quidem, ut dilectissimus in Christo filius Noster Joannes regnorum Portugalliæ et Algarbiorum regens suum jam pro memoratis reservationibus consensum præstiterit; ideo ne qua unquam suboritura sit quæstio super dictis literis Nostris ex eo quod nulla in eis facta sit mentio patronatuum hujusmodi, uti etiam quod enunciatum in eisdem non fuerit redditus dignitatum, et canonicatuum supradictæ cathedralis ecclesiæ versari plane omnes in distributionibus quotidianis, te ad res seminarii tui quam maxima securitate tuendas et magnopere cupere, et humiliter obsecrare, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes; supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, licet nullum in prædictis literis Nostris factum sit verbum de regis jure patronatus quoad beneficia superius recensita tuæ ecclesiæ cathedralis et collegiatæ sanctæ Mariæ de Moz, ac prioratus de Alpedriz, nullumque de jure patronatus serenissimæ domus Bragantiæ quoad beneficia collegiatarum de Ourem, et s. Joannis, ac s. Petri Portus de Moz, ac licet quoque nunciatum non fuerit redditus dignitatum, et canonicatuum dictæ tuæ cathedralis in quotidianis distributionibus tantum consistere, nihilominus easdem literas valide, efficaciterque vigere, earumque vigorem sartum tectum perpetuo habendum, servandumque esse, ac fore in omnibus, et per omnia, quæ in eis contenta sunt, perinde ac si in eisdem tam de dictis patronatibus specialiter, quam de dictis distributionibus expresse memoratum fuisse, auctoritate apostolica tenore præsentium decernimus, et declaramus, et quatenus opus sit, omnem, et quemcumque defectum, siquem iisdem in literis ob mentionum hujusmodi prætermissionem quomodolibet intervenisse contigerit, plenarie sanamus atque supplemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis, quæ in prædictis literis Nostris concessimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro sub annulo piscatoris die duodecima martii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno quinto.



PIUS VII.

ANNO SEXTO



Dat. die 15 martii 1805 anno VI.

CCCLV.

Ampliatio privilegii altaris privilegiati pro capitulo ecclesiæ metropolitanæ Firmanæ.

Ad perpetuam rei memoriam

Pius PP. VII.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici metropolitanæ ecclesiæ Firmanæ, quod sicuti in dicta ecclesia unum dumtaxat altare privilegio apostolico quotidiano pro animabus fidelium defunctorum a purgatorii pœnis liberandis decoratum reperiatur, tot sunt missarum onera ad hujusmodi altare celebranda, et alia missarum sacrificia, quæ Christifideles pro defunctis ad dictum altare celebrari flagitant, ut canonici beneficiati, et alii sacerdotes choro ejusdem metropolitanæ ecclesiæ inservientes missas sibi incumbentes, seu devotionis causa non sine tam proprio quam aliorum presbyterorum ad dictam ecclesiam adventantium incomodo in altare privilegiato hujusmodi celebrare possunt; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, ut quandocumque sacerdos aliquis ex canonicis beneficiatis, aliisque choro dictæ metropolitanæ ecclesiæ dumtaxat inservientibus ad quodcumque altare dictæ metropolitanæ ecclesiæ sacrosanctum missæ sacrificium tum pro satisfactione onerum sibi incumbentium, quam devotionis causa pro anima cujuscumque Christifidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit celebrabit, missæ sacrificium hujusmodi animæ, seu animabus pro qua, seu pro quibus celebratum fuerit perinde suffragetur, ac si ad altare privilegiatum fuisset celebratum auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ de speciali mandato Nostro sub annulo piscatoris die decima quinta martii, millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 18 martii 1805. anno VI.

CCCLVI.

Concessio usus pavilionis, et tintinnabuli ecclesiæ Recinetensi, utpote basilicæ minori etiam in processione ad visitandam almam domum Lauretanam quotannis fieri solita, cum jure præcedentiæ, quo gaudet capitulum Recinatense.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Nuper Nobis exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici cathedralis ecclesiæ Recinetensis se favorabiliter impetrasse a Nobis, ut ecclesia hujusmodi in basilicam minorem erigeretur, quemadmodum eam

Nos per apostolicas Nostras in simili forma brevis die xvii augusti MDCCIV expeditas literas in minorem basilicam cum omnibus et singulis privilegiis, præeminentiis, gratiis, et indultis per similes basilicas minores haberi, et gaudere solitis, et consuetis ereximus, et alias prout eisdem in literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso et inserto haberi volumus, uberius continetur: nunc autem se vehementer optare, ut pavilione, et tintinnabulo, quas basilicæ minores solemne habent in processionibus adhibere, ipsi possint libere uti, ea etiam occasione, quando juxta antiquam, ac immemorabilem consuetudinem in die festo Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, vel alio si talis fuerit impeditus, sacram Lauretanam domum processionaliter visitant; atque ut pavilio, et tintinnabulum cathedralis basilicæ Recinetensis tunc præcedentia gaudeat super pavilione et tintinnabulo cathedralis basilicæ Lauretanæ, eodem plane modo, quo Recinetenses canonici prædicto die præcedunt Lauretanis canonicis, qui vi decreti a congregatione sacrorum Rituum post rationes hinc inde in formali judicio deductas editi, et a fel. rec. Clemente pp. VIII. prædecessore Nostro per apostolicas suas in pari forma brevis die xxvii junii MDCIII. expeditas literas confirmati tenentur canonicis Recinetensibus capitulari processione Lauretum ingredientibus obviam ire capitulariter usque ad portam civitatis, illosque excipere cum honore, et ad dexteram ponere, sicque ad sacram domum præmemoratam solemniter sociare. Quapropter licet exponentes suo freti jure nil prorsus quoad recensitam pavilionis, et tintinnabuli præcedentiam extimescant, nihilo tamen minus, ut quodcumque quomodolibet suboriturum ejus causa jurgium tollatur de medio, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, ac, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, ac absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ut in die Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, vel alio die, si eum aliquando impeditum esse contigerit, dum capitulum Recinetense processionaliter excipitur modo, et forma, ut præfertur, a capitulo Lauretano, tunc pavilio, et tintinnabulum cathedralis basilicæ minoris Recinetensis perpetuis futuris temporibus in processione prædicta, aliisque functionibus ecclesiasticis possit semper, et valeat incedere in manu dextera pavilionis, et tintinnabuli cathedralis basilicæ minoris Lauretanæ auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, statuimus, et declaramus. Ac dilectis filiis capitulo, et canonicis Lauretanis, ut singulis functionibus prædictis dexteram manum, quam ipsi, sicut præmittitur, Recinetensi capitulo cedere solent, similiter cedant, seu cedi facere debeant per eos a quibus feruntur pavilio, et tintinnabulum suæ cathedralis basilicæ, illis qui ferunt pavilionem, et tintinnabulum cathedralis basilicæ Recinetensis in virtute sanctæ obedientiæ, ac etiam sub pœnis in casu contraventionis Nostro, et Sedis apostolicæ arbitrio ferendis injungimus, mandamus, atque præcipimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem has Nostras literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et capitulo Recinetensi plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus omnibus, et singulis, quæ in memoratis literis tum Clementis prædecessoris, tum Nostris concessa sunt, non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decimaoctava martii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 28 martii 1805 anno VI.

CCCLVII.

Concessio altaristis basilicæ cathedralis Recinetensis facultatis deferendi numisma sacrum ad instar altaristarum basilicæ Lauretanæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni beneficiati altaristæ nuncupati primæ, et secundæ erectionis cathedralis basilicæ minoris civitatis Recinetensis, quod quamquam dictæ ecclesiæ canonici per hanc sanctam Sedem nonnullis honorificentiis decorati reperiuntur, ipsi tamen altaristæ sine ulla speciali externa decoratione adhuc remanent; ideoque ad majorem Dei gloriam, et Christi Domini in cruce patientis, Deiparæque, ac sancti protectoris ejusdem civitatis memoriam jugiter in suis animis excitandam, sacrum numisma cruci insertum collo appensum gestare posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus ininclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus primæ, et secundæ erectionis beneficiatis præfatis, ut sacrum numisma ad instar altaristarum alterius minoris basilicæ Lauretanæ, non tamen eadem forma, cruci insertum, et suprapositum serico funiculo nigroflavo cum flocculo simili alligatum, in cujus numismatis antica insculpta sit almæ domus Lauretanæ effigies cum inscriptione = *Non fecit taliter omni nationi*: in postica vero s. Flaviani ipsius civitatis protectoris imago cum alia inscriptione *protector noster aspice* tam in ecclesia prædicta, quam extra eam ad instar eorumdem altaristarum Lauretanorum palam gestare, eoque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque beneficiatos altaristas desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava martij millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 26 martii 1805 anno VI.

CCCLVIII.

Applicatio regiæ cappellæ conventus ordinis s. Francisci diœcesis Abulensis fructuum nonnullorum beneficiorum ecclesiasticorum.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei.

Venerabili fratri
Episcopo Abulensi
Salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium.

§. 1. Apostolici ministerii ratio exigit, ut in votis catholicorum principum paterna charitate obsecundandis, pastoralis officii partes interponere non prætermittamus, eaque statuere curemus, quæ expedire in Domino arbitramur.

Expositio precum.

§. 2. Exposuit Nobis charissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus per dilectum filium equitem Antonium de Vargas y Laguna ejus apud Nos, et apostolicam Sedem plenipotentiarium administrum, quod annui redditus regiæ cappellæ sub titulo sancti Pe-

tri de Alcantara conventus fratrum ordinis minorum sancti Francisci nuncupatorum sub reformatione ejusdem sancti Petri in villa de Arenas nuncupata diœcesis Abulensis existentis ad congruam summam pro supremo cultu in ea, ut decet, Deo præstando, non pertingunt, ideo mediante infrascriptorum perpetuorum simplicium beneficiorum ecclesiasticorum perpetua suppressione, et extinctione, ac respectiva illorum fructuum eidem regiæ cappellæ applicatione opportune ejusdem regiæ cappellæ dotationi consultum foret.

Supprimuntur titula beneficiorum.

§. 3. Nos igitur prædicti Caroli regis postulationibus annuentes facultatem fraternitati tuæ tribuimus, ut duo in terra, seu loco vulgo despoblado de Palazuelos, quorum uni aliqua fortasse incumbit cura animarum, ac alterum vulgo Prestamo loci despoblado de Galindos, ac aliud nuncupatum medio Prestamo loci di Cervillego de la Cruz, et reliquum perpetua simplicia beneficia ecclesiastica loci etiam nuncupati despoblado de Torralba sub respectivis eorum invocationibus in totidem ecclesiis prædictæ Abulensis diœcesis, vel ad præsens certo quem Nos haberi volumus pro expresso modo vacantes, vel ab eorum respective possessoribus adhuc obtentis, apostolica tibi delegata auctoritate, ex nunc, quatenus vacantes existant, ex nunc autem pro ut ex tunc postquam tamen per obitum illorum respective possessorum, aut alias certo alio modo illos vacare contingat, eorum titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam beneficiorum ecclesiasticorum, ita quod deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinant, et de cætero in titulum collativum conferri nequeant apostolica prædicta tibi ad hunc effectum specialiter delegata auctoritate perpetuo supprimas, et extinguas.

Assignatio fructuum favore regiæ cappellæ.

§. 4. Illis vero sic suppressis, et extinctis, omnia et singula eorum bona, res, proprietates, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta quæcumque quovis nomine nuncupata, et in quacumque re consistentia, et undecumque provenientia in prælaudatæ regiæ cappellæ dotationis, et manutentionis augmentum, in modum tamen ut eorumdem bonorum, ac fructuum, redditúum, et proventuum præfatorum administratio, per rectores, seu administratores, vel deputatos ipsius regiæ cappellæ exerceri debeat, liceatque ipsis etiam per alias personas ad id deputatas beneficiorum hujusmodi per te, ut præfertur, suppressorum, et extinctorum, bonorum, rerum, proprietatum, fructuum, redditúum, et proventuum, jurium, obventionum, et emolumentorum prædictorum quorumcumque, veram realem, corporalem, et actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, dictaque bona, res, proprietates locare, dislocare, arrendare, fructus quoque, redditus, et proventus præfatos percipere, exigere, levare, et proviso per te curæ animarum, quatenus primo dicto beneficio nunc onus hujusmodi adnexum adhuc existat, ac satisfactis prius per ipsius regiæ cappellæ rectores, seu administratores, vel deputatos, omnibus et singulis eorumdem beneficiorum, ut præfertur, suppressorum, et extinctorum oneribus in ipsius regiæ cappellæ dotationis augmentum hujusmodi apostolica prædicta auctoritate applices, atque appropries.

Declaratio specialis.

§. 5. Si vero accidat aliquod ex beneficiis supramemoratis, non in præfata Abulensi, sed in alia Hispaniarum regni diœcesi existere, hoc in casu, facultatem pariter tibi tribuimus, ut certiorato prius ordinario loci, illud etiam ad formam præsentium Nostrarum literarum supprimere, et eidem regiæ cappellæ illius bona, et redditus applicare valeas, cum lege tamen quod circa diœcesum diversitatem Nos quamprimum certiores reddere tenearis.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 6. Volumus autem, ut præmissa omnia per te apostolica præfata delegata auctoritate facienda, ab omnibus adimpleantur, non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de unionibus et applicationibus ad partes committendis, ac de exprimendo in literis apostolicis vero annuo beneficiorum valore, nec non Lateranensi, aliisque etiam in provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus, statutis, privilegiis, indultis, ac literis apostolicis, quomodolibet concessis, quibus omnibus ejusdem præsentibus

pro plene et sufficienter expressis habentes latissime, ac plenissime, nec non specialiter, et expresse ad præmissorum effectum hac vice derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ facultatis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ de speciali mandato Nostro anno Incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quinto, septimo kalendas aprilis, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 9 aprilis 1805. anno VI.

CCCLIX.

Facultas incolis trium parochiarum Bracharensis diœcesis colligendi diebus festis quasdam algas, quæ deponi solent a mari ad litus, quæque utiles sunt agris fæcundandis.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Bracharensi

Pius PP. VII.

Ven. frater salutem
et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii incolæ trium parochiarum Bracharensis diœcesis, nempe sancti Michaelis, quæ vulgo dicitur das Marinkas, sancti Bartholomæi de Mari, et sancti Petri ad fines de Belinho, quod agri, quos ipsi colunt, et quorum fructu vivunt, passim cuncti maneat juxta mare, a quo refluente in pelagum post æstum aquarum solet relinqui interdum in oris quædam maceries, quam vocant algaço, quamque valde aptam experti ipsi sunt ad terras suas veluti limo, quo carent, saginandas; at nisi cito materies hæc inde asportetur, facile fit, ut mare ipsum tempore novi fluxus eam absorbeat, atque disperdat. Hinc si algas hujusmodi in sicco depositas cerni contingat diebus festis, ut per Nos ad occasionem fugientis boni opportune captandam illas colligere vel tunc ipsis liceat, vehementer exoptant, enixisque humiliter precibus a Nobis efflagitant.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus prænarratis, eisdem exponentibus licentiam, et facultatem, cujus vigore ipsi diebus etiam dominicis, aliisque festivis de præcepto, (ex solemnioribus tamen aliquo, vel aliquibus, prout in Domino satius tibi videatur, exceptis) memoratam materiam arripere, et de maris littore educere libere, et licite possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica pro tui prudentia, et conscientia gratis impertiaris; ita tamen, ut per suos parochos moneantur assidue de obligatione audiendi missam diebus prædictis, a qua non intendimus eos dispensari.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro die nona aprilis millesimo octingentesimo quinto, potificatus Nostri anno sexto.



Dat. die 9 aprilis 1805 anno VI.

CCCLX.

Confirmatio regularum, et constitutionum congregationis mulierum Præsentationis sanctæ Mariæ Virginis civitatis Cork.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Pastoralis officii cura, quæ in universum Domini gregem Nobis ex alto commissa est, illud a Nobis magis expostulat, ut voces pastorum qui ad Christianam pietatem suis in ovibus augendam apostolicæ Sedis opem efflagitant sollicite excipiamus, eorumque zelo studia quoque Nostra conjungere properemus.

Expositio precum porrectarum ab episcopo Corcagiensi.

§. 2. Expositum siquidem Nobis tuo nomine fuit, quod bo. me. Honorata Nagle nobilis, locuplesque istius regni catholica fæmina in plurima fundandas domus bona impendit sua, eo consilio nempe, ut ibi reciperentur virgines piæ, quæ muneri, atque labori puellas, præsertim pauperes in rudimentis catholicæ fidei informandi, honestisque artibus, quæ propriæ ipsarum sunt instruendi, tum mulieres in nosocomiis publicis aegrotantes invisendi, eisque spiritualia, ac temporalia auxilia præbendi devovere se vellent. Quumque nonnullæ jam instituto charitatis hujusmodi nomen dedissent, aliæque plures se se illud amplectendi cupidas passim ostenderent, si idem institutum a Sede apostolica approbatum fuisset, recolendæ mem. Pius pp. VI. prædecessor Noster (eo vel magis quod talibus votis pondus etiam suarum postulationum accederet) per apostolicas suas in simili forma brevis die tertia septembris MDCCXCI. expeditas literas de venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum consilio, fraternitati tuæ tribuit facultatem tam pro civitate Corcagiensi, quam pro aliis civitatibus, oppidis, ac terris Hiberniæ habito prius tamen, ubi de diœcesi aliena ageretur proprii ordinarii consensu, prædictas domus erigendi, ac instituendi in collegia, ubi ad superius recensita charitatis opera subeunda piæ reciperentur virgines, quæ etiam expleto probationis tempore vota simplicia obedientiæ, paupertatis, et castitatis nuncupata emittere deberent, et alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus fusius continetur. Mirum autem dictu est quam rapide atque feliciter institutum istud percreverit post apostolicam ejus approbationem, mirumque etiam quot quantosque ubique isthic afferat fructus. Quandoquidem non in Corcagiensi solum jam viret florenter, sed et in civitates, et diœceses Dublinensem, Watersardiensem, Kilhenniensem, atque oppidum usque Kerlanei radices extendit, quodque plus refert ad instituti istius collegia non modo puellæ, sed etiam adultæ, ac nuptæ ipsæ mulieres eam, quam plerumque ignorant fidei, et morum doctrinam discendi studio undique confluunt, ita ut virgines institutum hujusmodi profitentes, de præsenti religionis incremento lætæ, illudque in posterum magis magisque exoptantes unanimi flagitent ore se in veras moniales posse converti, ac per vota solemnia educationi et instructioni puellarum præcipue pauperum consecrari, quod quidem et tibi ad stabilitatem, ac perfectionem instituti valde conferre, et ad virgines, quæ gloriæ, ac Dei zelo magis exæstuant firmius in eo detinendas profuturum esse videretur. Quoniam vero idem Pius prædecessor in prædictis literis easdem virgines quo suis in muniis alacriores fierent omnibus cumulate ditavit indulgentiis, et gratiis spiritualibus jam alias concessis a sancta hac Sede monialibus Ursulinis, earumque ecclesiis, atque collegiis, ac tibi etiam injunxit, ut constitutiones et regulas ad s. Ursulæ institutum, ac juxta instructionem eorumdem cardinalium de Propaganda Fide accommodatas, tu pro dictis virginibus conderes constitutiones, et regulæ hujusmodi jam nunc a te sedulo concinnatæ studio, et gravi aliorum istius regni ordinariorum roboratæ suffragio, maturoque præterea prædictorum cardinalium cribratæ judicio Nostris nuper subjectæ sunt oculis tenore, ut sequitur.

AD MAJOREM DEI GLORIAM

REGOLE E COSTITUZIONI

Tenor constitutionum.

§. 3. Della congregazione delle sorelle religiose della Presentazione di Maria sempre vergine eretta nella città di Cork per la caritatevole istruzione delle fanciulle specialmente povere, a tenore della bolla della sa. me. di Pio papa VI. e successivo decreto della sagra congregazione approvato dal santo padre Pio VII. felicemente regnante.

PARTE I.

CAPO I.

Del fine di questa congregazione

I.

De fine congregationis.

§. 4. Le sorelle ascritte a questa congregazione, oltre il fine principale e comune a tutti gli ordini religiosi, quale è di attendere in special modo allo studio di perfezionare se stessa nella via del Signore, dovranno avere altresì quello, che è particolare, e distintivo dell'istituto, cioè di applicarsi con tutto l'impegno ad istruire le fanciulle specialmente povere nei principj della religione e della pietà cristiana. Nell' intraprendere questo ben arduo ma altrettanto meritorio incarico le sorelle, che Dio si è graziosamente compiaciuto di chiamare a questo stato di perfezione, incoraggiranno se stesse, ed animeranno il proprio fervore, e zelo coll'esempio del loro divino maestro, che dimostrò in ogni occasione un tenero amore per i fanciulli, espresse un grandissimo piacere nell'avvicinarli, e dichiarò, che chiunque accoglie queste fanciulle in di lui nome, accoglie lui stesso. Considereranno inoltre, che coltivando le tenere menti delle fanciulle coll'imprimergli l'orrore per il vizio, e l'amore per la virtù istruendole nei doveri della religione, è un unirsi alle funzioni di quei celesti spiriti, che Dio ha posto angeli custodi per guardarle, e dirigerle nella strada della eterna salute.

II.

De muneribus sororibus impositis.

§. 5. E' un dovere imposto alle sorelle d'insegnare giornalmente alle fanciulle il catechismo, che esse gli spiegheranno con brevità e semplicità, adattando il loro discorso all'età, e capacità delle medesime. Siano caute di non proporre alcuna cosa astrusa, che possa imbarazzare loro stesse, o le fanciulle. Le avvezzino a pensare, e parlare riverentemente di Dio, e delle cose sagre, non permettendogli di essere curiose nelle loro questioni, ma esortandole costantemente a sottoporre il loro intendimento alla obbedienza della fede, e a tener sempre disposta la mente loro a ricevere le istruzioni di quelli, che Cristo ha destinato a regolare la Chiesa di Dio, la quale ha comprato col suo sangue.

III.

Idem ut supra

§. 6. Insegneranno alle fanciulle di offrire loro stesse a Dio dal primo uso della ragione: quando la mattina si svegliano, d'innalzare a lui i loro cuori, di adorare sua Divina Maestà, ringraziandola di tutti i beneficj, e di armarsi col segno della croce: le istruiranno come debbono offrire tutti i loro pensieri, parole, ed opere a gloria di Dio; come implorare la di lui grazia per conoscerlo, ed amarlo, ed adempire i di lui comandamenti: le insegneranno a fare ogni sera l'esame della loro coscienza e ad onorare e rispettare i loro parenti, e superiori.

IV.

Idem ut supra

§. 7. Le istruiranno in quanto occorre a prepararsi per la confessione, e a confessare le proprie colpe con tutta sincerità e dolore. Saranno ben attente a disporle per il sagramento della cresima, e per la prima comunione.

V.

De pauperibus gratis excipiendis.

§. 8. Siccome i poveri sono il grande oggetto, ed il fine speciale di questa pia istituzione, perciò si stabilisce colla presente per obbligo inviolabile da osservarsi, che le sorelle

di questa congregazione non ammetteranno se non che le povere fanciulle alle loro scuole, nè potranno ricevere per una tale denaro, o altro emolumento temporale, contentandosi della gloriosa ricompensa promessa a quelli, che istruiscono molti nella giustizia.

VI.

Declaratio specialis.

§. 9. Nulladimeno se questa religiosa congregazione fosse stabilita nei villaggi e castelli dove non vi sono scuole per l'educazione delle fanciulle, allora potrà essere permesso colla licenza espressa, e col consenso espresso del vescovo diocesano di ammettere alle loro scuole le figlie di persone comode; ma gli emolumenti ricevuti in queste occasioni non dovranno essere applicati in uso delle sorelle, ma in sollievo delle povere fanciulle. Se le povere fanciulle sono in tanto numero, che richiedessero tutta l'attenzione delle sorelle, queste non dovranno per alcun pretesto incaricarsi della cura di altre. Le pensionarie e convittrici siano giovani, o vecchie non si ricevano in conto alcuno nelle case delle sorelle eccettuato, che se fosse una fondatrice, o una benefattrice molto insigne.

Capo II.

Delle scuole

I.

De scholis intra clausuram retinendis.

§. 10. Le scuole per le povere fanciulle saranno proporzionate al numero delle religiose capaci di attendervi senza però troppo incaricarle, ed opprimerle. Saranno le scuole dentro la clausura.

II.

De charitate humilitate, et puritate adhibenda a sororibus deputatis.

§. 11. Le sorelle destinate dalla maestra superiora per attendere alle scuole intraprendendo l'incarico con zelo grande, carità ed umiltà, e con purità d'intenzione, e confidenza in Dio, e coraggiosamente si assoggetteranno ad ogni fatica commessagli, ricordevoli della loro vocazione e della gloriosa ricompensa del fedele adempimento de' proprj doveri.

III.

De oratione mentali præmittenda manualibus operibus.

§. 12. Quando le maestre entreranno nelle scuole, solleveranno i loro cuori a Dio, ed alla regina del cielo: saluteranno allora con riverenza interna gli angeli custodi delle fanciulle raccomandando loro stesse, e le care piccole alla loro cura, e protezione. Procureranno d'ispirare alle fanciulle una sincera divozione alla passione di Gesù Cristo, alla di lui presenza reale nel santissimo sagramento, alla immacolata madre di Dio, ed alli loro angeli custodi.

IV.

De divisione classium instituenda.

§. 13. Le scuolare di ogni scuola saranno divise in classi di dieci o dodici secondo il loro numero. Sopra ogni classe la superiora destinerà qualunque delle più avvanzate ed accostumate per sopraintendente ad invigilare su di loro per tenerle in ordine, e farle ripetere le lezioni, ed il catechismo e dar conto di quelle, che si assentano, e riferire ad esse se udissero o osservassero qualche cosa d'inconveniente nella loro condotta nelle scuole, e fuori di esse.

V.

De regestro nominum puellarum admissarum.

§. 14. In ogni scuola vi sarà un libro, nel quale la maestra registrerà i nomi e l'età delle fanciulle nel loro ingresso, e nomi de' loro parenti, il loro impiego, ed abitazione, come pure il giorno, mese ed anno, in cui le fanciulle sono state ricevute nelle scuole.

VI.

De horarium distributione, et muneribus respective in illis implendis

§. 15. Saranno istruite le fanciulle a leggere, e scrivere, cucire e filare. Le ore delle scuole saranno la mattina dalle nove fino alle dodici e un quarto, e nel giorno da un'ora fino alle tre, e mezza.

VII.

Idem ut supra

§. 16. Un quarto prima delle dodici si farà silenzio nelle scuole per avvezzare le fanciulle a raccorgliersi

alla presenza di Dio, e per dare alle sorelle il comodo di fare l' esame loro particolare, dopo di che si dirà l'*Angelus Domini* con gli atti di fede, speranza, e carità.

VIII.

Idem ut supra

§. 17. Nella mezz'ora prima, che terminino le scuole della sera, si farà alle fanciulle una lezione spirituale di qualche libro istruttivo adattato alla loro capacità, o una meditazione che non sia superiore alla loro intelligenza per così istradarle alla vera e soda pietà. Saranno prescelti a tal' uopo soltanto que' libri, che verranno approvati e reputati idonei dal vescovo. Dopo di che reciteranno inginocchiate cinque Pater, ed Ave per li benefattori di questo religioso istituto, con cinque imposte del rosario, e le litanie della Madonna per raccomandare loro stesse alla di lei santa protezione.

IX.

De visitatione superiorissæ.

§. 18. Le scuole saranno mantenute nette ed ariose quanto sarà possibile. La superiora le visiterà almeno una volta la settimana.

X.

De vacationibus.

§. 19. Vi sarà vacanza nelle scuole in tutti i sabbati, e dalla festa della beatissima vergine del Carmine fino al lunedì dopo l' ottava dell' Assunta, e dal 20 dicembre sino al lunedì immediatamente dopo il capo d'anno, e dal mercoldì della settimana santa fino al lunedì dopo la domenica in Albis, in ogni festa di precetto, e nella festività della Presentazione della beatissima vergine.

XI.

De muneribus implendis tempore vacationum.

§. 20. Nei giorni di vacanza le sorelle saranno sempre pronte ad istruire quelle povere donne ignoranti, che fossero raccomandate loro dal clero della parrocchia nelle orazioni, e nei misteri principali della religione, nelli comandamenti di Dio e della Chiesa, negli atti di fede, speranza, e carità, e nelle disposizioni necessarie per fare una buona confessione, ed una degna comunione.

CAPO III.

Delli voti

I.

De votis emittendis.

§. 21. Siccome le sorelle per divenire più conformi al loro sposo celeste Gesù Cristo nell'abbandonare il mondo hanno rinunciato alla proprietà di ogni cosa terrena, spesso considereranno, e rivolgeranno nella loro mente, quanto il loro divino maestro ami teneramente la santa povertà, nato in una stalla, giacente in una mangiatoja, soffrendo fame, e sete nel corso della sua vita mortale, senza avere un sito, dove porre il suo corpo, nudo sopra una croce, consacrò questa virtù nella sua sagra persona, e la lasciò come una eredità più eligibile ai suoi seguaci.

II.

De paupertate interiori.

§. 22. Perciò le sorelle dovranno mantenere i loro cuori perfettamente spogliati, e distaccati da ogni affetto per le cose di questo mondo. Contente del vitto e vestito concesso loro dal fondo comune del monastero, pronte ad ogni tempo di cedere tutto ciò, che è stato loro dato dalla volontà della superiora, non potranno esse alienare alcuna cosa, nè riceverla senza il di lei permesso; e se colla licenza di essa ricevono qualche dono da loro parenti, o altri, bisogna, che sia applicato in servizio della comunità, non già per uso particolare di chi lo riceve.

III.

De paupertate exteriori.

§. 23. Nulla apparirà nel loro vestire che non sia grave e modesto, nè terranno nelle loro celle alcuna cosa superflua, preziosa, o ricca, in mobili o decorazioni di qualunque genere. Tutto deve essere conforme alla esatta semplicità e povertà religiosa.

CAPO IV.

Della castità

I.

De castitate. §. 24. Essendo la castità una virtù veramente angelica consacrata nella persona di Gesù Cristo, e commendata nella legge evangelica con lodi assai distinte, le sorelle nulla stimeranno di più propizio quanto questo dono celeste. Ma poichè esse portano questo stimabile tesoro in vasi fragili, avvertiranno di guardare continuamente i loro sensi per timore, che il nemico, il quale sempre sta in agguato, non penetri per questi aditi nelle anime loro, e macchi nel minimo grado la purità dei loro cuori.

II.

De vetita librorum profanorum lectione. §. 25. Schiveranno molto cautamente ogni occasione, che possa esserle d'inciampo, e di ostacolo nella loro vita. Non leggeranno mai libri profani di qualunque sorta, che possano essere atti a generare affetti mondani. Quando si presenteranno ad uomini di qualsivoglia stato o professione, osserveranno e manterranno un riguardo sostenuto, nè mai fisseranno gli occhi sopra di essi, nè si dimostreranno mai confidenti in conversazione, o in altra guisa con loro, per quanto sembrino esser pii, e divoti. Si guarderanno con orrore da ogni oggetto, che possa in qualsisia maniera tendere ad eccitare idee oscene per mantenere le loro menti, ed i loro cuori sempre immacolati, e puri, e conservare con una semplicissima integrità la fede, che hanno sì solennemente promessa al loro sposo celeste.

CAPO V.

Del voto di obbedienza.

I.

De voto obedientiæ. §. 26. Abbiano sempre in mente le sorelle, che col loro voto di obbedienza hanno per sempre rinunziato alla propria volontà, e si sono assoggettate senza alcuna riserva alla direzione della loro superiora; perciò molto volentieri intraprendano qualunque cosa, ed adempiano esattamente ogni di lei comando in ogni cosa, che non sia peccato. Chi desidera osservare con perfezione il voto di obbedienza, sappia che deve obbedire per principio di amore piuttosto che per timore servile. La rispettino internamente ed esternamente, l'amino, e la venerino come loro madre. Ed affinchè possa essere la superiora a portata di ben diriggerle per la via del servizio di Dio, viene raccomandato loro di dare notizia alla medesima delle loro penitenze e mortificazioni con il frutto che ne cavano, come ancora delle loro devozioni e pratiche di virtù, desiderando con sincera volontà di essere rimesse nella strada diretta della perfezione, se qualche volta accadesse, che la smarrissero, e non mai presumano di volersi guidare col proprio senso, e giudizio.

II.

§. 27. Devono senza dimora adempire gli ordini della madre superiora in ogni particolare sia di grande o di piccolo rilievo, sia piacevole, o dispiacevole. Nè mai daranno luogo a mormorazione, o a disgusto, ma con umiltà di cuore, e gioja spirituale porteranno il dolce peso della obbedienza, che assunsero allorchè si consacrarono a Cristo. Non solo esse devono adempire gli ordini della superiora, ma ancora procurare di prevenire i di lei desiderii, se gli riesce di penetrarli. Si sottoporranno con umiltà alle penitenze ingiunte loro da essa, e se accadesse, che le riprendesse immediatamente, non mormoreranno, nè si lamenteranno, ma con animo sommesso, e con pio affetto riceveranno le riprensioni ingegnandosi di non scusare una tal riprensione nella loro mente, affine di obbedire più perfettamente con tutto il potere, e forza dell'anima loro. Idem ut supra

III.

§. 28. Non si assenteranno dagli esercizii comuni senza la di lei licen- Idem ut supra

za espressa, e se non possono avere preventivamente l'accesso a lei, dopo subito che gli si presenterà l'occasione, le renderanno conto perchè sono state assenti. Obbediranno senza tardanza a tutte le chiamate della campana per li differenti esercizj della comunità, come alla voce del Signore.

CAPO VI.

Della clausura

I.

De clausura servanda.

§. 29. Le sorelle religiose di questo nuovo istituto tanto proficuo alla buona cristiana educazione e coltura delle fanciulle specialmente povere; alla quale con voto si trovano obbligate ad attendere, ricordevoli sempre, che nel consagrarsi a Dio in questo sagro stato, hanno rinunciato intieramente al mondo, saranno tenute alla stretta, esatta, e fedele osservanza di una rigorosa clausura, cosicchè dopo aver fatto la loro religiosa professione, non più potranno oltrepassare i limiti alla clausura prescritti se non che per cause gravissime, a norma delle provvidenze e disposizioni de' sagri canoni, e costitutioni apostoliche.

CAPO VII.

Del ricevimento delle postulanti, loro ammissione all' abito, e professione.

I.

De religiosis admittendis in congregationem.

§. 30. Quelle, che desiderano entrare in questa religiosa congregazione saranno preventivamente esaminate rapporto alla loro vocazione dal vescovo, o dal sacerdote destinato da lui, e dalla madre superiora, e dalla maestra delle novizie. Se sono approvate saranno ricevute. Per sei mesi dalla loro postulazione assisteranno tre ore in ogni giorno alle scuole. Il tempo, che resta l'impiegheranno negli esercizi spirituali, e nell' apprendere quelle cose, che possono renderle capaci per le funzioni dell' istituto, secondocchè le diriggeranno la madre superiora, e la maestra delle novizie.

II.

De suffragiis necessariis pro admissione.

§. 31. Se la loro condotta durante questo tempo sarà veramente umile, e conforme allo spirito dell'istituto potrà essergli permesso di domandare in capitolo l'abito religioso, e se la pluralità de' voti (che devono esser segreti) sarà in loro favore potranno essere ammesse a cominciar la prova, purchè però abbiano l'età sufficiente.

III.

De duratione experimenti.

§. 32. Il tempo della prova durerà per due anni intieri (il vescovo può nulladimeno in caso straordinario restringerlo ad un anno). Li primi sei mesi saranno ordinariamente impiegati negli esercizj spirituali, e nello studio de' doveri, e funzioni dell'istituto. Di poi più diligentemente assisteranno alle scuole, e alla istruzione delle povere fanciulle. Due mesi prima, che termini il tempo della loro prova col permesso della superiora faranno la loro domanda in capitolo. Se il capitolo acconsente alla domanda si farà lo scrutinio con fagiuoli bianchi e neri, e se la pluralità sarà in loro favore, impiegheranno il tempo che resta della loro prova per quanto lo permetteranno le circostanze, in preghiere, ed altri spirituali esercizj.

IV.

De numero recipiendarum.

§. 33. Tante saranno ricevute nello stabilimento, quante ne ammetteranno li fondi della casa, e non più, se pure la candidata non portasse con se una dote sufficiente per il proprio mantenimento in tutto il necessario.

V.

De exclusione earum aliquo morbo gravi laborantium.

§. 34. Non sarà ricevuta alcuna soggetta al mal caduco, o a qualunque malattia contagiosa, o che sia travagliata da qualunque infermità di corpo, e mente, la quale la renda incapace per le funzioni dell' istituto.

VI.

De votis emittendis post professionem.

§. 35. Le nuove professe saranno lasciate sotto la direzione della maestra delle novizie per due anni senza voto attivo e passivo eccettuate le prime sette professe che avranno il voto attivo e passivo immediatamente dopo la loro prafessione.

Formola dell' atto di professione.

De formula professionis.

§. 36. In nome del Nostro Signore e Salvatore Gesù Cristo, ed in nome e sotto la protezione dell' immacolata Madre Maria sempre Vergine. Io suor NN. chiamata nella religione NN. fo voto e prometto a Dio povertà, castità, e obbedienza, e d' impiegarmi fino al termine della mia vita in questo istituto per la caritatevole istruzione delle fanciulle specialmente povere in questa clausura, secondo le regole e costituzioni di questa congregazione della Presentazione della Beatissima Vergine approvate e confermate con autorità apostolica dal Nostro santo padre Pio VII, alla presenza di voi mio signore illmo e rmo nostro padre in Cristo NN. monsignor vescovo di NN. (ovvero) in presenza del reverendo NN. (qui il nome e la dignità del sacerdote, il quale officia per ordine del vescovo) specialmente a quest' atto delegato dal nostro illmo e rmo padre in Cristo NN. monsignor vescovo di NN. e dalla nostra revenda madre suor NN. chiamata in religione NN. superiora di questa casa della Presentazione. Nell' anno di Nostro Signore ec. ec.

Monitum speciale.

§. 37. Nota bene = Se il vescovo e assistente in persona dopo le parole padre Pio VII. » si aggiungerà » ed alla presenza di voi mio signore » E se la superiora fosse impedita da malattia di attendervi, invece di nominar lei, si nominerà la madre assistente.

Capo VIII.

Dell' offizio e dell' orazione mentale.

I.

De officio beatæ Mariæ Virginis recitando.

§. 38. Siccome le sorelle di questo istituto devono impiegare una gran parte del loro tempo nella istruzione, saranno solamente obbligate al breve offizio della Beatissima Vergine, come è al fine del breviario Romano, che esse reciteranno ogni giorno unitamente nella cappella. Prima d' incominciare l' offizio si raccoglieranno per poco a considerare l' infinita maestà di quel Dio, che esse vanno a lodare e procureranno di adempire questo santo esercizio con tutta l' attenzione e divozione.

II.

De oratione mentali.

§. 39. L' orazione mentale e la meditazione furono sempre considerate efficacissime ad imprimere altamente nell' anima le sublimi verità della religione, di sollevare la mente, ed infiammare il cuore coll' amore di Dio, e delle cose divine. Con ciò li santi giunsero alla perfezione in tutti gli stati. Questa è la strada che essi segnarono a tutti li loro discepoli, che aspiravano a quel grado di santità. Questa pratica li fondatori ed istitutori di tutti gli ordini religiosi raccommandarono, ed espressamente fissarono nelle loro costituzioni. Benchè ispirati allo stabilimento di diversi istituti tendenti tutti per varie strade al medesimo fine, ed oggetto, scelsero i mezzi più proporzionati con adattare le regole ed osservanze alla diversità delle opere corrispondenti allo spirito delli medesimi, tutti però convennero, ed ebbero egual premura, ed impegno rapporto alla necessità dell'orazione mentale.

III.

De meditatione matutina.

§. 40. Le sorelle di questa congregazione attenderanno perciò seriamente a questo salutare esercizio: in questo si delizieranno, e cercheranno in esso il loro conforto, e risto-

ro dalli travagli, e fatiche dell'istituto. Ogni mattina impiegheranno in meditazione nella cappella tre quarti d'ora ed una mezz'ora la sera. Prenderanno per soggetto ordinario delle loro meditazioni li novissimi, la vita, passione, e morte del nostro Redentore e gli altri misteri della nostra fede, e redenzione. Leggeranno i soggetti della meditazione per la mattina nella sera precedente prima di ritirarsi a riposare.

IV.

De missa audienda, et examine conscientiae peragendo

§. 41. Le sorelle ogni giorno assisteranno alla santa messa; faranno il loro esame particolare di coscienza un quarto prima delle dodici, e nelle orazioni della sera faranno in privato per un quarto d'ora la lezione spirituale in quel libro, che sarà destinato dalla superiora o dalla maestra delle novizie, e non leggeranno altro senza il loro permesso. Si avvezzeranno a leggere poco per volta, e a digerir bene con riflessione ciò che hanno letto. Non si potranno introdurre per la lezione o comune o privata altri libri oltre quelli, che saranno permessi ed approvati dal vescovo o dal confessore.

Capo IX.

Del ritiro spirituale e della rinnovazione de' voti.

I.

De exercitiis spiritualibus.

§. 42. Gli esercizj spirituali essendo giustamente considerati come uno de' mezzi efficacissimi per l'avvanzamento delle persone religiose nella perfezione del loro stato, le sorelle di questa congregazione faranno ogni anno un ritiro spirituale di otto giorni immediatamente avanti la festa dell'Assunzione della Beatissima Vergine, ed un altro ritiro di tre giorni gli ultimi tre dì dell'anno: consacreranno ancora la prima domenica di ogni mese alla preparazione della buona morte.

II.

De renovatione votorum.

§. 43. Nel primo giorno di ogni anno le sorelle faranno la rinnovazione de' loro voti per eccitare in loro stesse l'accrescimento del fervore nel servizio del loro sposo celeste con una commemorazione così solenne degli obblighi da loro contratti con esso lui.

Formola dell'atto della rinnovazione de' voti.

Formula actus renovationis votorum.

§. 44. Onnipotente ed eterno Iddio, io suor NN. rattifico in questo giorno alla presenza della corte celeste li voti che ho fatti nella mia professione. Prometto di osservare fedelmente la povertà, la castità, e l'obbedienza, d'impiegarmi fino al fine della mia vita in questo pio istituto per l'istruzione delle povere fanciulle secondo le regole e costituzioni di questa congregazione della Presentazione della Beatissima Vergine, e sotto la di lei protezione. Ardentemente supplico la vostra divina bontà per li meriti di Gesù Cristo, che mi conceda di adempire questi obblighi, Amen.

Capo X.

Della confessione e comunione

I.

De confessione.

§. 45. Li giorni ordinarj della confessione per le sorelle saranno i sabbati di ogni settimana, e le vigilie delle feste solenni. Se qualcuna in particolare vorrà confessarsi in altri giorni la superiora le ne accorderà il permesso.

II.

De electione confessariorum.

§. 46. Il vescovo destinerà un confessore, che regolarmente vi assista. Esso ancora provvederà li confessori straordinarj, come si raccomanda dal sacro concilio di Trento, ai quali le sorelle si presentino nei tempi stabiliti.

III.

De sacramento Eucharistiae. §. 47. La santissima Eucaristia essendo stata istituita da Gesù Cristo per nutrimento delle anime nostre, come pure per nostro sagrificio; e siccome egli in essa ci dà li più preziosi pegni del suo amore, le sorelle avranno affettuosa devozione verso questo adorabile Sagramento. Vi si accosteranno nelle domeniche, e nei giorni festivi con una viva fede, con profondissima umiltà, e colla più grande purità di cuore, e quante volte glie lo raccomandasse il loro direttore spirituale. Non potranno nulladimeno accostarsi tre giorni successivamente alla santa comunione senza il permesso della madre superiora.

CAPO XI.

Del silenzio.

De silentio. §. 48. Essendo il silenzio l'ornamento delle anime religiose, ed il custode fedele del raccoglimento interno, le sorelle strettamente l'osserveranno dal fine della ricreazione della sera fino dopo che reciteranno insieme nella cappella le ore nella mattina seguente. Osserveranno silenzio nella cappella, nel dormitorio, nel refettorio durante il pasto. Quante volte fosse necessario di parlare in ore, ed in luogo di silenzio, lo faranno in tuono basso di voce, e con ogni possibile brevità. Nell'osservare il silenzio esteriormente procurino di tenersi raccolte nel Signore. Fissando le loro menti in ciò, che possa tendere alla maggiore perfezione.

CAPO XII.

Dell' impiego del tempo.

De distributione temporis. §. 49. Siccome l'ozio secondo lo Spirito Santo insegna molte malvagità, e siccome si deve render conto nel giudizio di ogni momento del nostro prezioso tempo, le sorelle avranno attenzione di non abbandonarsi mai all'ozio. Per la qual cosa qualunque tempo gli avanzerà dalle funzioni dell'istituto diligentemente l' impiegheranno in opere manuali, o altre simili corporali o spirituali occupazioni, che destinasse la superiora. Non si vedranno mai scorrere sbadatamente per la casa, ma sempre, ed in ogni luogo conservino nel loro portamento una gravità conveniente alle persone religiose.

CAPO XIII.

Del digiuno e dell' astinenza

---

§. 50. Le sorelle di questa congregazione essendo dal loro istituto impiegate ordinariamente nell'ardua e laboriosa funzione d'istruire le povere fanciulle, saranno obbligate a digiunare, ed astenersi solamente ne' giorni comandati dalla Chiesa, nelle vigilie della Concezione, Natività, Presentazione, e Purificazione della beatissima Vergine Maria. De jejunio.

CAPO XIV.

Dell' umiltà.

I.

§. 51. Essendo l'umiltà il compendio di tutta la disciplina di una vita religiosa, il fondamento dell'edificio spirituale, ed uno de' distintivi, e contrasegni più sicuri de' veri servi di Cristo; le sorelle saranno particolarmente intente alla pratica di questa virtù, studiando la natura ed il valore di essa, e facendo ogni loro opera nello spirito della più profonda, sincera, e non affettata umiltà. De humilitate

II.

§. 52. Si porteranno scambievolmente un grande, e cordiale rispetto, nè soltanto nell' esteriore portamento del sembiante, e nelle parole, ma altresì realmente, e veramente col cuore e collo spirito. Le giovani rispetteranno le più anziane in età, e tutte con una cordiale umiltà si preverranno l' un l' altra con onore, e rispetto. De reverentia vicissim colenda.

CAPO XV.

Dell' unione e della carità.

I.

De unione, et charitate servanda.

§. 53. Amatevi l'un l'altro come io ho amato voi. Questo fu lo speciale comandamento di Gesù Cristo agli apostoli suoi, e nell' adempimento di questo divino precetto strettamente congiunto, e legato al principale precetto di amare Dio sopra le cose tutte, consiste secondo l' apostolo la pienezza della legge. Brama il nostro divin Redentore, che vi sia un tale scambievole amore, ed unione, che sussistono fra esso lui, ed il suo padre celeste. Questo ne' termini più forti inculcò nella ultima conferenza della sua vita mortale cogli suoi amati discepoli. Questa fu l' ultima estrema istruzione, che come un prezioso legato lasciò in testamento a tutti i suoi seguaci, e per mezzo di questo dovevano provarsi realmente essere di lui discepoli.

II.

Idem ut supra

§. 54. Quindi questo scambievole amore ed unione dovrebbe caratterizzare in grado eminente le anime religiose. Questo le dovrebbe distinguere sopra tutte le altre, come spose fedeli, e serve di Gesù Cristo. Le sorelle di questa pia congregazione tutta diretta allo spirituale vantaggio de' prossimi su l'esatto studio di una perfetta cristiana carità, dovrebbero rendere, questa virtù, come la più amata dal loro divino maestro, così ancora la più amata da loro stesse. Questa dovrebbbe studiarsi di mantenere, e guardare perfettamente fra loro, e di vivere insieme come se avessero un sol cuore, ed una sola anima in Dio. Questo scambievole amore dovrebbe esser tale che imitasse l' amore, e l'unione de' beati in cielo.

III.

Idem ut supra

§. 55. Perciò nella loro conversazione, portamento, e condotta eviteranno con somma cautela tutto ciò che potesse in qualunque maniera disturbare la loro unione, o diminuire nel minimo grado il loro mutuo amore, e carità, e quali vere seguaci di Dio cammineranno nell' amore, come Cristo amò noi preservando sopra ogni cosa la carità, la quale è il vincolo della perfezione, purificando le anime loro nella obbedienza della carità, amandosi fervidamente a vicenda con un cuore sincero.

IV.

Idem ut supra

§. 56. In ogni occasione saranno pronte ad ajutarsi, ed assistersi una coll' altra, soffrendo con pazienza, e carità li difetti, le debbolezze, e le imperfezioni delle altre. Non entreranno mai in dispute o contrasti, ma se accadesse, che fossero di differente opinione su qualche soggetto, proporranno le loro ragioni tranquillamente con moderazione e carità. Non parleranno mai di difetti delle loro sorelle, se non che colla madre superiora, ed allora solamente col caritatevole fine della loro emendazione. In ciò fare non si regoleranno da loro stesse, ma ricorreranno a Dio colle orazioni, e prenderanno consiglio dal loro spirituale direttore. Schiveranno ogni giudizio, e sospetto temerario, ogni bassa gelosia, ed invidia, e sempre avranno in mente (per regolare i loro sentimenti, e condotta su di ciò) questa nobile descrizione della carità data dall'apostolo. La carità è paziente, è benigna, non è invidiosa, non opera male a proposito, non è superba, non è ambiziosa, non cerca quello ch' è suo, non provoca all'ira, non pensa al male, sopporta tutte le cose sopra tutto, tollera tutto.

V.

Idem ut supra

§. 57. Siccome l'amore, e l'unione delle persone religiose deve essere fondato non sopra la carne, o sul sangue, o sopra qualunque altro motivo umano, ma in Dio solamente, e siccome i loro cuori devono essere uniti insieme in Gesù Cristo loro comune sposo, e redentore, nel quale, e per il quale vivano, e si amino, le sorelle di questa congregazione bandiscano da loro tutte le amicizie particolari, gli attaccamenti, ed affetti, e sfuggano scrupolosamente ogni privato partito e connessione fra loro, come sorgente di discordia, e di di-

sunzione, e come inimico della purità di cuore, della carità e dello spirito di religione.

VI.

De nomine matris superiorissæ tribuendo.

§. 58. Parlando colla superiora tutte le sorelle la chiameranno madre, non solo mentre dura in officio, ma anche sempre in appresso. L'assistente, la depositaria, e la maestra delle novizie si chiameranno ancora madre da tutte le altre religiose, fuorchè dalla superiora. Tutte le altre religiose si chiameranno sorelle.

Capo XVI.

Della correzione.

I.

De fraterna correctione.

§. 59. Quando accadesse, che qualcuna delle sorelle commettesse un piccolo mancamento, le altre non la riprendano perciò immediatamente, ma in caso, che essa continui, ne rendano intesa la superiora. Se la colpa è grave, e segreta, placidamente, e con amore le faranno dapprima una ammonizione fraterna, e se fa d'uopo, la replicheranno con quello spirito di carità, che è tanto inculcato nel vangelo: dopo di che se persistesse nel suo delitto, ne informeranno la superiora. Ma se questa segreta grave colpa richiedesse (per ragione dello scandalo e cattive conseguenze, che ne potessero derivare), di essere immediatamente impedita, quella che prima se ne accorgerà, prenda consiglio dalla superiora, o dal direttore spirituale senza nominare, o far conoscere la persona colpevole, finchè non sia consigliata a farlo; ma se la grave mancanza fosse notoria, la prima che ne sarà consapevole, dovrà immediatamente informare la superiora.

Capo XVII.

Sopra la perfezione delle azioni ordinarie, e della intenzione, che dovrebbero avere nel farle.

I.

De bona voluntate in quovis opere habenda.

§. 60. La perfezione dell'anima religiosa non si dia mai a credere che unicamente dipenda dal fare azioni straordinarie, ed eroiche, giacchè in primo luogo, e principalmente dipende dal far bene, e con retta intenzione le azioni ordinarie, e gli esercizi quotidiani, corrispondendo così esattamente agli obblighi del proprio stato. In questo particolarmente consiste la differenza tra la perfetta, e l'imperfetta in ogni comunità religiosa. Questi quotidiani doveri, ed esercizj sono comuni, e gli stessi per tutte. La maniera di adempirli distingue l'una dall'altra.

II.

De muneribus ordinariis, et extraordinariis implendis.

§. 61. Le sorelle di questa congregazione perciò procureranno di adempire agli obblighi ordinarj, e le funzioni del loro istituto con ogni possibile cura, ed attenzione secondo l'avvertimento dello Spirito Santo: il bene che dovete fare sia fatto bene. Le loro orazioni e meditazioni quotidiane, il loro esame di coscienza, l'assistenza alla santa messa, l'offizio, le lezioni spirituali, gli obblighi delle scuole, i loro pasti, e ricreazioni, le loro rispettive cariche, ed obbedienze coll'essere tutte, e singole adempite bene dalle sorelle, esse si perfezioneranno, ed i loro giorni saranno ripieni di merito e di buone azioni.

III.

Quomodo bene impleri queant munera suscepta.

§. 62. Ma per adempire bene questi esercizj per la loro propria perfezione devono avere nell'eseguirli la più pura intenzione di piacere a Dio. Dio, e Dio solo deve essere il principale motivo ed il fine di tutte le loro azioni. E questa pura retta intezione di piacere a Dio è quella, che in ispeciale modo caratterizza le azioni buone, e le rende valevoli, e meritorie; senza di questa le più laboriose funzioni dell'istituto, le più

grandi austerità, le più eroiche azioni e li sacrificj molto scemano di pregio, nè hanno quel valore, e merito, che deriva dalla pura e retta intenzione, quando che con questa le più triviali, ed indifferenti, le più ordinarie azioni divengono virtuose, di valore, e meritorie per la vita eterna. Nulla è perduto: ogni opera ed azione dà frutto; l'anima religiosa si arricchisce ogni momento, e ripone tesori di gloria per una eternità interminabile.

IV.

Idem ut supra

§. 63. Le sorelle riguardano questa purità d'intenzione in tutte le loro azioni non solamente come una semplice pratica di pietà, ma come un dovere essenziale di religione. Perciò attentissimamente invigilino sopra loro stesse, e si guardino dalle insinuazioni del sottile amor proprio per non perdere li meriti delle loro fatiche, e buone opere per la propria compiacenza, e vanagloria, e per avere in vista qualche altro motivo, o fine nelle loro azioni, fuorchè quello di piacere all'Onnipotente Dio. Non opereranno mai per mera inclinazione, o per amore, e molto meno per passione, ma ogni loro azione sia eseguita con regolarità, esattezza in tutte le circostanze, e col maggior fervore riferendole unicamente ad onore, e gloria divina in unione delle opere sante, e degl' infiniti meriti di Gesù Cristo. Per questo effetto esse faranno non solamente una offerta generale a Dio nella mattina di tutte le opere ed azioni del giorno; ma ancora al principio di ogni azione ne santificheranno il motivo coll' offerirla a Dio, avendo sempre in mente, ed impresso ne' loro cuori questo importante avvertimento dell' apostolo. Se mangiate, se bevete, o se fate altra cosa, fate tutto per gloria di Dio, o in nome del nostro Signore, e Salvatore Gesù Cristo.

V.

Idem ut supra

§. 64. Li mezzi de' quali le sorelle possano servirsi per conservare questa purità d' intenzione, ed eseguire tutte le loro azioni ordinarie, e straordinarie bene, sono 1. di fare ogni loro azione alla presenza di Dio, considerando, che Dio le vede, e che secondo la maniera colla quale adempiranno le loro opere, esso le giudicherà. 2. Di fare ciascuna azione in particolare, come se fosse sola, che avessero a fare. Per questo schiveranno ogni fretta, e precipitazione nelle azioni loro. 3. Di adempire gli obblighi, e le opere di ciascun giorno, come se quel giorno fosse l'ultimo della lor vita mortale: ricordevoli sempre dell' avvertimento del loro divino maestro, *siate vigilanti, siate sempre preparati, non sapete il giorno nè l'ora, che potete esser chiamati.*

Capo XVIII.

Sulla cura delle inferme e suffragi per li defonti.

I.

§. 65. Si prenderà una cura speciale delle inferme, e saranno provedute dei rimedj proprj secondo l'ordine del medico. Le sorelle, e particolarmente la madre superiora frequentemente le visiteranno, le soccorreranno con affettuosa carità, e pietosamente le consoleranno nel Signore. Se vi è timore di pericolo la superiora avrà cura che le siano amministrati li ssmi sagramenti a tempo debito. Tutta la comunità assisterà con lumi nelle mani nell' amministrazione del viatico, e della estrema unzione. E dal tempo, che è dichiarato che la persona inferma è in pericolo di morte, le sorelle attentamente la guarderanno due ore per ciascuna, e l' assisteranno colle loro preghiere, e colle pie esortazioni.

De cura infirmarum.

II.

§. 66. Alla morte della sorella inferma si reciterà da ciascuna sorella in privato l' officio de' morti (come sta nell' officio della beatissima Vergine) per riposo della di lei anima. Si celebreranno tre messe, e si offriranno tre comunioni generali per modo di suffragio per lo stesso fine. Se la superiora venisse a morire in carica, saranno offerte per la di lei anima sei messe. Tosto che si avrà no-

De suffragiis pro defunctis.

tizia della morte di una sorella in qualunque casa dell' istituto si offrirà per la di lei anima una messa con una comunione generale. Ogni domenica si reciterà l' offizio de' morti per le anime del purgatorio, ed in particolare per li defonti benefattori, ed amici di questa congregazione.

Capo XIX.

Del refettorio

I.

De refectorio.

§. 67. Le sorelle faranno colazione, pranzo, e cena tutte insieme nel refettorio, e colle vivande medesime senza qualsiasi distinzione, o differenza, eccettuato quando una è indisposta, o inferma. Allora tali vivande saranno provedute nell' infermeria coi permesso della superiora secondo che si giudicherà necessario.

II.

De lectione habenda tempore prandii, et cœnæ.

§. 68. Nel tempo del pranzo, e della cena si farà la lezione da una delle sorelle presa da tal libro pio, ed istruttivo, che destinerà la superiora. Non sarà permesso in conto alcuno alle sorelle di mangiare fuori del refettorio senza la licenza della superiora.

Capo XX.

Ordine degli esercizi quotidiani.

I.

De ordine servando in distributione exercitiorum quotidianorum.

§. 69. Le sorelle di questa congregazione ogni mattina d' inverno e di estate si leveranno alle cinque ore, facendosi il segno della croce, e dando a Dio i loro primi pensieri. Si vestiranno con diligenza e modestia, prendendo l' acqua santa, ed inginocchiate offriranno all' onnipotente Dio loro stesse, e tutte le azioni del giorno.

II.

Idem ut supra

§. 70. Alle cinque e un quarto si uniranno insieme nella cappella per l' orazione comune, e per la meditazione, la quale durerà fino alle sei. Daranno termine alle loro meditazioni, e preghiere con recitare *l' Angelus Domini*. Allora reciteranno insieme le ore di prima, terza, sesta, e nona, dopo di che si ritireranno a fare i loro letti, e a nettare le loro celle.

III.

§. 71. Alle sette ore assisteranno alla santa messa, e dopo reciteranno il *De profundis* colle tre orazioni, *Deus qui inter apostolicos*; *Deus veniæ largitor*; *Fidelium Deus*. Idem ut supra

IV.

§. 72. Alle otto la colazione in comune: dopo preparazione per le scuole, le quali saranno aperte alle nove, e dureranno fino alle dodici e un quarto. Idem ut supra

V.

§. 73. Un quarto prima delle dodici l' esame particolare, che finirà coll' *Angelus*, e cogli atti di contrizione, fede, speranza, e carità. Idem ut supra

VI.

§. 74. Un quarto dopo le tre il pranzo, prima e dopo del quale si reciteranno le solite orazioni. Dopo il pranzo anderanno processionalmente a due a due nella cappella a recitare il salmo *Miserere* coll' orazione *Respice quæsumus Domine super hanc familiam tuam*. Quindi ricreazione fino alle cinque. Idem ut supra

VII.

§. 75. Alle cinque vespero, e compieta, dopo di che pregheranno fervorosamente per il nostro santo Padre il papa, per il loro vescovo diocesano, e per tutti i prelati del clero della Chiesa cattolica, particolarmente di questo regno, e per la propagazione della santa fede cattolica apostolica Romana. Per questo effetto reciteranno cinque *Pater*, e cinque *Ave* in onore della passione e morte del Nostro Signore e Redentore Gesù Cristo. Idem ut supra

VIII.

Idem ut supra

§. 76. Alle sei l' *Angelus* e la lezione spirituale. Alle sette mezz'ora di meditazione. Alle sette e mezza matutino, e laudi; alle otto cena o colazione. Dopo di ciò reciteranno le solite orazioni, e anderanno come il dopo pranzo alla cappella a recitare il *Magnificat* il versetto *Ora pro nobis sancta Dei Genetrix*, e l' orazione *Concede*; allora ricreazione fino alle nove, e un quarto.

IX.

Idem ut supra

§. 77. Alle nove e un quarto si uniranno in cappella a fare le orazioni della sera, l' esame di coscienza, e a leggere il soggetto per la meditazione della mattina seguente. Dopo di che si ritireranno in silenzio nelle rispettive celle, e alle dieci saranno in letto.

Fine della prima parte.

PARTE II.

Delle regole e costituzioni della congregazione religiosa delle sorelle della Caritatevole Istruzione.

CAPO I.

Del visitatore, e della visita.

I.

De visitatore.

§. 78. Questa congregazione religiosa sarà sempre soggetta all'autorità, e giurisdizione del vescovo diocesano. Le sorelle lo rispetteranno e l'obbediranno come il superiore principale dopo la santa Sede. Se per ragione di qualche sua occupazione pastorale non potesse egli avere il comodo di attendere da se stesso immediatamente alla direzione della comunità, sarà da lui destinato un sacerdote della di cui prudenza, pietà, ed esperienza possa fidarsi per governare e dirigere sotto di lui, ed al quale darà le facoltà necessarie.

II.

De presbytero præposito gubernio congregationis.

§. 79. Il sacerdote così destinato attenderà debitamente al governo, ed al buon ordine della comunità nello spiritnale, e nel temporale. Egli invigilerà sulla esatta osservanza delle costituzioni; affinchè il buon' ordine, la pace e la carità siano mantenute, ed assisterà la superiora colli suoi consigli in tutte le materie gravi. Non s' intraprenderà da lei alcuno affare di conseguenza senza consultarlo, nè si farà alcuna materia d'importanza riguardo alla casa, e comunità senza il consenso del vescovo.

III.

De auctoritate episcopi.

§. 80. Quando il vescovo non può attendervi personalmente, il superiore officierà nell'ammissione delle sorelle all'abito, ed alla professione. Niuna candidata sarà ammessa, ed ammessa non sarà licenziata senza consultar lui, e senza il consenso del vescovo. Egli sottoscriverà gli atti della professione, e li conti annui delle riscossioni, e delle spese del convento.

IV.

De visitatione quolibet anno facienda a superiore.

§. 81. Il superiore farà ogni anno la visita del convento nella terza settimana di gennaro (seppure il vescovo non volesse farla da se stesso) per esaminare se le regole, e le costituzioni sono state esattamente osservate, gli obblighi dall' istituto debitamente adempiti, e se sussiste fra le religiose perfetta armonia, unione, e carità.

V.

Idem ut supra

§. 82. Affinchè il visitatore possa prendere notizia dello stato reale della casa, tutte le sorelle gli si presenteranno individualmente una dopo l'altra incominciando dalla più giovane, e risponderanno alle interrogazioni, che giudicherà espediente di

propor loro, sopra detti oggetti. Se nell' esaminare ritrovasse qualche cosa in disordine, irregolare, o che fosse in qualche modo contraria allo spirito dell'istituto, darà egli quegli ordini, ed istruzioni, che colla sua prudenza e saviezza giudicasse convenienti a riformare ogni abuso o a ristabilire il buon ordine, la regolarità, e l'unione nella comunità. Sarà cauto di non far mai menzione del nome della persona o persone, dalle quali ricevesse l' informazione, e farà uso della medesima solamente in quanto possa influire al vantaggio spirituale, e temporale dello stabilimento.

VI.

De redditione rationum eorum visitatore explenda.

§. 83. Prima di terminare la visita si esamineranno avanti di lui li conti annui del dare, ed avere sottoscritti dalla superiora e dalla depositaria. Esso diligentemente li considererà, e se vede, che la spesa supera l'annua entrata, ordinerà che a dimettere li debiti contratti si diminuiscano le spese meno necessarie, che non riguardino il vitto, e vestito delle religiose promesso loro dall'istituto, quando fu da esse abbracciato. È meglio, che le sorelle soffrano qualche incomodo passaggiero, di quello che lo stabilimento andasse in rovina; il che infallibilmente succederebbe collo aggravarsi spensieratamente di debiti. Renderà conto al vescovo dello stato attuale del convento. Il vescovo farà la visita triennale o più spesso, se lo giudicherà espediente

CAPO II.

Della elezione della superiora.

I.

De electione superiorissæ.

§. 84. Sarà eletta una superiora fra le vocali distinta per la sua sua virtù, prudenza, e discrezione. Sarà almeno in età di trent' anni, e di cinque anni di professione (eccettuati li nuovi stabilimenti) e farà d' uopo che abbia la pluralità de' voti per la validità della elezione.

II.

De duratione officii superiorissæ.

§. 85. La superiora canonicamente eletta terrà il governo per tre anni, terminato un tal tempo, potrà il vescovo se lo stima espediente, permettere che sia confermata per un' altro triennio: ma non più di seguito. Si eccettuano li nuovi stabilimenti, ossiano nuove fondazioni, nelle quali la prima superiora durerà per anni sei, seppur non vi saranno ragioni canoniche per rimuoverla dalla carica, durante questo tempo. Terminato il sessennio di tal governo, non potrà essere confermata.

III.

De cessatione officii superiorissæ.

§. 86. Nel sabbato immediatamente dopo la festa dell' Ascensione di Nostro Signore si adunerà il capitolo nella cappella alla presenza del vescovo, o del di lui delegato in un' ora destinata. La suporiora allora rassegnerà la sua carica nelle mani del vescovo, o del di lui delegato, che accettando la di lei rinuncia la dimetterà dall' officio dicendo „ Noi dimettiamo voi suor NN. dall' officio di superiora di questa comunità, In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. „ Allora trasferirà l'autorità di superiora nell' assistente col consegnarle le chiavi del convento. Dopo di che le esorterà tutte seriamente a pensare ad una nuova elezione per il giovedì seguente l' ottava della festa dell' Ascenzione, e a non aver riguardo nella elezione, che faranno, se non che alla gloria maggiore di Dio, al buon' ordine, e al bene della comunità. Allora ripeteranno insieme l' inno *Veni Creator* col versetto *Emitte Spiritum*, l'orazione *Deus qui corda*, e la *Salve Regina*, e quindi si ritireranno.

IV.

De peragendis ante electionem superiorissæ.

§. 87. Nella Domenica fra l' ottava vi farà la comunione generale per la prossima elezione, ed ogni mattina dopo la messa, e la sera dopo le litanie della beatissima Vergine Maria. Si reciterà il *Veni Creator* per dirigere la scelta della comunità.

V.

De aliis peragendis in actu electionis.

§. 88. Nel giovedì giorno della elezione alle ore sette si celebrerà la messa, e si farà una comunione generale per questo motivo. Alle dieci si darà principio alla elezione coll'inno *Veni Creator*.

VI.

Idem ut supra.

§. 89. Dalla segretaria del capitolo si prepareranno le schedole della medesima forma e misura, e piegate nella stessa maniera, le quali saranno distribuite il giorno avanti l'elezione fra le vocali che scriveranno ciascuna nella respettiva sua schedola il nome, e cognome della sorella, alla quale intende di dare il voto. Saranno attente di non mostrare alle altre le schedole scritte, nè di significare in modo alcuno per chi danno il voto, nè saranno curiose di guardare nelle schedole delle altre.

VII.

Idem ut supra.

§. 90. Il vescovo, o il di lui delegato presiederà alla elezione con un sacerdote assistente. L'elezione si farà nella cappella.

VIII.

Idem ut supra.

§. 91. Immediatamente prima della elezione le sorelle si uniranno in capitolo per destinare colla pluralità de' voti due sorelle per stare accanto al presidente, e al di lui assistente, per vedere ciascuna schedola aperta e letta, e per scrivere li voti. Esse saranno attente, che le sorelle si avanzino in ordine a dare i loro voti. Non riveleranno mai se dal carattere, o in altra guisa venissero a scoprire per chi qualche sorella ha votato, nè il numero de' voti che concorrono alla elezione, nè quanti ne siano stati dati a qualcuna, nè alcun altro segreto della elezione.

IX.

De suffragiis dandis ab infirmis, vel alia de causa impeditis.

§. 92. Se qualcuna delle vocali è inferma, ed incapace di andare in cappella, il presidente deputerà due sorelle per ricevere il di lei voto chiuso in un involto sigillato, che sarà posto con gli altri. Ma non essendo la sorella in grado di scrivere, il presidente col di lui assistente anderà nella infermeria, riceverà il di lei voto verbalmente, e lo registrerà.

X.

De publicatione suffragiorum.

§. 93. Quando tutte le schedole sono raccolte nell'urna preparata per questo effetto, il presidente le conterà, se corrispondono al numero esatto delle vocali. Il presidente suddetto aprirà ciascuna di esse, e la mostrerà all'assistente, e alle due sorelle deputate dal capitolo, esprimendo il nome e cognome in voce bassa, ma tale che possa essere distintamente udito da loro. Nell'esaminare ciascuna schedola in particolare, il sacerdote assistente scriverà il nome, di cui vi si fa menzione: lo stesso farà in un'altra carta una delle sorelle deputate. Se poi si trovassero più, o meno del numero delle vocali, ciò non ostante si dovranno leggere e registrare nella già detta forma, e quando si trovi la pluralità de' voti, alla quale niun pregiudizio venga recato dalli mancanti o superflui, l'elezione sarà valida. Che se avendosi ragione de' superflui o mancanti la pluralità, che concorre in una persona soffrisse eccezione, in questo caso si verrà ad un'altro scrutinio.

XI.

De collatione muneris favore electæ.

§. 94. Essendo state debitamente esaminate le schedole, se vi si vede la dovuta pluralità in favore di qualcuna, il presidente la chiamerà a venire avanti. Essendo essa inginocchiata avanti a lui, la dichiarerà eletta canonicamente senza mentovare il numero de' voti che concorsero alla di lei elezione. Egli confermerà allora l'elezione dicendo: *Noi confermiamo questa elezione* (se presiede un delegato, vi aggiungerà) *coll'autorità, che abbiamo dal nostro rmo padre nel signore monsig. NN. vescovo di questa diocesi, e vi dichiaramo suor NN. madre superiora di questa comunità, in nome Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* Allora tutte le schedole saranno bruciate.

XII.

De possessione accipienda muneris superiorissæ.

§. 95. Essendo così confermata la superiora, prenderà il luogo da superiora. Allora suonando le campa-

ne per annunziare l'elezione, tutte le sorelle l'una dopo l'altra secondo la loro seniorità inginocchiate le bacieranno la mano. Nel tempo stesso si canterà *l'Ave maris stella* col salmo *Laudate Dominum omnes gentes.* Ciò fatto l'assistente scriverà il giorno dell'elezione, e l'atto sarà sottoscritto dal presidente.

XIII.

De officiis minoribus, magis idoneis concedendis.

§. 96. La superiora così eletta farà la scelta di quelle vocali, che giudicherà in coscienza abili ad eseguire le funzioni di assistente depositaria, e maestra delle novizie, e le proporrà al capitolo. L'elezione verrà fatta secondo la pluralità de' voti con fagiuoli bianchi e neri. Venendo esse, o qualcuna di loro escluse, la superiora proporrà altre per li detti impieghi che saranno elette in simile maniera. Terminata l'elezione essa col concorso delle tre ultime elette farà la scelta di quelle altre sorelle, che crederà capaci per gli altri differenti officj, e queste rimarranno nelle loro varie cariche, finchè la madre superiora non crederà a proposito di rimuoverle.

XIV.

Idem ut supra.

§. 97. Dove non vi saranno sette professe a far l'elezione, il vescovo destinerà la superiora agli altri principali officj dopo aver consultato la più anziana della comunità, ed il sacerdote, che ha la loro direzione.

Capo III.

Dell'officio di superiora

I.

De munere superiorissæ.

§. 98. La superiora per governare con vantaggio la comunità, e con merito se medesima, conviene, che dimostri se stessa, come un modello della osservanza regolare, affinchè divenendo un' esemplare della sua piccola greggie, possa col suo esempio impegnarla più efficacemente all'esatto adempimento di tutti li doveri dell'istituto.

II.

§. 99. Diligentemente osserverà, che la disciplina regolare sia debitamente mantenuta; che le regole e costituzioni siano strettamente osservate; che le sorelle si applichino diligentemente alle loro rispettive cariche, ed in particolare, che diligentissimamente si applichino alla istruzione delle povere fanciulle, del che essa ne darà loro l'esempio.

Idem ut supra.

III.

§. 100. Teneramente consolerà, ed incoraggirà le abbattute, e turbate nello spirito se ve ne è qualcuna, ammonendo con carità quelle che trasgredissero, infliggendo, se è necessario, castighi, ed ingiungendo tali penitenze, che potrà giudicare adattate, ed espedienti per la loro emendazione.

Idem ut supra.

IV.

§. 101. Prenderà cura che le sorelle siano provvedute di tutto il necessario, e che sia esclusa ogni cosa superflua.

Idem ut supra.

V.

§. 102. Essa manterrà con inviolabile segreto tutto ciò, cho potessero comunicarle del loro interno, nè le sarà mai lecito di parlare con chicchessia, nè anche col vescovo o superiore, fuorchè per domandare consiglio, ed anche allora non potrà dare il minimo indizio di chi sia la sorella, di cui si tratta senza la di lei espressa permissione.

Idem ut supra.

VI.

§. 103. La superiora presiederà a tutti gli esercizi, e adunanze comuni; ma le sorelle in tutti i tempi, ed in tutte le occasioni saranno obbligate di rispettarla come loro madre nel Signore, e a dimostrare una pronta obbedienza ai di lei comandi.

Idem ut supra.

VII.

§. 104. Adunerà le discrete nel primo mercoldì di ciascun mese (e più spesso se le circostanze lo richiedono) per esaminare i conti, e consultare nelle misure più proprie a promuove-

Idem ut supra.

re il vantaggio spirituale e temporale della comunità. Si presterà ai loro consigli e non avrà il minimo dispiacere, se qualcuna di esse è di sentimento diverso dal suo; ma si mostrerà disposta ad accudire al loro parere quando è convinta dalla forza delle loro ragioni.

VIII.

Idem ut supra.

§. 105. Terrà un' adunanza di tutte le sorelle nell' ultimo mercoldì di ogni mese per esaminare intorno all' osservanza delle costituzioni. E se alcuna delle sorelle sia trovata negligente nell' esatto adempimento delle medesime, la superiora la riprenderà con carità, la esorterà ad osservarle con esattezza nell'avvenire, e se è necessario, le imporrà quella penitenza, che le sembrerà espediente.

IX.

Idem ut supra.

§. 106. La superiora baderà, che le novizie siano esaminate dal vescovo, o dal suo delegato un mese prima della loro professione. Sottoscriverà gli atti della professione, e del capitolo, li conti, e tutti gl' istromenti scritti concernenti lo spirituale, ed il temporale della comunità.

Capo IV.

Dell'officio dell'assistente.

I.

De munere adsistentis.

§. 107. Essendo l'assistente la prima delle discrete, in assenza della superiora presiederà essa al coro, e a tutte le altre adunanze comuni; sarà suo studio particolare confortare la superiora in tutti gli affari dubbj e difficili. Non intraprenderà alcuna cosa contro il di lei volere, e le renderà conto di qualunque cosa ordinasse in di lei assenza.

II.

Idem ut supra.

§. 108. Ricercherà accuratamente li bisogni e necessità delle sorelle, e ne informerà la superiora, affinchè sia ciascuna provveduta di tutto il bisognevole.

Capo V.

Dell' officio di bosiera, o depositaria.

I.

De munere depositariæ.

§. 109. La depositaria, seconda in grado fra le discrete, sia istruita nel maneggio degli affari della casa, sia prudente, diligente, economica, e capace colla sua buona maniera, ed affabilità di conciliarsi il rispetto, e la benevolenza di quelli, colli quali possa avere occasione di trattare gli affari.

Capo VI.

Della maestra delle novizie

I.

De magistra novitiarum.

§. 110. Siccome il buon ordine, e la conservazione di questa congregazione dipende moltissimo dalla buona direzione, e dalla pia, e religiosa condotta delle novizie, la sorella destinata a questo importante officio sarà discreta, mansueta, devota, di gran prudenza, ed esperimentata in tutti li doveri dell'istituto: giudiziosa nel discernere le disposizioni di quelle, che sono sotto la di lei cura, e dotata di talenti per formare le menti loro nella pratica di ogni virtù.

II.

Idem ut supra.

§. 111. Studierà di rendere le novizie perfettamente sensibili al fine, che dovrebbero avere nello abbandonare il mondo, e nello entrare nello stato religioso, il quale non deve essere altro, che unirsi più perfettamente al Signore col morire a loro stesse, ed al mondo, mortificando i loro esterni sentimenti, e più particolarmente le loro passioni interne in guisa d' impugnare tutte le potenze, e facoltà dell' anima e del corpo per servire il loro sposo celeste con uno spirito di povertà evangelica, spogliato di tutte le affezioni mondane, con una castità purissima, con una obbedienza illimitata, fondata nella negazione di loro stesse, ed in uno spoglio totale della propria volontà. In somma che questa congregazione è specialmente fondata sul monte Cal-

vario per ivi servire a Gesù Cristo crocifisso, sul di cui esempio le sorelle debbano crocifiggere i loro sensi, immaginazioni, passioni, inclinazioni, avversioni, ed umori per rispetto, ed amore del loro Divino Maestro.

III.

Idem ut supra.

§. 112. Le eserciterà nella pratica della modestia, mansuetudine, ed umiltà incoraggendole, ed ajutandole a sradicare, per quanto è possibile, quegli ostinati puerili umori, che specialmente nel sesso femminile abbattono lo spirito, e lo rendono debole, e languido, affinchè possano produrre frutti di una solida, e vigorosa santità. E perchè questo assunto è arduo, gl' insegnerà a non confidare in loro stesse, ma a porre ogni loro fiducia in Dio, e nella protezione della bma Vergine. Le istruirà nel metodo dell' orazione, e della meditazione, come debbono confessare le loro colpe con brevità, distinzione, e contrizione, come abbiano a fare buon uso delle loro confessioni, e comunioni, e leggere, e pronunciare, e recitar bene il loro officio in coro.

IV.

Idem ut supra.

§. 113. Siccome l' obbedienza religiosa è la virtù, che principalmente caratterizza il vero spirito di religione, e poichè consiste in essa particolarmente il perfetto sacrificio a Dio delle anime religiose, la maestra delle novizie userà la più grande attenzione nell' istruirle sulla natura, estensione, motivi e vantaggi di questa sublime virtù, affinchè conoscendo la di lei grande eccellenza, e a che essa obblighi, possano applicarsi con grande fervore a praticarla, non solo adempiendo immediatamente, e senza dimora nelle loro azioni esteriori gli ordini de' loro superiori, ma ancora col sottomettere in ogni cosa la loro volontà, ed il loro giudizio alla volontà, e giudizio de' loro superiori. Per questo fine continuamente gl'insegneranno a considerare il Signore ne' loro superiori, e ne' loro comandi li comandi del Signore, e che nell' obbedirli obbediscano lo stesso Dio, sicure, che il Signore parla loro per mezzo de' superiori, come se un' angelo gli parlasse secondo quelle parole del nostro Redentore: *Chiunque ascolta voi, ascolta me.*

V.

Idem ut supra.

§. 114. Imprimeranno nelle loro menti, che colla virtù della obbedienza le anime religiose divengono più intimamente unite con Dio; che la volontà del Signore le dirigge, e le governa in guisa di poter dir coll' apostolo: *Io non vivo; ma Gesù Cristo vive in me*; che il Signore è quello, che allor regola tutti i loro passi, le parole, orazioni, lezioni, ricreazioni, ad ogni opera, ed azione della loro vita; e che per conseguenza le azioni più piccole, e le più triviali, ed indifferenti in loro stesse divengono di gran valore, e merito per l'eternità! Finalmente, che in quella santa obbedienza hanno una regola ben sicura, ed un mezzo efficace per conoscere la volontà di Dio, ed adempirla con ogni perfezione; vantaggio della più grande importanza, che le anime religiose hanno sopra le più pie e devote, che rimangano nel mondo.

VI.

Idem ut supra.

§. 115. Procurerà d'istillargli una idea sublime di amore cordialissimo, e di riverenza per il loro santo istituto, e di riempire i loro cuori della più tenera carità, e di affetto per le povere fanciulle. Gl' inculcherà il più sincero amore, e zelo per la salvazione di tutto il genere umano, acciocchè facciano orazioni fervorose per tutti, e specialmente per la Santa Chiesa Cattolica Romana, per il di lei capo visibile ed universale pastore il sommo pontefice, per li vescovi, e clero applicando spesso le loro orazioni e comunioni per la propagazione della santa religione, specialmente in questo regno.

VII.

Idem ut supra.

§. 116. Con ammonizioni costanti inculcherà, che li membri di questa congregazione abbiano un sol cuore, ed un anima sola in Gesù Cristo solo celeste sposo; membri che siccome il nostro divin Redentore nella grazia della loro vocazione le ha unite insieme in un sol corpo, esse devono sempre essere unite nello stesso spirito

di carità, che è il vincolo della perfezione.

VIII.

Idem ut supra.

§. 117. Le novizie in tutti i loro bisogni ricorreranno alla loro maestra, la quale, se sono di conseguenza, ne informerà la superiora; ma negli affari ordinarj potrà risolvere da se medesima. La maestra delle novizie dovrà, per quanto lo permetteranno le circostanze, essere disimpegnata da tutti gli affari, ed occupazioni della comunità, affinchè possa più attentamente accudire a questo grande, ed importante impiego.

Capo VII.

Delle discrete e loro officii

I.

De discretis, earumque munere.

§. 118. L'assistente, la depositaria, e la maestra delle novizie saranno le discrete, o consigliere della superiora, la quale le consulterà in tutti gli affari d' importanza, e terminerà col parere loro ciò, che è meglio a farsi; esse proporranno nella loro adunanza quello, che potrà sembrargli più espediente per il vantaggio spirituale, e temporale della comunità e dell' istituto; ma senza il permesso espresso della superiora non faranno menzione fuor del loro congresso delle misure propostevi, e discusse, nè sul sentimento dato da qualcuna di loro sul soggetto delle loro deliberazioni.

II.

Idem ut supra.

§. 119. Ogni discreta darà candidamente il suo parere, e ne assegnerà le ragioni con umiltà senza affettazione, o attacco ostinato al proprio sentimento. Dalla superiora sarà destinata una delle discrete per segretaria a scrivere quanto si risolva, e si decida in capitolo, o nel discretorio.

Capo VIII.

Delle adunanze capitolari.

I.

De congressibus capitularibus.

§. 120. Le sorelle che hanno il voto si uniranno in capitolo quante volte la superiora crede espediente di sentire il loro parere in materie d'importanza per la comunità. Si uniranno in una adunanza particolare ogni sei mesi per consultare insieme sulle qualità, e disposizioni delle candidate, e delle novizie; si aduneranno ancora un mese prima, che la candidata sia ammessa all' abito, e due mesi prima, che le novizie siano ammesse alla professione, per determinare con i voti de' fagiuoli bianchi e neri, intorno la loro accettazione, o dimissione. Ma sapendosi notoriamente prima di quest' adunanza che la candidata non ha le qualità richieste, e le disposizioni per l' istituto, immediatamente sarà dimessa.

II.

Idem ut supra.

§. 121. In capitolo con attenzione, ed in silenzio ascolteranno qualunque cosa si ponga in deliberazione, ponderando bene avanti al Signore ogni materia nella loro mente, daranno il loro parere con modestia, candore, ed umiltà. Nelle adunanze, che riguardano le candidate, e le novizie, la maestra delle novizie dichiarerà quel che conosce, dell'indole, e disposizione de'soggetti, e della loro abilità ed attaccamento per l'istituto, e nello scrutinio la plurarità de' fagiuoli bianchi, o neri deciderà della loro accettazione, o dimissione. Ma in tutte le loro risoluzioni, e specialmente riguardo all' accettazione, o dimissione de' soggetti, procureranno le vocali di spogliarsi di ogni rispetto umano, e di non aver altro in vista, che la maggior gloria di Dio, ed il vantaggio dell' istituto.

III.

Idem ut supra.

§. 122. Tutte le transazioni in capitolo saranno tenute segrete inviolabilmente. Si comincerà sempre coll'inno *Veni Creator*, e l' orazione *Deus qui corda*, col *Sub tuum praesidium*, e si termineranno le loro adunanze colla *Salve Regina*.

Capo IX.

Della divozione alla passione di Gesù Cristo, ed alla ssma Eucaristia.

I.

De devotione erga Salvatoris passionem, et sacram Eucharistiam.

§. 123. Le sorelle di questa pia congregazione avranno una tenera divozione per la passione del Nostro Signore, e Redentore Gesù Cristo. Spesso ne richiameranno alla mente li diversi punti, e circostanze, affine di eccitare nei loro cuori un vivo desiderio di conformarsi al loro appassionato Redentore; persuase, che per essere a parte della di lui gloria, conviene essere qui a parte delle di lui umiliazioni e de' patimenti. Offriranno tutti i penosi travagli, e fatiche del loro stato, le mortificazioni, che soffrono, gli stenti, e le pene del corpo, e dell' anima in unione de' patimenti del loro crocifisso sposo. Ogni venerdì faranno la loro meditazione su qualche punto della passione, ed alle ore tre dopo il mezzo dì inginocchiate tutte insieme, o ciascuna in particolare adoreranno Gesù Cristo fatto per noi obbediente fino alla morte, e morte della Croce, ed offriranno *cinque Pater* e *cinque Ave* in onore delle sue sagre piaghe, e morte, per quelli che sono in agonia, o in istato di peccato mortale, e per tutte le anime del purgatorio.

II.

Idem ut supra.

§. 124. Gesù Cristo realmente presente nella santissima Eucaristia sarà ancora l' oggetto del loro più tenero amore, e della loro divozione. Rifletteranno spesso alla infinita carità, che dimostra per loro in questo sempre adorabile sagramento, e con frequenti visite in ciascun giorno faranno assiduo corteggio al loro celeste sposo nel trono del suo amore coll' unire gli atti di adorazione, di lode, di ringraziamento, e i loro omaggi, con gli omaggi che gli angeli, i quali costantemente lo corteggiano nel sagro tabernacolo, incessantemente gli offrono. In tutte le loro pene, ed angustie di spirito, in tutte le loro agitazioni, afflizioni, e tentazioni cercheranno a piedi del suo altare il conforto, e la consolazione, come egli amorosissimamente invita con quelle parole: *Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos.*

III.

Idem ut supra.

§. 125. Professeranno altresì una tenera divozione al sagro cuore di Gesù, secondando li pii desiderii, e sentimenti di Santa Chiesa, con innalzare la loro mente, e i loro affetti a quell' infinito amore, che il divin Redentore ha mostrato per l' uman genere nella istituzione del sagramento della Eucaristia, e nella sua dolorosa passione, e morte sofferta per il nostro riscatto. Procureranno dal canto loro di dare qualche compenso per quelli oltraggi, onde sì mal corrisponde a tanto amore la malvagità, ed ingratitudine degli uomini.

Capo X.

Della divozione verso la beatissima Vergine, e gli altri santi.

I.

De devotione erga b. Virginem, et alios sanctos.

§. 126. La divozione a Maria sempre vergine, e madre di Dio è sempre stata la divozione favorita di tutte le persone religiose, e raccomandata specialmente in ogni istituto regolare. Ma siccome questa congregazione è immediatamente sotto la di lei protezione speciale, e siccome dopo Dio ne è la prima protettrice, e padrona, avranno per lei le sorelle la più fervorosa, e affettuosa divozione, riguardandola in un modo particolare come loro madre, e come il gran modello, che sono obbligate ad imitare, affinchè colla di lei intercessione, ed efficace protezione siano rese capaci di adempire gli obblighi del loro santo istituto, e di piantare Gesù Cristo nelli teneri cuori di quelle povere care fanciulle, che sono incaricate d' istruire.

II.

Idem ut supra.

§. 127. Esse avranno ciascuna di loro individualmente una confidenza illimitata in lei: ricorreranno ad essa in tutte le loro angustie, e necessità spirituali, e colle imitazioni delle di lei virtù si studieranno di piacerle, e di rendersi degne del materno di lei patrocinio. Solennizzeranno le sue feste

con tutta gioja spirituale, e con divozione, ed istilleranno nelle menti delle povere fanciulle, e di tutti quelli, co' quali avessero qualche influenza, un cordiale rispetto, venerazione, ed amore per essa. Ciascun giorno reciteranno a di lei onore cinque poste di rosario.

III.

Idem ut supra.

§. 128. Il giorno della Presentazione, festa titolare di questa congregazione tutti gl' individui della comunità inginocchiati con candele accese nelle mani avanti l' altare della beatissima Vergine annualmente faranno il seguente atto di consagrazione di loro stesse, e della congregazione, che la superiora leggerà in voce intelligibile in nome, e per parte della comunità, ed ogni nuova professa la farà privatamente nel giorno della sua professione.

Atto di offerta e consagrazione alla ssma madre di Dio.

Santissima, e gloriosissima Vergine madre di Dio, noi sorelle della congregazione della caritatevole istruzione persuase di quanto abbiamo bisogno della grazia del Signore per adempire agli ardui doveri, ed obblighi del nostro istituto, ed anche della grandezza del vostro potere presso Gesù Cristo, e della vostra bontà verso li poveri cristiani umilmente ci rivolgiamo a voi in questo giorno, come a madre di misericordia con pienissima fiducia di ottenere la divina assistenza per mezzo della vostra santa intercessione. Noi dunque, clementissima Vergine, prostrate innanzi a voi con tutta umiltà fervorosamente vi preghiamo, che vi degniate di accettare graziosamente l' offerta, che noi tutte irrevocabilmente facciamo di noi stesse in questo santo giorno al vostro amore, e servizio, proponendo colla divina assistenza di portar sempre a voi il più cordiale rispetto, e venerazione, e d' impegnare tutti gli altri, per quanto ci sarà possibile, ad amarvi, onorarvi, e rispettarvi. Degnatevi, purissima, ed immacolata Vergine madre di Dio di riceverci tutte, e ciascuna di noi in particolare sotto la vostra santa protezione.

Noi vi riguardiamo come nostra madre, nostra signora, e maestra, e come nostra padrona, protettrice, avvocata, e direttrice nostra, supplicandovi umilmente di ottenerci il perdono de' nostri peccati, delle negligenze, e delle offese. Vi preghiamo ancora di ottenerci dall' infinita bontà del vostro amato figlio, che questa piccola congregazione della caritatevole istruzione, della quale noi siamo indegni membri, sempre, ed in tutte le occasioni venga favorita colla vostra speciale assistenza, e particolarmente nelle ardue funzioni dell' istituto, e nella pratica di ogni virtù religiosa. In fine vi supplichiamo caldamente, che benignamente vi degniate di ottenere, che regni sempre fra di noi una perfetta unione de' cuori, e d' animi, che siamo sempre fedeli alla debita osservanza delle nostre regole, che perseveriamo fino al termine della vita nella grazia della nostra vocazione, affinchè avendo fedelmente servito il vostro diletto figlio coll' imitare le vostre virtù qui in terra, possiamo con voi, e con tutti gli eletti lodarlo e glorificarlo in cielo per tutta l'eternità. *Amen.*

IV.

§. 129. Li santi, alli quali le sorelle di questa congregazione religiosa vengono raccomandate specialmente sono li seguenti: s. Giuseppe, s. Anna, s. Gioacchino, li ss. apostoli Pietro e Paolo, s. Giovanni Evangelista, s. Agostino, s. Monica, s. Patrizio, s. Brigida, s. Francesco di Sales, s. Francesco Saverio, s. Vincenzo de Paolis, s. Giuseppe Calasanzio fondatore delle scuole pie, e la beata Angela de Merici. Idem ut supra.

Capo XI.

Dei registri.

I.

§. 130. Quattro libri, o registri si terranno in ciascuna casa dell' istituto. Uno per gli annali della congregazione, uno per li conti del dare e dell'avere della casa, uno per registrare le risoluzioni fatte in capitolo, ed il quarto per registrare gli atti di accettazione, o professione. De custodia librorum communitatis.

II.

Idem ut supra.

§. 131. Nel libro degli annali sarà notato il racconto del principio e del progresso della congregazione; li nomi, e le qualità de' fondatori, o fondatrici dello stabilimento; il vescovo sotto di cui furono fatti; quelli che più vi contribuirono; li fatti memorabili accaduti; li differenti stabilimenti che furono formati; le sorelle religiose, che incominciarono la fondazione; le sorelle, che morirono nella casa illustri per le loro virtù, e per la santità di vita; il giorno, mese ed anno della loro morte, e tutte le altre materie degne di esser trasmesse alla posterità.

III.

Idem ut supra.

§. 132. Nel libro delle accettazioni, o professioni si registreranno li nomi delle candidate, novizie, e professe, e delli loro parenti; la loro età, giorno, mese ed anno che entrarono nel convento; il giorno mese ed anno in cui presero l'abito e professarono; gli atti di professione che saranno sottoscritti dalla professa, dal vescovo, o sacerdote, che officiò, e dalla superiora ed assistente.

Formola
del registro di questo atto.

Suor N. N. chiamata in religione N.N. figlia di N.N. nacque nella parrocchia di N. N. della diocesi N.N. fu battezzata e cresimata. Essa entrò in questo convento in N. dell'anno N. prese l'abito di questo istituto nel N. dell'anno N. in età di anni N. fece la sua professione N. dell'anno N. nella cappella di questo convento della Presentazione col permesso (officiando il vescovo si aggiungerà) ed alla presenza dell'illmo e rmo padre monsig. N.N. vescovo di N. ed in presenza di suor N. superiora di questo convento; l'atto della qual professione essa fa, e sottoscrive nel modo e forma seguente.

Qui verrà inserito parola per parola l'atto della professione come fu dalla medesima fatto.

Capo XII.

Degli stabilimenti.

I.

§. 133. Siccome le sorelle di questa congregazione sono intieramente dedicate alla istruzione delle povere, per la quale non possono ricevere alcun emolumento temporale, e siccome dalle costituzioni gli è rigorosamente proibito di ricevere pensionarie, o educande non s'intraprenderà alcun nuovo stabilimento, se non vi sarà un fondo certo corrispondente al mantenimento delle sorelle, che vi entrano debitamente esaminato, ed approvato dal vescovo, e dalle discrete del convento.

De congregationibus non augendis sine episcopi licentia.

Fine.

§. 134. Dichiaramo, che non è nostra intenzione che queste regole, e costituzioni compilate per la congregazione delle sorelle della caritatevole istruzione obblighino sotto pena di peccato mortale, o veniale a riserva di ciò, che riguarda l'osservanza e ademmpimento de'voti, e della trasgressione di qualche articolo, che indipendentemente dalle regole, per se stesso sia d'obbligo.

Conclusio.

Cork 15 agosto 1793.

Francesco Moylan vescovo di Cork.

Noi sottoscritti approviamo le precedenti regole, e costituzioni.

Riccardo O-Reily arcivescovo di Armagh.

Fra Gio. Tommaso Troy arcivescovo di Dublino.

Tommaso Bray arcivescovo di Cashel.

Eduardo Dillon arcivescovo di Tuam.

Giacomo Caulzield vescovo Fernese.

Giacomo Lanigan vescovo di Ossery.

Carlo Sughrue vescovo di Therry.

Decretum sacræ congregationis de Propaganda Fide habitæ die 17 septembris 1804.

Decretum sacræ congregationis de Propaganda Fide super approbatione regularum.

§. 155. Quum r. p. d. Franciscus Moylan episcopus Corcagiensis in Hiberniæ regno ad eños patres hujus sacræ congregationis retulisset, nobilem fœminam catholicam Honoratam Nagle fel. mem. opes suas in plurimarum piarum domorum fundationem impendisse eo consilio, ut nempe eæ virgines in eisdem reciperentur, quæ sibi puellas præcipue pauperes in catholicæ fidei rudimentis informandi, honestisque artibus instruendi; tum etiam mulieres ægrotantes in publicis nosocomiis invisendi, easdemque spiritualibus, ac temporalibus auxiliis adjuvandi munus susciperent: et plures jam repertas esse virgines, quæ eidem instituto nomen dare, ac onera supra allata suscipere vellent; ideoque ejusmodi instituti ab apostolica hac sancta Sede approbationem petiisset: sanctæ memoriæ Pius papa VI de eminentissimorum patrum hujus sacræ congregationis consilio literis apostolicis in forma brevis 3 septembris anni 1791 datis, facultatem eidem episcopo impertitus est, supramemoratas pias domos, seu collegia etiam in aliis diœcesibus (dummodo consensus accederet proprii ordinarii) erigendi, ac instituendi, in eademque virgines, quæ præfata onera sustinere debeant, recipiendi; quæ expleto probationis tempore tria simplicia vota paupertatis, castitatis, et obedientiæ emitterent; omnesque indulgentias, ac spirituales gratias monialibus Ursulinis, earumque collegiis, et ecclesiis jam concesserat idem summus pontifex ipsi novo instituto clementer impertiit; episcopoque Corcagiensi injunxit, ut regulas, ac constitutiones ad institutum Ursulinarum conformes concinnaret, quas præfatæ virgines a Præsentatione beatæ virginis Mariæ profiteri deberent. Hinc ab eo tempore, quo prædictum institutum apostolicam approbationem reportavit impensius idem coli coepit in domo matrici Corcagiensi, et paulatim propagari, ut jam ad civitates, et diœceses Dublinensem, Waterfordiensem, Kilkenniensem, et ad oppidum Killaney se se extenderit, eo sane felici successu, ut non solum quam plurimæ puellæ, sed et adultæ, et nuptæ doctrinæ fidei, ac morum plerumque insciæ in collegiis ejusdem instituti erudiantur. Qua de re cum prælaudatus episcopus, regulas constitutionesque condidisset, misissetque ad hanc eamdem sacram congregationem pro approbatione apostolica: ac precatus esset, ut loco simplicium votorum consueta religionis vota solemnia in posterum ab ipsis virginibus emitti deberent, quarto etiam solemni voto addito, puellas præsertim pauperes educandi, easdem in religionis præceptis erudiendi: *Id enim* (ut ipse testatur episcopus) *omnes ejusdem instituti virgines impensius efflagitant*; *unde oritur instituti stabilitas et perfectio*, *ob cujus defectum nonnullæ retraherentur virgines alios valde idoneæ*, *et zelo gloriæ Dei æstuantes ab illo complectendo*. Eñi patres hujus sacræ congregationis re bene expensa, atque examinata, post emendationem, et correctionem earumdem regularum, et constitutionum ad normam exempli supra extensi censuerunt supplicandum esse ssño pro earumdem regularum, et constitutionum approbatione; ac pro indulto, ut sacræ virgines, expleto tyrocinii tempore, ad solemnem votorum professionem admitti valeant, addito quarto voto puellas præsertim pauperes educandi, ac in catholicæ fidei rudimentis, ac præceptis imbuendi, ita tamen, ut e monasterii septis (nisi gravissimis de causis a jure sancitis) egredi nequeant; derogando (quatenus opus sit) alteri injuncto oneri in literis brevibus Pii pp. VI. supramemoratis, invisendi scilicet ægrotantes mulieres in publicis nosocomiis.

Quam sacræ congregationis sententiam SSño domino Nostro, in audientia habita die 27 septembris ejusdem anni a me archiepiscopo Myrensi, et hujus sacræ congregationis secretario relatam, Sanctitas Sua benigne approbavit in omnibus, literasque apostolicas in forma Brevis expediri jussit.

Datum Romæ ex ædibus ejusdem s. congregationis de Propaganda Fide die 16 februarii 1805.

A. card. Dugnani pro-præfectus

Dominicus archiep. Myren. Secr.

Loco ✠ signi

Confirmatio apostolica.

§. 136. Quæ quum sint, tu hunc Nobis deprecari fecisti, ut hujusmodi regulas per Nos adprobari, dictisque concedi virginibus, quatenus liceat ipsis e simplici statu oblatarum in veras moniales sub titulo, et invocatione Præsentationis beatæ Mariæ virginis perpetuo transire, de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur in re, quæ tum omnipotentis Dei gloriam, tum sanctæ religionis augmentum tantopere spectat, zelo fraternitatis tuæ, ac votis virginum prædictarum libenter obsecundare, teque, ac virgines ipsas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, nec non singularum ipsarum personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de memoratorum cardinalium consilio, præinsertas constitutiones, seu regulas cum omnibus, et singulis in eis contentis auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, ratasque, ac validas habemus, et declaramus, illisque perpetuæ, et inviolabilis firmitatis robur adijcimus, ac si quem sive juris, sive facti defectum quomodolibet in easdem irrepsisse contigerit plenarie sanamus, atque supplemus: deinde supradictis virginibus præsentibus, et futuris, ut post expletum tyrocinii tempus, ad solemnem, servatis alias servandis, professionem votorum, addito etiam quarto educandi puellas præsertim pauperes, imbuendique eas præceptis, et rudimentis catholicæ fidei, libere recipi, admittique possint si valeant, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus; ita tamen, ut ipsæ in posterum sub recensitis regulis, et constitutionibus vivere, ordinariorumque jurisdictioni subesse, clausuræ leges servare, nec unquam propterea a monasterii septis, nisi ob gravissimas causas in constitutionibus expressas, et a jure sancitas, egredi debeant: ad quem effectum, quatenus opus sit, super onere invisendi, uti præmissum est, mulieres nosocomiorum infirmas cum ipsis dispensamus expresse, literisque prædecessoris quoad onus hujusmodi penitus derogamus, ac derogatum esse decernimus. Eisdem literis, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Indulgentias porro omnes, et gratias spirituales jam alias ab eodem prædecessore isti pio instituto concessas prædicta auctoritate confirmamus.

Datum Romæ de speciali mandato SSmi die nona aprilis millesimo octingentesimo quinto, pontificatus sui anno sexto.

CCCLXI.

Dat. die 26 aprilis 1805 anno VI.

Confirmatio electionis ministri provincialis, et destinationis domus probationis, et professionis cum erectione congregationis Galiciarum in provinciam regularem, pro ministro provinciali Galiciarum ordinis sancti Pauli primi eremitæ.

Dilecto filio Hilarioni Bobrouski ministro provinciali ordinis fratrum sancti Pauli primi eremitæ nuncupatorum.

Pius PP. VII.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Procemium.

§. 1. Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, super quibus apud Nos fide dignis commendaris testimoniis Nos adducunt, ut te specialibus favoribus, et gratiis prosequamur liberales.

Expositio precum.

§. 2. Expositum siquidem Nobis tuo nuper nomine fuit, quod in binis, sicut asseritur, Austriacæ ditionis Galiciis octo existunt cœnobia ordinis fratrum sancti Pauli primi eremitæ nuncupatorum, olim unita, partemque integralem conflantia provinciæ Poloniensis ejusdem ordinis, sed in præsentiarum sejuncta omnino ab ea provincia ob nuperas Poloniæ regni vicissitudines, quibus regionum istarum res permutatæ fuerunt. Nihilo tamen minus cœnobiis hujusmodi apostolica est impertita facultas suum eligendi provincialem ministrum, propriamque habendi domum probationis et regularis professionis, pro qua conventus Bezoviæ designatus per-

mansit. Ut autem talis facultas, quæque exinde illius vigore acta et constituta sunt, solidiorem etiam in posterum sortiantur observantiam, tu ministerii tui zelo permotus cuncta hæc per Nos approbari, et confirmari, atque, ut infra, quoque indulgeri vehementer exoptas, enixisque humiliter precibus a Nobis efflagitas.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, electionem seu electiones ministri provincialis, ac designationem domus probationis, et professionis a recensitis cœnobiis sic, ut præfertur, ex apostolico indulto peractas auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, ratasque, et validas habemus, et declaramus, ac inviolabilis firmitatis robur illis adjicimus, omnesque ac singulos sive juris, sive facti defectus si quos quomodolibet in præmissis intervenisse contigerit, sanamus, atque supplemus: deinde eadem octo cœnobia in prædictis Galiciis jam erecta, aliaque ibidem postmodum erigenda, in regularem provinciam pari auctoritate nominamus, atque instituimus, ac ei ita nominatæ, atque institutæ, ut provincalia comitia celebrare, ac omnia et singula, quæ in illis juxta dicti ordinis constitutiones a Sede hac apostolica approbatas deliberari ac decerni solent, tunc deliberare atque decernere, nec non juribus, privilegiis, gratiis, indultisque universis, quibus dum Poloniensi dictæ provinciæ unita erat, et particularem constituebat congregationem antea gaudebat, uti, frui, et gaudere libere, ac licite valeant, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, tum et prædicti ordinis, et provinciæ Poloniensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro sub annulo piscatoris die vicesima sexta aprilis, millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXII.

Dat. die 26 aprilis 1805 anno VI.

Communicatio indulgentiarum, quibus gaudet archiconfraternitas sanctæ Mariæ supra Minervam de urbe, et erectio ejusdem confraternitatis in archiconfraternitatem cum facultate adgregandi pro confraternitate ssmi Sacramenti Petræ Sanctæ Pisanæ diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni officiales, et confratres confraternitatis sub titulo sanctissimi Sacramenti in adnexo præpositoriali ecclesiæ Petræ Sanctæ Pisanæ diœcesis oratorio canonice, ut asseritur, erectæ, quod ipsi, ut animarum suarum profectui, melius consultum sit, omnibus, et singulis indulgentiis, peccatorum remissionibus, ac pœnitentiarum relaxationibus, aliisque spiritualibus gratiis, quibus archiconfraternitas ejusdem sanctissimi Sacramenti in ecclesia sanctæ Mariæ supra Minervam nuncupata de urbe erecta fruitur, et gaudet, per Nos locupletari, ac etiam ad majorem Dei gloriam confraternitatem hujusmodi

archiconfraternitatis titulo decorari plurimum desiderant.

Tenor concessionis

§. 2. Nos piis eorumdem exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus annuere volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati; auctoritate Nobis a Domino tradita, deque omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, et singulis confratribus, et consororibus in dicta confraternitate adscriptis, et in posterum adscribendis indulgentias tam plenarias, quam partiales, aliasque spirituales gratias archiconfraternitati prædictæ sanctissimi Sacramenti supra Minervam de urbe ab hac sancta Sede jam alias impertitas, dummodo injuncta pro illis consequendis rite adimpleverint, auctoritate apostolica, tenore præsentium perpetuo communicamus, tribuimus, et impertimur: nec non confraternitatem prædictam sanctissimi Sacramenti in archiconfraternitatem cum omnibus, et singulis prærogativis, juribus, honoribus, et præminentiis solitis, et consuetis, auctoritate, et tenore prædictis, sine cujusquam præjudicio perpetuo erigimus, et instituimus; ac ipsius archiconfraternitatis sic erectæ officialibus, et congregatis præsentibus, et futuris, ut ipsi alias quascumque confraternitates ejusdem instituti extra urbem ubique locorum erectas eidem archiconfraternitati, servata tamen forma constitutionis recolendæ memoriæ Clementis pp. VIII. prædecessoris Nostri editæ, adgregare, illisque omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes ipsi archiconfraternitati sic in archiconfraternitatem a Nobis erectæ concessas communicare libere, et licite possint, et valeant, eadem auctoritate concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective, inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, supradictæ confraternitatis, aliisque etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro sub annulo piscatoris die vicesima sexta aprilis millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.



Dat. die 30 aprilis 1805 anno VI.

CCCLXIII.

Capitulo, et canonicis cathedralis ecclesiæ Lyciensis conceditur usus baculi in pontificalibus pro iis temporibus tantum, quibus sedem episcopalem Lyciensem vacare contigerit.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii dignitates, et canonici presbyteri cathedralis ecclesiæ Lyciensis, quod dudum sibi sub certis modo, et forma tunc expressis auctoritate apostolica indulsimus, ut pontificalia deferre, ac in pontificalibus celebrare ad instar dignitatum, et canonicorum metropolitanæ ecclesiæ Neapolitanæ, excepto tamen pastorali, seu abbatiali baculo libere, et licite possent, ac valerent, ac alias, prout in Nostris desuper in simili forma brevis die ii. octobris anni superioris expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, ipsi dignitates, et canonici etiam baculo prædicto uti posse plurimum desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur eosdem exponentes amplioris gratiæ favoribus prosequi volentes, atque eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eisdem dignitatibus, et canonicis presbyteris nunc, et pro tempore in perpetuum existentibus, ut in pontificalibus hujusmodi habendis etiam baculo prædicto ad instar memoratæ metropolitanæ ecclesiæ Neapolitanæ, ac pro iis temporibus dumtaxat, quibus sedem episcopalem Lyciensem vacare contigerit, libere, et licite uti, eumque gestare possint, et valeant, servata tamen in reliquis præcedentium literarum Nostrarum forma, et dispositione, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in dictis Nostris literis voluimus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro sub annulo piscatoris die trigesima aprilis millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 30 aprilis 1805 anno VI.

CCCLXIV.

Facultas præposito et beneficiatis ecclesiæ metropolitanæ Cæsaraugustanæ vacandi a choro per alios triginta dies cujuslibet anni, et percipiendi fructus in absentia, in perpetuum

Venerabili fratri archiepiscopo Cæsaraugustano.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater,

Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii præpositus, et beneficiati metropolitanæ ecclesiæ nostræ Dominæ Del Pilar nuncupatæ Cæsaraugustanæ civitatis, se admodum arcto, onerosoque obstrictos esse residentiæ vinculo, quum præter assistentiam communi choro præstandam, ac præter majorem partem missarum in eadem ecclesia, earumque etiam multas in altaribus, horisque præfixis celebrandas, debeant ipsi per turnum recitare quotidie officium parvum beatæ Mariæ Virginis in choro s. cappellæ nostræ Dominæ, cantare plura anniversaria in cappella s. Laurentii, interesse defunctorum, vel pauperum exequiis evenientibus, ut plurimum post finem chori, ac in iis cantando missas præsente cadavere, reliquaque

explendo juxta morem suffragia. Ex hinc fieri, ut divisum quum sit quotidianum ipsorum servitium in decem punctationes, matutino non comprehenso, solæ illæ vices, quibus vel involuntarie inter annum abfuerint, viginti dies sibi tantum ad vacandum concessos prorsus absorbeant. Porro accedere et illud, quod ipsi post reductionem beneficiorum pluribus jam ab hinc annis in ista ecclesia peractam licet multo minores numero evaserint, integrum tamen onerum, quæ beneficiis reductis inhærebant, pondus perferant, quin majorem simul assecuti sint fructum, vix ac ne vix quidem percipientes, de quo valeant congrue sustentari. Quamobrem ad nanciscendum aliquod tanto in labore levamen se orare humiliter, atque enixe obsecrare, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac singulares eorum personas a quibusvis excommunicationis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis, censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus prænarratis, eisdem exponentibus licentiam et facultatem, cujus vigore ipsi, ac successores ipsorum in perpetuum, præter et ultra viginti vacationis dies, quibus in quolibet anno, ut præfertur, gaudent, per alios dies triginta in eodem anno a chori, ecclesiæque servitiis vacare, ac in diebus hujusmodi, omnes et singulos suorum beneficiorum fructus, redditus, et proventus, ac quotidianas quoque distributiones lucrari, suasque facere, et omni cum integritate exigere, atque percipere, suosque in usus et utilitatem convertere, perinde ac si cunctis ecclesiæ et chori functionibus personaliter intervenirent, libere, et licite possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et conscientia gratis impertiaris; proviso tamen, ut per turnum a te statuendum illud fiat, et sufficiens semper beneficiatorum, qui uti par est choro et ecclesiæ quotidie inserviant, numerus remaneat, exceptis vero diebus festis solemnioribus anni, primisque eorum vesperis, ac per totam eorumdem octavam, nec non aliis etiam, quæ tum magis in Domino excipiendos esse censueris, tum demum temporibus adventus, et quadragesimæ, nam tempora et dies hujusmodi a præsenti vacationis ampliatione expresse reservari volumus, et declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ metropolitanæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro sub annulo piscatoris die trigesima aprilis, millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 9 junii 1805 anno VI.

CCCLXV.

Erectio sedis Kielcensis.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Venerabili fratri Cajetano Ignatio de Kicki archiepiscopo Leopoliensi.

Salutem et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Indefessum personarum regia dignitate fulgentium pro ecclesiarum in suis ditionibus consistentium felici statu, suorumque respective subditorum spirituali gubernio nunquam satis commendabile studium de apostolicæ benignitatis auxilio prosequi, et fovere, quemadmodum semper habuit gloriosum apostolica Sedes, ita Nos cum pastoralem Nostram sollicitudinem nil magis urgeat et excitet, quam ecclesiarum bonum, optimumque regimen, et animarum salutis incrementum, quoniam id ipsum exoptare regia corda comperimus in lætitia, et exultatione tam sancta ac pia vota excipientes, quæ provide personis ipsis pro expeditiori ecclesiarum hujusmodi coordinatione in Domino visa sunt convenire, apostolica auctoritate ad effectum perducere festinamus.

Expositio preçum porrectarum a rege Hungariæ, pro obtinenda nova erectione.

§. 2. Cum itaque sicut dilectus filius comes de Kewenhüller charissimi in Christo filii Nostri Francisci hoc nomine secundi Romanorum regis in imperatorem electi, ac Bohemiæ et Hungariæ etiam regis apostolici apud Nos et Sedem apostolicam administer plenipotentiarius, nomine ejusdem Francisci imperatoris et regis exposuit, plures parochiales ecclesiæ intra nonnullos circulos archidioecesis Gnesnensis, et aliorum exterorum episcopatuum in postrema regni Poloniæ divisione suis ditionibus fuerint adjunctae, ipsæque tamen parochiales ecclesiæ in spiritualibus ab archiepiscopi Gnesnensis, aliorumque episcoporum sub dominio regis Borussiæ existentium episcopali pendeant jurisdictione, earum porro talis est situatio, ut nec in unum de novo erigendum episcopatum conjungi, nec dioecesibus in Galicia existentibus, in quibus prædictæ parochiales ecclesiæ ad præsens reperiuntur incorporari valeant, unde necessitas oritur easdem dioeceses (sola Leopoliensi excepta) quoad jurisdictionis episcopalis territoria aliter ordinandi, ut remoto omni nexu cum episcopis extraneis parochiales ecclesiæ prædictæ episcopis in Galicia existentibus, eorumque jurisdictioni et superioritati pro meliori animarum illorum populorum regimine et gubernio perfecte subjiciantur, proindeque ex parte dicti comitis de Kewenhüller ipsius Francisci imperatoris et regis nomine Nobis fuerit humiliter supplicatum, ut ad ecclesiasticas res expeditius omni ex parte intra limites Cracoviensis, et Chemensis, nec non Gnesnensis respective dioecesium componendas sedem interim episcopalem Jacnoriensem modo vacantem uno cum infrascripto illius capitulo ad civitatem Kielcensem transferre, ibique residentiam novi futuri episcopi Kielcensis in posterum nuncupandi designare, ac pariter novam hujusmodi episcopatus, ut infra, erigendi dioecesim modo et forma infrascriptis præfinire de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Cumque ex processu a dilecto etiam filio Nostro et Sedis apostolicæ nuncio Viennæ commorante confecto, et ad urbem transmisso, de hujusmodi translationis et erectionis utilitate Nobis constiterit, perspectoque etiam quod si prædicta cathedrali ecclesia Tarnoviensi, ut infra, suppressa et extincta civitas Kielcensis prædicta in Galicia occidentali, et hæreditariæ domus Austriacæ provincia sita in civitatem episcopalem, ut infra, erigeretur, nec non cathedralis ecclesiæ Tarnoviensis, ut infra, supprimendæ, et extinguendæ episcopalis sedes ad sæcularem et collegiatam, quæ etiam parochialis existit ecclesiam Assumptionis in coelum beatæ Mariæ Virginis, prævia pariter infrascripta illius collegialitatis, et in ea existentis capituli perpetua suppressione et extinctione, una cum prædictæ cathedralis ecclesiæ Tarnoviensis, ut infra, supprimendæ, et extinguendæ capitulo, quod septem canonicis, septem canonicatus, totidemque præbendas respective obtinentibus, comprehensis in eo uno præposito præposituram inibi post pontificalem majorem, ac uno decano unum decanatum secundam, et scholastico unam scholasticam tertiam inibi respective dignita-

Processus adhibitus super convenientia novæ erectionis.

tes existentes una cum suis respective canonicatibus, et præbendis eisdem dignitatibus respective annexis, etiam respective obtinentibus compositum reperitur, perpetuo etiam ut infra transferretur, ipsaque collegiata, quæ etiam parochialis, ut præfertur, existit ecclesia sic suppressa et extincta in cathedralem ecclesiam Kielcensem nuncupandam etiam perpetuo erigeretur, et institueretur, nec non pro futuri et pro tempore existentis episcopi Kielcensis dioecesi, ac clero, et populo respective constituendis a Cracoviensi, et Chelmensi, nec non Gnesnensi respective dioecesibus infrascriptæ collegiatæ, infrascriptæque itidem parochiales respective ecclesiæ etiam perpetuo, ut infra, dismembrarentur, dividerentur, et separarentur, illæque sic dismembratæ, divisæ, et separatæ futuri et pro tempore existentis episcopi Kielcensis jurisdictioni, superioritati, et auctoritati similiter perpetuo, ut infra, supponerentur, et subjicerentur, ex hac quidem rerum dispositione spirituali illorum populorum curæ diversis ecclesiarum præsulibus hactenus commissæ unius tantum pastoris in centro ferme existentis regimini, et directioni in posterum subjectæ, melius ac salubrius consuleretur, et maxima etiam eorumdem populorum animarum saluti utilitas perveniret.

Erectio civitatis Kielcensis in civitatem episcopalem.

§. 4. Nos igitur tam pia ac laudabilia dicti Francisci imperatoris et regis studia apostolicæ Sedis favore prosequi, ejusque votis ac precibus benigne annuere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut tu prædictam cathedralem ecclesiam Tarnoviensem, et in ea titulum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam cathedralitatis, ita quod illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus cathedralis esse desinat, et de cætero uti talis denominari, inscribi, censeri, et intelligi amplius nequeat, nec non dignitatem episcopalem, et ita pariter prædictam collegiatam, quæ etiam parochialis, ut præfertur, existit ecclesiam, illiusque titulum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam collegialitatis, et in ea existens apostolica tibi ad id specialiter et expresse delegata auctoritate perpetuo respective supprimas et extinguas, illisque sic suppressis et extinctis supra dictam civitatem Kielcensem in civitatem episcopalem Kielcensem cum omnibus et singulis juribus, honoribus, et prærogativis, quibus aliæ civitates pontificali sede insignitæ in regno Galiciæ prædictæ existentes, earumque cives utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent.

Erectio ecclesiæ collegiatæ in cathedralem.

§. 5. Nec non prædictam collegiatam ecclesiam per te, ut præfertur supprimendam, et extinguendam in cathedralem, quæ etiam parochialis, ut antea, existat ecclesiam sub eadem Assumptionis in coelum ejusdem beatæ Mariæ virginis invocatione nuncupandam tibi, ac pro tempore existenti archiepiscopo Leopoliensi suffraganeam, tibique et pro tempore existenti metropolitico jure subjectam, et in ea sedem et dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo Kielcensi pariter nuncupando, qui eidem ecclesiæ Kielcensi, ejusque civitati et dioecesi, ut infra constituendæ præsit, synodum convocet, ac omnia et singula jura, officia, et munera episcopalia habeat, et exerceat cum suis capitulo, mensa episcopali, cæterisque cathedralibus et pontificalibus insigniis, juribus, jurisdictionibus, et privilegiis, quæ alias cathedrali ecclesiæ Tarnoviensi per te, ut præfertur, supprimendæ, et extinguendæ competebant, et quibus aliæ cathedrales ecclesiæ, earumque præsules, non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, vel privilegio particulari fruuntur, et gaudent, eadem apostolica tibi, ut præfertur, delegata auctoritate etiam perpetuo erigas atque instituas.

Assignatio capituli cum suis dignitatibus, et canonicis.

§. 6. Et respective dictam cathedralem ecclesiam Kielcensem per te, ut præfertur, erigendam sedem episcopalem prædictæ cathedralis ecclesiæ Tarnoviensis, sic, ut præfertur, supprimendam et extinguendam, illiusque capitulum quod similiter iisdem septem canonicis, qui septem canonicatus, totidemque præbendas in dicta cathedrali ecclesia Kielcensi sic noviter erigenda obtinebunt, comprehensis in eis præposito, qui præposituram inibi pariter post pontificalem majorem, ac decano, qui decanatum secundam, ac scholastico, qui scholasticam tertiam respective dignitates pariter extituras similiter obtinebunt, constare debebit, ita tamen ut prædictus præpositus omnibus præeminentiis, quæ sibi de jure debentur gaudere, et tam ipse quam decanus et scholasticus prædicti pro

annua eorum præbenda mille et biscentum florenos Rhenenses; quilibet autem ex reliquis canonicis prædictis mille florenos hujusmodi, et qui ex iis canonicis simul, et vicarii futuri, et pro tempore existentis episcopi Kielcensis in spiritualibus generalis (qui perpetuo de gremio ipsius capituli dictæ cathedralis ecclesiæ Kielcensis sic noviter erigendæ sumi debeat) munere pro tempore fungetur, comprehensis redditibus suorum canonicatus et præbendæ bis mille florenos similes ex prædicti Francisci imperatoris et regis liberalitate eis respective assignatos, vel assignandos annuatim respective percipere debeant, ac firmis remanentibus in dicta cathedrali ecclesia Kielcensi, ut præfertur, erigenda quibusdam beneficiis ecclesiasticis minoribus nunciatis scilicet cappellaniis, nec non concionatoribus, præfecto seminarii puerorum ecclesiastici, et decem vicariis per quos animarum cura exercetur eadem apostolica, ut præfertur, delegata auctoritate etiam perpetuo transferas. Et ad hoc ut dilecti pariter filii moderni rector et canonici dictæ collegiatæ ecclesiæ per te, ut præfertur, supprimendæ, et extinguendæ de eorum proventibus, et emolumentis pro suis officio et præbendis usque adhuc per eos percipi solitis respective indemnitatem recipiant, ut iidem moderni rector et canonici prædictis eorum redditibus æquivaleat ex ordinatione aulica jam ad eorum vitam assignata, vel de aliquo beneficio ecclesiastico in dicta cathedrali ecclesia Kielcensi per te, ut præfertur, erigenda annui redditus non minoris summæ provisi gaudere et perfrui possint et debeant simili apostolica tibi, ut præfertur, delegata auctoritate statuas atque decernas.

Præfinitio ambitus novi dioecesis.

§. 7. Præterea ut prædictæ cathedrali ecclesiæ Kielcensi sic noviter erigendæ clerus et populus constitui valeat a Cracoviensi, scilicet:

1. Unam Assumptionis in coelum beatæ Mariæ virginis in de Kielce.

2. Ac aliam Nativitatis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Sandomicz.

3. Ac aliam ejusdem nativitatis prædictæ beatæ Mariæ virginis in de Vaslica.

4. Ac aliam sancti Joannis Baptistæ in de Scarbamina.

5. Ac reliquam respective sæculares et insignes collegiatas ecclesias sancti Martini episcopi in de Opatow.

6. Ac unam sancti Stanislai episcopi et martyris in de Sobhou.

7. Ac aliam sanctissimæ Trinitatis in de Dziatoszyce.

8. Ac aliam ejusdem sancti Martini episcopi in de Pacanow.

9. Ac aliam Assumptionis in coelum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Oleznica.

10. Ac aliam sancti Bartholomæi apostoli in de Staszow.

11. Ac aliam etiam Assumptionis in coelum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Kurozwæhi.

12. Ac aliam sancti Ladislai in de Szyltow.

13. Ac aliam sanctorum Petri et Pauli in de Stopnica.

14. Ac aliam sancti Jacobi Majoris nunc in de Opatovvice.

15. Ac aliam sanctissimæ Trinitatis, ac sancti Laurentii, ac sanctæ Elisabethæ in de Novve-Miasto-Korezyn.

16. Ac aliam sancti Martini episcopi in de Potanice.

17. Ac aliam Omnium Sanctorum in de Kopwywnica.

18. Ac aliam sancti Stanislai episcopi et martyris in de Osdik.

19. Ac aliam ejusdem sancti Stanislai episcopi et martyris in de Denkow.

20 Ac aliam sancti Michaelis Arcangeli in de Ostrowice.

21. Ac aliam prædictæ Assumptionis in coelum ipsius beatæ Mariæ virginis in de Zawichort.

22. Ac aliam ejusdem sancti Stanislai episcopi et martyris in de Ozarow.

23. Ac aliam sancti Adalberti in de Gliniamy.

24. Ac aliam ejusdem sanctissimæ Trinitatis in de Iartow.

25. Ac aliam sanctæ Annæ in de Zanichow.

26. Ac aliam ejusdem Assumptionis in coelum prædictæ beatæ Mariæ virginis in de Solec.

27. Ac aliam sancti Stanislai ac sanctæ Margarithæ in de Zanowiec.

28. Ac aliam ejusdem sanctissimæ Trinitatis in de Lipsko.

29. Ac aliam sanctæ Crucis in de Aepcelow.

30. Ac aliam sancti Sigismundi martyris in de Sienno.

31. Ac aliam prædictæ Assumptionis in coelum beatæ Mariæ virginis in de Bodzein.

32. Ac aliam sancti Laurentii martyris in de Nova Stupia.

33. Ac aliam sancti Michaelis in de Lagow.

34. Ac aliam ejusdem Assumptionis in coelum prædictæ beatæ Mariæ virginis, ac sanctorum Petri, et Pauli et Jacobi apostolorum in de Rahow.

35. Ac aliam ejusdem sancti Stanislai episcopi et martyris in de Piotmovice.

36. Ac aliam sancti Joannis Evangelistæ in de Pinezow.

37. Ac aliam Conceptionis ejusdem beatæ Mariæ virginis immaculatæ in de Busko.

38. Ac aliam Nativitatis sancti Joannis Baptistæ in de Radom-Nova.

39. Ac aliam sancti Venceslai martyris in de Radom-Antiqua.

40. Ac aliam sanctorum Stanislai martyris et Bigii in de Wierzbica.

41. Ac aliam sanctæ Dorotheæ in de Wda ejusdem sanctæ Dorotheæ.

42. Ac aliam sancti Sigismundi regis et martyris in de Szydtowice.

43. Ac aliam sanctorum Ladislai confessoris et Valentini in de Kunovo.

44. Ac aliam sanctæ Elisabethæ in de Wachoek.

45. Ac aliam sancti Joannis Baptistæ in de Jastrzab.

46. Ac aliam sanctorum Petri et Pauli in de Wasniow.

47. Ac aliam prædictæ Assnmptionis in coelum prædictæ beatæ Mariæ virginis in de Itza.

48. Ac aliam sanctæ Crucis, et sanctæ Catharinæ virginis et martyris in dc Zwolen.

49. Ac aliam Transfigurationis Domini nostri Jesu Christi in de Kazanow.

50. Ac aliam sanctorum Jacobi Majoris nunciati et Erasmi in de Skaryszow.

51. Ac aliam sancti Laurentii martyris in de Gtowaczow.

52. Ac aliam prædictæ sanctæ Catharinæ virginis et martyris in de Ryczywot.

53. Ac aliam sanctæ Crucis in de Kozienice.

54. Ac aliam sancti Laurentii martyris in de Sieciechouw.

55. Ac aliam Omnium Sanctorum in de Chmielnik.

56. Ac aliam sancti Nicolai episcopi in de Grabowicz.

57. Ac aliam sancti Michaelis in de Baleszice.

58. Ac aliam sancti Josephi in de Klimonlow respective oppidis.

59. Ac aliam sanctorum Simeonis Thaddei, et Nicolai in de Brzegi.

60. Ac aliam Assumptionis in coelum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Mokozko.

61. Ac aliam sanctorum Matthiæ et Stephani in de Mnikow.

62. Ac aliam sancti Nicolai episcopi in de Imielno.

63. Ac aliam sanctorum Petri et Pauli in de Grudeyny.

64. Ac aliam sancti Martini episcopi in de Wrocieryz.

65. Ac aliam sanctæ Margarithæ in de Gorskow.

66. Ac aliam sanctæ Catharinæ in de Prumykon.

67. Ac aliam Omnium Sanctorum in de Cudeynowice.

68. Ac aliam sancti Michaelis in de Sokolina.

69. Ac aliam Assumptionis in coelum ejudem beatæ Mariæ virginis in de Kazjmierza parva.

70. Ac aliam Assumptionis pariter in coelum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Czarnocin.

71. Ac aliam prædicti sancti Jacobi Majoris in de Probotowice.

72. Ac aliam sanctæ Mariæ Magdalenæ in de Bzieraznia.

73. Ac aliam sancti Bartholomæi apostoli in de Stradon.

74. Ac aliam Omnium Sanctorum in de Wolcia.

75. Ac aliam sancti Bartholomæi in de Gory.

76. Ac aliam sancti Laurentii in de Michalow.

77. Ac aliam Sancti Spiritus in de Mtodzawy.

78. Ac aliam Assumptionis in coelum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Chrobesz.

79. Ac aliam sancti Adalberti episcopi et martyris in de Petezijska.

80. Ac aliam sanctæ Theresiæ in de Jurkow.

81. Ac aliam filiam Pacanoriensem nuncupatam in de Szezebrusz.

82. Ac aliam sanctæ Margarithæ virginis in de Kiaznice.

83. Ac aliam sanctorum Nicol[ai] et Aegidii in de Zborowek.

84. Ac aliam sanctorum Petri [e]t Pauli apostolorum in de Beszowa.

85. Ac aliam Nativitatis beatæ Mariæ virginis in de Koniemtolii.

86. Ac aliam prædicti sancti Jacobi Majoris in de Kotuszow.

87. Ac aliam sancti Joannis Baptistæ in de Guczempy.

88. Ac aliam sancti Uladislai regis in de Kargow.

89. Ac aliam Omnium Sanctorum in de Biechow.

90. Ac aliam similiter Omnium Sanctorum in de Stroziska.

91. Ac aliam sanctæ Catharinæ in de Wielhi Piasck.

92. Ac aliam sanctæ Magdalenæ in de Bodronwoda.

93. Ac aliam sancti Nicolai episcopi in de Solee.

94. Ac aliam sancti Venceslai martyris in de Swiniary.

95. Ac aliam sancti Joannis Baptistæ in de Ostrowce.

96. Ac aliam sancti Nicolai episcopi in de Stary Korcsya.

97. Ac aliam sanctæ Barbaræ virginis in de Kocina.

98. Ac aliam Nativitatis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Rogow.

99. Ac aliam prædicti sancti Nicolai episcopi in de Beysie.

100. Ac aliam sancti Michaelis in de Wiczowuica.

101. Ac aliam filiam Wiezownicensem nuncupatam in de Strugom.

102. Ac aliam sancti Laurentii martyris in de Olbierzowice.

103. Ac aliam Assumptionis in coelum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Gozlice.

104. Ac aliam Nativitatis Domini nostri Jesu Christi in de Ossolin.

105. Ac aliam sancti Joannis Baptistæ in de Wtoztow.

106. Ac aliam ejusdem Assumptionis in coelum beatæ Mariæ virginis in de Midtowa.

107. Ac aliam sancti Bartholomæi apostoli in de Struszowice.

108. Ac aliam santi Benedicti in de Modlibonyce.

109. Ac aliam sanctissimæ Trinitatis, sanctissimi Corporis Christi et sanctae Catharinæ in de Jwaniska.

110. Ac aliam sancti Georgii martyris in de Szezeglice.

111. Ac aliam sancti Nicolai in de Kietezyna.

112. Ac aliam sanctissimæ Trinitatis in de Bogorza.

113. Ac aliam Transfigurationis ejusdem Domini nostri Jesu Christi in de Wisniowa.

114. Ac aliam sancti Nicolai episcopi in de Loniow.

115. Ac aliam Visitationis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Niekrasow.

116. Ac aliam Nativitatis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Sulistawice.

117. Ac aliam sancti Joannis ante portam Latinam nunciatam in de Chrobrzany.

118. Ac aliam sancti Joannis Baptistæ in de Shotniki.

119. Ac aliam ejusdem sanctissimæ Trinitatis in de Samborza.

120. Ac aliam sancti Nicolai et sanctæ Catharinæ in de Kliezanow.

121. Ac aliam Assumptionis in coelum ejusdem beatæ Mariæ Virginis in de Malice.

122. Ac aliam sancti Aegidii in de Ptkanow.

123. ...

124. Ac aliam prædicti sancti Nicolai episcopi in de Gierczyce.

125. Ac aliam eorumdem sanctorum Petri et Pauli in de Bidziny.

126. Ac aliam prædicti sancti Adalberti episcopi in de Woyciechowice.

127. Ac aliam pariter Assumptionis in coelum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Cmiclow.

128. Ac aliam Desponsationis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Ruda.

129. Ac aliam dolorum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Batutow.

130. Ac aliam Omnium Sanctorum in de Grocthelue.

131. Ac aliam ejusdem sancti Stanislai episcopi et martyris in de Ruszhow.

132. Ac aliam sancti Viti martyris in de Góry.

133. Ac aliam sancti Thomæ in de Ianhowice.

134. Ac aliam sanctæ Catharinæ in de Luhawa.

135. Ac aliam sanctæ Margarithæ virginis et martyris in de Sobutka.

136. Ac aliam ejusdem sancti Stanislai episcopi et martyris in de Przybistawice.

137. Et aliam sancti Adalberti in de Stupia.

138. Et aliam sancti Nicolai in de Lemborzyn.

139. Ac aliam sancti Michaelis in de Lasocin.

140. Ac aliam eorumdem Omnium Sanctorum in de Czyzow.

141. Ac aliam ejusdem sanctissimæ Trinitatis in de Troyca.

142. Ac aliam ejusdem sanctissimæ Trinitatis in de Chotcza.

143. Ac aliam eorumdem sanctorum Petri et Pauli in de Kræpa.

144. Ac aliam sanctissimi Corporis Christi in de Wulgie.

145. Ac aliam Nativitatis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Rzeczniow.

146. Ac aliam sancti Adalberti in de Iaroszyn Gora.

147. Ac aliam sancti Joannis Baptistæ in de Pawtowice.

148. Ac aliam sancti Nicolai episcopi in de Regow.

149. Ac aliam sancti Josephi in de Bioliony.

150. Ac aliam sancti Hiacynthi confessoris in de Lesuryny.

151. Ac aliam ejusdem sanctissimæ Trinitatis in de Cminsho.

152. Ac aliam prædicti sancti Stanislai episcopi et martyris in de Tumlin.

153. Ac aliam sancti Martini in de Zacniensko.

154. Ac aliam pariter Assumptionis in coelum beatæ Mariæ virginis in de Wzdot.

155. Ac aliam sancti Aegidii abbatis nuncupatam in de Tarerek.

156. Ac aliam itidem Assumptionis in coelum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Swiætomarz.

157. Ac aliam prædicti sancti Nicolai episcopi in de Bæbno.

158. Ac aliam sancti Laurentii in de Stara Stupia.

159. Ac aliam sancti Nicolai in de Backowice.

160. Ac aliam eorumdem Omnium Sanctorum in de Bardo.

161. Ac aliam sanctæ Dorotheæ in de Zbilutha.

162. Ac aliam prædicti sancti Stanislai episcopi et martyris in de Szumsko.

163. Ac aliam sancti Andreæ apostoli in de Bragowl.

164. Ac aliam etiam Assumptionis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Potok.

165. Ac aliam sanctorum Joannis Baptistæ et Joannis Evangelistæ in de Ociescki.

166. Ac aliam prædicti sancti Stanislai episcopi et martyris in de Cisou.

167. Ac aliam eorumdem Omnium Sanctorum in de Brzeziny.

168. Ac aliam eorumdem Sanctorum Petri et Pauli in de Kije.

169. Ac aliam sancti Floriani martyris in de Korytnica.

170. Ac aliam sanctæ Magdalenæ, et sancti Matthiæ in de Chomentow.

171. Ac aliam Visitationis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Luhowa.

172. Ac aliam sancti Nicolai episcopi in de Lissow.

173. Ac aliam sanctæ Margarithæ in de Pierzchnica.

174 Ac aliam prædicti sancti Laurentii martyris in de Brugnia.

175. Ac aliam sancti Joannis Baptistæ in de Gnoyno.

176. Ac aliam prædicti sancti Adalberti episcopi, et martyris in de Ianina.

177. Ac aliam prædicti sancti Jacobi Majoris in de Szeraworiiz.

178. Ac aliam sancti Bartholomæi in de Chotel rubea.

179. Ac aliam sancti Laurentii in de Porystawice.

180. Ac aliam prædicti sancti Joannis Baptistæ in de Zagosc.

181. Ac aliam itidem Assumptionis in coelum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Kmyzanowice.

182. Ac aliam Nativitatis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Bogwice.

183. Ac aliam pariter Assumptionis in coelum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Szania.

184. Ac aliam prædicti sancti Iacobi Majoris Sædziejewice.

185. Ac aliam prædicti sancti Stanislai episcopi et martyris de Chotel Viridis.

186. Ac aliam prædicti sancti Adalberti episcopi et martyris in de Kovala Stæpocina.

187. Ac aliam prædicti sancti Stanislai episcopi, et martyris in de Chlewiska.

188. Ac aliam prædicti sancti Nicolai episcopi et martyris in de Wysoka.

189. Ac aliam sanctæ Crucis in de Botkowice.

190. Ac aliam ejusdem sancti Joannis Baptistæ in de Mnisrek.

191. Ac aliam eorumdem Omnium Sanctorum in de Iarostawice.

192. Ac aliam prædicti sancti Joannis Baptistæ in de Zakrzew.

193. Ac aliam prædicti sancti Stanislai episcopi in de Nova-Cerkiew.

194. Ac aliam sancti Bartholomæi in de Wsola.

195. Ac aliam ejusdem sanctissimæ Trinitatis in de Wierzbnik.

196. Ac aliam saucti Leonardi in de Mieroz.

197. Ac aliam eorumdem Omnium Sanctorum in de Knyzanowice.

198. Ac aliam itidem Omnium Sanctorum in de Gosawa.

199. Ac aliam ejusdem sanctissimæ Trinitatis in de Skarzyska.

200. Ac aliam prædicti sancti Nicolai episcopi in de Szewna.

201. Ac aliam sanctæ Catharinæ in de Mychow.

202. Ac aliam prædicti sancti Adalberti episcopi et martyris in de Mamina.

203. Ac aliam prædicti sancti Joannis Baptistæ in de Grzegorzewice.

204. Ac aliam prædictæ sanctæ Margarithæ in de Chybice.

205. Ac aliam praedicti sancti Joannis Baptistæ in de Pawtow.

206. Ac aliam ejusdem Assumptionis in coelum beatæ Mariae virginis in de Krynhi.

207. Ac aliam sancti Ægidii in de Surka.

208. Ac aliam prædicti sancti Joannis Baptistæ in de Izozow.

209. Ac aliam Annuntiationis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Odakow.

210. Ac aliam sancti Nicolai et sanctæ Margarithæ in de Sedlnia.

211. Ac aliam sancti Bartholomæi in de Brzoza.

212. Ac aliam sancti Jacobi in de Swierze.

213. Ac aliam sanctæ Margarithæ et sancti Leonardi in de Brzcznica.

214. Ac aliam prædicti sancti Joannis Baptistæ in de Olexow.

215. Ac aliam sanctorum Joannis Nepomnceni et Antonii in de Policzna.

216. Ac reliquam respective parochiales ecclesias ejusdem sanctissimæ Trinitatis in de Grodek respective villis, nec non a Chelmen infrascriptas alias.

1. Unam videlicet Nativitatis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Niedrzwica.

2. Ac aliam sanctissimæ Trinitatis et beatæ Mariæ virginis in de Chodel.

3. Ac aliam sancti Matthiæ apostoli in de Ratcszyn.

4. Ac aliam Assumptionis in cœlum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Opot.

5. Ac aliam ejusdem sanctissimæ Trinitatis in de Kluczkowice.

6. Ac aliam ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Boby.

7. Ac aliam Annunciationis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Boiska.

8. Ac aliam sancti Thomæ apostoli in de Piotrawin.

9. Ac aliam sancti Floriani martyris in de Wilkow.

10. Ac aliam sanctorum Bartholomæi, et Joannis Baptistæ in de Karimierz.

11. Ac aliam sanctorum Laurentii et Valentini in de Karczmiska.

12. Ac aliam sancti Josephi in de Wtostowice.

13. Ac aliam sancti Andreæ in de Koniuskawola.

14. Ac aliam prædicti sancti Joannis Baptistæ in de Wilkotaz.

15. Ac aliam prædicti sancti Nicolai episcopi in de Zakrsowek.

16. Ac aliam sanctissimæ Trinitatis, et Visitationis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Kielzewice.

17. Ac aliam prædicti sancti Joannis Baptistæ in de Bychawka.

18. Ac aliam eorumdem Omnium Sanctorum in de Bychawka.

19. Ac aliam sancti Stanislai episcopi, et sanctæ Mariæ Magdalenæ in de Bzierzkowice.

20. Ac aliam Nativitatis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Hiæzonniesz.

21. Ac aliam eorumdem Omnium Sanctorum in de Rybitwy.

22. Ac aliam Assumptionis in cœlum ipsius beatæ Mariæ virginis in de Prawno.

23. Ac aliam prædicti sancti Nicolai episcopi, et sanctæ Margarithæ in de Swieciechow.

24. Ac aliam sancti Joachimi et sanctæ Annæ in de Annopol.

25. Ac aliam sancti Andreæ apostoli in de Borow.

26. Ac aliam sancti Joannis Baptistæ, et sancti Nicolai episcopi in de Goscieradow.

27. Ac aliam sanctissimæ Trinitatis, Annunciationis beatæ Mariæ virginis et sanctæ Annæ in de Zaklikow.

28. Ac aliam prædicti sancti Nicolai episcopi in de Potok.

29. Ac aliam Transfigurationis ejusdem Domini Nostri Jesu Christi in de Rzeczyca.

30. Ac aliam prædicti sancti Stanislai episcopi in de Merdliborzyce.

31. Ac aliam eorumdem Omnium Sanctorum in de Biata.

32. Ac aliam sancti Michaelis Arcangeli in de Wysokie.

33. Ac aliam prædicti sancti Stanislai episcopi in de Batorz.

34. Ac aliam sancti Antonii de Padua nunciatam in de Buzawola.

35. Ac aliam sanctorum Joannis Baptistæ, et Andreæ apostoli in de Blinow.

36. Ac aliam itidem Assumptionis in cœlum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Krasnick.

37. Ac aliam sanctæ Crucis, et sanctæ Annæ in de Popkowice.

38. Ac aliam sancti Nicolai episcopi, et sanctæ Otoliæ in de Urzindow.

39. Ac aliam sancti Joannis Nepomuceni in de Frannopol.

40. Ac aliam sanctæ Mariæ Magdalenæ in de Puszecao Solska.

41. Ac aliam Assumptionis in cœlum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Bitgorais.

42. Ac aliam sancti Casimiri in de Radziencien.

43. Ac aliam prædicti sancti Bartholomæi in de Goray.

44. Ac reliquam respective parochiales ecclesias eorumdem sancti Joannis Nepomuceni, ac sanctæ Annæ, et sancti Thomæ, ac sanctæ Margarithæ in de Targowisko respective oppidis seu villis. Ac demum a Gnesnensi respective diœcesibus alias pariter infrascriptas.

1. Unam videlicet

Insignem collegiatam ecclesiam Assumptionis in cœlum prædictæ beatæ Mariæ virginis in de Kuszelow.

2. Ac unam sancti Alexii confessoris in de Przedborz.

3. Ac aliam itidem Assumptionis in cœlum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Wtoszezowa.

4. Ac aliam pariter Assumptionis in cœlum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Matogoszcz.

5. Ac aliam sancti Bartholomæi et sanctæ Edwigis in de Ehæciny.

6. Ac aliam prædicti sancti Nicolai episcopi in de Zarnow.

7. Ac aliam prædicti sancti Joannis Baptistæ in de Biutaczow.

8. Ac aliam sanctorum Petri et Pauli apostolorum in de Radoszyce.

9. Ac aliam sancti Bartholomæi apostoli in de Opoczwo.

10. Ac aliam sancti Lucæ evangelistæ in de Bszewica.

11. Ac aliam sanctæ Edwigis in de Odrzywot.

12. Ac aliam sancti Stephani in de Skrzynno.

13. Ac aliam sancti Matthæi apostoli in de Klusow.

14. Ac aliam sanctæ Crucis, et sanctorum Petri et Pauli in de Gielniow.

15. Ac aliam sancti Martini in de Gowarzow.

16. Ac aliam sancti Nicolai in de Konskic.

17. Ac aliam prædicti sancti Joannis Nepomuceni in de Przysucha.

18. Ac aliam sanctæ Crucis in de Przytyk.

19. Ac aliam sanctæ Catharinæ in de Wyszymicrzyce.

20. Ac aliam sancti Rocchi in de Biatobrzegi.

21. Ac aliam eorumdem sanctorum Petri et Pauli in de Jedleusko respective oppidis.

22. Ac aliam sancti Laurentii martyris in de Januszowice seu Kluczewsko.

23. Ac aliam sancti Nicolai in de Zeleznica.

24. Ac aliam Visitationis ejusdem beatæ Mariæ virginis, et prædictæ sanctæ Edwigis in de Konicezuo.

25. Ac aliam prædictæ Assumptionis in cœlum beatæ Mariæ virginis in de Czarna.

26. Ac aliam itidem Assumptionis in cœlum ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Oleszno.

27. Ac aliam sancti Nicolai in de Chetniæ.

28. Ac aliam pariter Assumptionis in cœlum beatæ Maria virginis in de Strawcryn.

29. Ac aliam sancti Stanislai episcopi et martyris in de Mniow.

30. Ac aliam sancti Michaelis in de Pnismathow.

31. Ac aliam Inventionis sanctæ Crucis in de Lopuszno.

32. Ac aliam eorumdem Omnium Sanctorum in de Mnen.

33. Ac aliam prædicti sancti Nicolai in de Oksa.

34. Ac aliam dictæ sanctæ Dorotheæ in de Krassocin.

35. Ac aliam Nativitatis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Koztow.

36. Ac aliam sanctorum Martini et Jacobi apostoli in de Czermno.

37. Ac aliam sancti Andreæ in de Wægleszeyn.

38. Ac aliam prædicti sancti Jacobi Majoris in de Pienkoszoco.

39. Ac aliam Nativitatis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Bolmin.

40. Ac aliam eorumdem sanctorum Petri et Pauli apostolorum in de Rombieszyce.

41. Ac aliam eorumdem Omnium Sanctorum in de Ztotnihi.

42. Ac aliam ejusdem Nativitatis beatæ Mariæ virginis in de Belbelno.

43. Ac aliam prædictæ sanctæ Catharinæ in de Secemin.

44. Ac aliam sanctorum Matthæi et Matthiæ in de Chrzazstow.

45. Ac aliam prædicti sancti Jacobi Majoris in de Stanowiska.

46. Ac aliam sancti Lucæ evangelistæ in de Skorhowice.

47. Ac aliam sanctæ Dorotheæ virginis et martyris in de Petrikozy.

48. Ac aliam prædictæ sanctæ Annæ in de Bedlno.

49. Ac aliam prædicti sancti Stanislai in de Miedzezza.

50. Ac aliam sancti Michaelis in de Pileryca.

51. Ac aliam sancti Laurentii in de Lipa.

52. Ac aliam sanctissimæ Trinitatis in de Tathow.

53. Ac aliam Visitationis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Czerumo.

54. Ac aliam Conceptionis ejusdem beatæ Mariæ virginis immaculatæ in de Skotnihi.

55. Ac aliam ipsius sancti Laurentii in de Kunice.

56. Ac aliam sancti Gerontii episcopi in de Stnwno.

57. Ac aliam sancti Andreæ apostoli in de Woytoryn.

58. Ac aliam eorumdem sanctorum Petri et Pauli in de Babrowa.

59. Ac aliam sancti Martini episcopi in de Biatobrugi.

60. Ac aliam Nativitatis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Btogie.

61. Ac aliam sancti Adalberti in de Krasnica.

62. Ac aliam prædicti sancti Nicolai episcopi in de Libiszow.

63. Ac aliam prædicti sancti Stanislai episcopi in de Brudzewice.

64. Ac aliam sanctæ Barbaræ in de Sotk.

65. Ac aliam sanctæ Mariæ Magdalenæ in de Lægonice.

66. Ac aliam sancti Philippi Neri in de Studzianne.

67. Ac aliam sanctorum Floriani et Stanislai in de Wieniawa.

68. Ac aliam prædicti sancti Laurentii in de Wrzos.

69. Ac aliam ejusdem sanctæ Dorotheæ in de Potworow.

70. Ac aliam sancti Andreæ apostoli in de Nieznamirowice.

71. Ac aliam sanctorum Simeonis et Judæ in de Bielims.

72. Ac aliam sancti Hiacynthi et sanctæ Catharinæ in de Odrowasz.

73. Ac aliam Visitationis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Smagorsow.

74. Ac aliam sancti Caroli Borromæi in de Skrzynsko.

75. Ac aliam sanctæ Mariæ Magdalenæ in de Wrzeszczow.

76. Ac aliam Visitationis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Bukorosw.

77. Ac aliam sancti Martini in de Radzanow.

78. Ac aliam Annunciationis ejusdem beatæ Mariæ virginis in de Tasionna.

79. Ac aliam sanctorum Valentini et Nicolai in de Strumiec.

80. Ac aliam sancti Francisci Seraphici in de Poren.

81. Ac aliam Sepulchri Christi Domini in de Lisow.

82. Ac aliam eorumdem sanctorum Petri et Pauli in de Btotnica.

83. Ac aliam sancti Joannis Baptistæ in de Kaszow.

Subjectio locorum, et incolarum jurisdictioni novi ordinarii.

§. 8. 84. Et reliquam respective parochiales ecclesias sanctorum Josephi et Nicolai episcopi in de Sankowice respective villis, et in earumdem parochialium ecclesiarum supradictarum respective diœcesium respective parochiis existentes & existentia ecclesias, monasteria, præposituras, conventus, et alia quæcumque, quotcumque, et qualiacumque sæcularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia ecclesiastica, earumque pariter parochialium ecclesiarum ab eisdem Cracoviensi, Chelmensi, et Gnesnensi respective diœcesibus, ut infra, dismembrandarum utriusque sexus personas, habitatores, et incolas tam laicos quam

clericos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos (non tamen exemptos) cujuscumque status, gradus, et ordinis existant ab ordinaria venerabilium fratrum Nostrorum modernorum ac pro tempore existentium Cracoviensium et Chelmensium episcoporum, ac pro tempore etiam existentis archiepiscopi Gnesnensis respective jurisdictione, potestate, et superioritate, accedentibus tamen consensibus in forma valida, et authentica a dilectis quoque filiis modernis capitulo et canonicis metropolitanæ ecclesiæ Gnesnensis, attento quod illius sedes archiepiscopalis, ut accepimus, ad præsens vacat, et a prædictis modernis Cracoviensibus et a Chelmensibus respective episcopis per te respective reportandis, auditisque per te aliis ad id interesse habentibus eadem apostolica ad id, ut præfertur, delegata auctoritate itidem perpetuo disjungas et eximas. Et respective supradictas omnes collegiatas, et parochiales respective ecclesias, et in illarum respective parochiis hujusmodi respective existentes et existentia ecclesias, monasteria, præposituras, conventus, et alia sæcularia et regularia beneficia hujusmodi, nec non omnes et singulas personas, et incolas per te respective disjungendas et eximendas novæ ecclesiæ cathedrali Kielcensi, ut præfertur, erigendæ, ejusque præsuli pro suis civitate et diœcesi in qua ipse semper residere debebit, ac clero, et populo eadem apostolica tibi, ut præfertur, delegata auctoritate similiter perpetuo concedas et assignes, ac ordinariæ pro tempore existentis episcopi Kielcensis jurisdictioni, potestati, et auctoritati perpetuo quoque supponas et subjicias.

Dotatio mensæ episcopalis.

§. 9. Mensæ autem episcopali Kielcensi, ut præfertur, erigendæ pro illius dote et ad hoc ut futurus et pro tempore existens episcopus Kielcensis præsulis dignitatem decenter tueri valeat, annuam summam duodecim millium florenorum Rhenensium præfatorum a prædicto Francisco imperatore et rege perpetuis temporibus, et ab omni onere liberam, immunem, et exemptam pro ipsius futuri et pro tempore existentis episcopi Kielcensis usibus assignatam, ita ut idem Franciscus imperator et rex expensis consistorii et expeditionibus ejusdem aliunde prospexerit, eadem apostolica tibi, ut præfertur, delegata auctoritate perpetuo quoque approbes, et respective constituas et assignes; ipsique futuro et pro tempore existenti episcopo Kielcensi pro sui decenti habitatione duas domos canonicales, quæ, ut etiam accepimus, a summo ærario hunc in finem aptandæ veniunt simili apostolica tibi, ut præfertur, delegata auctoritate perpetuo quoque adscribas, atque concedas. Nos enim si erectionem, et traslationem hujusmodi, aliaque præmissa omnia per te in vim apostolicæ tibi, ut præfertur, delegatæ auctoritatis fieri contigerit, ut præfertur, et postquam illa rite fuerint expleta eidem cathedrali ecclesiæ Kielcensi, ut præfertur, erigendæ, illiusque capitulo et canonicis prædictis, ut ipsi eorumque officiales et ministri res, bona, et proprietates omnibus et singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, prærogativis, concessionibus, indultis, favoribus, et gratiis tam spiritualibus quam temporalibus, quibus aliæ cathedrales ecclesiæ in regno Galiciæ existentes, earumque capitula, et canonici, et dignitates in eis obtinentes, et ministri, et illorum bona, res, et proprietates de jure, usu, consuetudine, privilegio, non tamen ex indulto seu privilegio particulari, aut titulo oneroso utuntur fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum similiter et pariformiter, et absque ulla prorsus differentia in omnibus et per omnia, ac si illa eis principaliter, et in specie concessa essent, dummodo tamen sint in usu, et non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini decretis, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis non repugnent uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite valeant apostolica auctoritate concedimus, atque impertimur.

Dotatio mensæ capitularis, et concessio juris condendi statuta.

§. 10. Nec non eisdem futuris capitulo, et canonicis dictæ ecclesiæ Kielcensis, ut præfertur, erigendæ pro ejusdem ecclesiæ, illiusque præpositi et decani, ac scholastici et reliquorum canonicorum mensæ capitularis sacrarii, illorumque omnium, rerum et bonorum tam spiritualium quam temporalium prospero et felici regimine gubernio et directione, onerumque illis pro tempore respective incumbentium supportatione, divinorum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum, et aliorum suffragiorum

celebratione, ac distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum exactione, perceptione, repartitione, divisione poenarum per absentes et divinis officiis hujusmodi non interessentes, seu onera, et munera eis, et eorum cuilibet incumbentia subire negligentes incurrendarum incursu, singulorum præsentiis et absentiis notandis, caeremoniis, et ritibus in dicta cathedrali ecclesia Kielcensi, ut præfertur, erigenda, illiusque choro, capitulo, processionibus, aliisque actibus præfatis servandis, officialibus, et ministris dictæ cathedrali ecclesiæ Kielcensi, ut præfertur, erigendæ necessariis deputandis et amovendis, servitiis et ministeriis per ipsos obeundis, ac eis salariis et stipendiis præstandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis quæcumque statuta, ordinationes, capitula, decreta, licita tamen et honesta, sacrisque canonibus et decretis concilii Tridentini prædictis, ac prædictis constitutionibus apostolicis minime contraria, ac per futurum episcopum Kielcensem prius examinanda et approbanda edere, et edita, prævia approbatione præfati futuri episcopi Kielcensis, declarari, et interpretari, et ad meliorem formam redigere, reformare, seu alia de novo ex integro, ac, ut præfertur, eisdem sacris canonibus ac decretis concilii Tridentini prædicti, dictisque constitutionibus apostolicis minime adversantia, ac, ut, præfertur, examinanda et approbanda, et ab eis ad quos pro tempore spectabit sub poenis in contravenientes statuendis observanda, et adimplenda condere libere et licite possint et valeant eadem apostolica auctoritate licentiam, et facultatem concedimus atque impertimur.

Reservatio jurispatronatus favore regis, ejusque successorum.

§. 11. Nec non prædicto Francisco imperatori et regi, ejusque in regimine successoribus jus nominandi, seu præsentandi infra tempus a jure præfixum Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti personam idoneam ad dictam cathedralem ecclesiam Kielcensem, ut præfertur, erigendam tam prima vice a primæva illius erectione vacatura, quam in futuris illius vacationibus quomodolibet, non tamen apud Sedem apostolicam occurrentibus eisdem modo et forma quibus episcopi ecclesiarum in regnis Galiciæ existentium a Sede apostolica prædicta hactenus præfici consueverunt. Nec non aliud jus quoque nominandi, seu præsentandi coram ordinario loci ad dignitates atque canonicatus, et præbendas dictæ cathedralis ecclesiæ Kielcensis, ut præfertur, erigendæ, aliaque beneficia ecclesiastica in ea existentia, personas itidem idoneas eadem apostolica auctoritate perpetuo quoque reservamus, concedimus, atque assignamus.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 12. Decernentes suppressionem, extinctionem, erectionem, institutionem, translationem, disjunctionem, exemptionem, concessionem, assignationem, suppositionem, subjectionem, approbationem, constitutionem, et adscriptionem per te faciendas hujusmodi, et postquam illæ per te factæ fuerint præsentes Nostras literas apostolicas semper et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et ab omnibus ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo quod causæ propter quas eædem præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, aut consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione, vel causa quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam et terminos juris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium

impetrari, seu quomodolibet etiam motu, et scientia similibus concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in judicio vel extra illud posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quomodocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia et potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi in eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendi; sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore et esse; sicque et non aliter per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari et definiri debere, irritum quoque et inane si secus super his a quopiam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio executoris apostolici.

§. 13. Et insuper tibi omnes et singulas facultates, necessarias, et opportunas pro præsentium Nostrarum literarum apostolicarum executionis effectu quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam subdelegare libere et licite possis. Ac tam tibi quam personæ a te subdelegandæ hujusmodi facultatem quoque, ut vos et alter vestrum super quacumque oppositione, quæ adversus præmissa in hujusmodi executionis actu quomodolibet erit oritura, servatis tamen quæ fuerint de jure servanda, etiam definitive pronunciare similiter libere et licite possitis, vel vestrum alter respective possit apostolica auctoritate prædicta tenore earumdem præsentium concedimus et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 14. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non Tarnoviensis, et Cracoviensis, et Chelmensis, et metropolitanæ Gnesnensis respective ecclesiarum; nec non collegiatæ ecclesiæ Kielcensis prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie; etiam motu, et scientia similiter pro tempore concessis, et concedendis; quibus omnibus et singulis etiamsi pro sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, illorumque omnium & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur iisdem præsentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, aliis alias in suo robore permansuris latissime et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus hac vice dumtaxat harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, quod prædicta cathedralis ecclesia Kielcensis per te, ut præfertur, erigenda postquam tamen fuerit erecta juxta illius redditus ei, ut præfertur, assignatos ad florenos auri de camera tercentum et septuaginta tres cum uno tertio alterius floreni similis juxta decretum a Nobis approbatum de more taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ et collegii venerabilium etiam fratrum

Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium describi debeat.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quinto, idibus junii pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 12 junii 1805 anno VI.

CCCLXVI.

Indultum addendi in veste oblonga partes inversas auro sericas pro magistratibus terræ Montis Georgii Firmanæ dioecesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Paterna Nostra solicitudo erga Nostros, et Sanctæ Romanæ Sedis in temporalibus subditos Nos movet, ut eorum votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuamus, eosque specialibus gratiis, et favoribus libenter prosequamur.

Laudes terræ Montis Georgii.

§. 2. Cum itaque inter cæteras provinciæ Nostræ Picenæ terras terra Montis Georgii Firmanæ dioecesis antiquitatis laude, domorum regularium utriusque sexus splendore, civium honorificentia, atque habitantium omnium in Romanos pontifices, et Sedem prædictam fide non mediocriter floreat, magistratusque habeat probos, multaque prudentia, morumque integritate præditos.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 3. Nos qui terram prædictam, ejusque universitatem, et homines præmissorum meritorum intuitu, propensiore quodam benevolentiæ Nostræ complectimur affectu, dilectos filios magistratus terræ hujusmodi aliquo beneficentiæ Nostræ munere decorare, et amplioris honorificentiæ prærogativa ornare volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus magistratibus dictæ terræ, ut ipsi in veste oblonga nigra, vulgo » *rubone* » partes inversas auro sericas vulgo » *mostre, ossia stolone di lama d' oro* » addere, et gestare, illisque in publicis quibuscumque actibus, et functionibus uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque magistratus desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§ 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ terræ Montis Georgii, aliarumque terrarum, et civitatum status Nostri Pontificii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima secunda junii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 14 junii 1805 anno VI.

CCCLXVII.

Concessio alienandi bona ecclesiastica in regno Hispaniarum pro dimittendo ære alieno et extinctione pecuniæ papyraceæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Romanum decet pontificem pro eo, quo cunctos Christi fideles paternæ charitatis complectitur affectu, eorum præsertim regum, et populorum postulationibus benignas præbere aures, qui diutinis, ac gravissimis conflictati ærumnis, quum ingruentibus malis avertendis, moderandisque, satis eis virium non suppetat, opem ab ejus flagitant auctoritate.

Expositio precum porrectarum a rege catholico.

§. 2. Exponi equidem nuper Nobis fecit carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus, in eum statum res omnes publicas, privatasque quodam veluti ærumnarum cumulo eas urgente, suis in regnis adductas esse, ut vix nu-

quam graviora inciderint tempora, quibus in levamen publicarum calamitatum pontificiæ Nostræ sollicitudinis præsidium fuerit urgentioribus de causis imploratum. Siquidem diram per earum regionum ora grassantem, repullulantemque pestim, saevientem a pluribus annis summam annonæ caritatem, ingentes terræmotus, diuturna demum, asperrimaque bella in unum veluti ærumnarum cumulum, rarissimo, et unico forsan exemplo congesta, ea intulisse vulnera, quibus nisi cita, et collatis undique viribus composita adhibeatur medela, fieri nequeat, quin omnium salus periclitetur. Quibus quidem eorum populorum infortuniis a rege narratis, quorum lacrimabilis notitia ad Nos undequaque ineffabili moerore pervenerat, eo commoti fuimus vehementius, quo magis religio, pietas, et erga apostolicam Nostram Sedem observantia, qua semper Hispaniarum reges, populique emicuerunt, Nostram excitavit sollicitudinem. Ex hisce autem tam miserandis calamitatibus, sicuti eadem expositio subjungebat, emerserat alia gravissima, et ipsa quoque, ac summopere exitiosa. Nam quum regium ærarium impar foret tot, tantisque sumptibus, quot ob ingruentia continuo, sibique succedentia infortunia opus fuerat, indeclinabilis necessitas coegerat, nummis deficientibus, nummarias tesseras, quas vocant » *Vales reales*, sufficere, atque in vulgus emittere ad ingentem usque pecuniæ quantitatem, ex quo quidem afflictis, prostratisque suorum subditorum rebus in publicis omnibus, privatisque negociis, atque in universa commerciorum ratione, maxima, et in dies exitiosior pernicies imminebat, nisi pro-pulsando morbo, quem præsens, atque urgens medelæ necessitas intulerat, nova, atque efficacia adhiberentur remedia. Quoniam vero idem carissimus in Christo filius Noster Hispaniarum rex levandis subditorum angustiis, procurandæque felicitati indesinenti sollicitudine intentus, sua aliorumque experientia commonefactus comperiit, se nec præsentes incomoditates evertere, nec futuras, crescentesque in dies, maximumque exitium minantes antevertere posse, nisi et novis condendis tesseris nummariis modum, finemque imponeret, et jam editas, vagantesque per suas regiones supprimeret, atque extingueret, eas in regiam arcam revocando, quæ ex re nomen habet, capsæ consolidationis, et extinctionis, idcirco Nobis quoque significavit, nullis pepercisse laboribus, et sollicitudinibus, ut quæ hanc in rem opportuniora, et conducentiora suppetere sibi possent subsidia, excogitaret, compararetque. Quæ dum agitaret animo consilia, totusque esset in illis, non sine ingenti moerore pro veri fide, quam compertissimam habuimus, novissime declaravit, tantam hanc rem, tamque ad omnium subditorum incolumitatem necessariam ob præsentem rerum, temporumque conditionem ad exitum perduci haud posse, nisi suppetitias etiam ferrent bona ecclesiastica, facta sibi scilicet potestate, ea distraendi, congestamque ex pretio pecuniam vertendi in extinctionem monetæ papyraceæ, ac ad relevandas alias gravissimas, et urgentissimas ejusdem regni Hispaniarum necessitates Nobis expositas.

Conditio proposita pro obtinenda licentia alienandi bona ecclesiastica.

§. 3. Quam rem quum piissimus rex proponeret, conditionem addidit qua indemnitati ecclesiasticorum, qui eadem bona possident, prospectum foret ope annuæ pensitationis alienatorum bonorum redditui plene respondentis, perpetuis futuris temporibus, iis a supradicta regia consolidationis capsa ullo absque onere, atque ullo procul periculo præstandæ. Pro sua autem, suorumque prædecessorum singulari pietate, et religione apprime sibi conscius, suum haud esse de hisce decernere, nisi vicaria, qua fungimur, Dei auctoritas accederet, supplex idcirco Nos adiit, ut hanc in rem de apostolicæ Nostræ potestatis plenitudine, sibi, suisque providere dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 4. Nobis vero rerum, temporumque conditiones serio meditantibus, præter aliorum Nostrorum prædecessorum exempla animo obversata continuo est indulgentia prorsus huic similis, quam felicis recordationis prædecessor Noster Gregorius XIII. abnegandam haud duxit Philippo II. Hispaniarum regi, ob exterorum bellorum motus, quamvis non ita graves interius Hispanica ejus regna calamitates urgerent, nec ea impenderet necessitatis vis, atque aliorum omnium præsidiorum inopia, et angustia, qua nunc bonorum omnium

luctu eadem regna obruuntur. Ad hæc vero, non potuimus non animo advertere in ecclesiasticorum quoque bonorum possessores utilitatem non exiguam ex eo derivari, quod publicis incommoditatibus ex rei monetariæ perturbatione proficiscentibus opportuno quantocitius consulatur remedio. Quas ob causas minime dubitantes, quin clerus regnorum Hispaniarum, licet Nobis indulgentibus, alia extra ordinem onera substineat, ad publica paranda commoda, et ad publicas res in feliciorem statum promovendas pro sua in dilectissimum regem, Hispanamque nationem charitate qualemcumque suam opem sponte sit præbiturus; ac vestigiis inhærentes Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum felicis recordationis Clementis VII., Pauli III., Julii etiam III., ac præsertim Gregorii XIII, eidemque Carolo regi specialem gratiam facere volentes, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine facultatem concedimus, ut in universo catholici regis dominio tot alienari possint ecclesiastica bona, quot simul respondeant annuo libero redditui ducentorum millium, et non ultra, ducatorum auri de camera. In hac autem alienatione peragenda in respectivis Hispaniarum diœcesibus alienandorum bonorum annuus nitidus fructus computandus ex redditibus habitis spatio quinquennii decursi ab initio anni 1798 usque, et per totum annum 1802 ab archiepiscopis, episcopis, et locorum ordinariis conjunctim cum regiis ministris desumendus erit. Quod si circa hujusmodi eorum bonorum annui liberi redditus æstimationem, vel alia quacumque de causa, aliæque exoriantur quæstiones, aut difficultates, hæ omnes ab infrascriptis præsentium literarum Nostrarum executoribus agnoscendæ erunt, planeque dirimendæ. Si vero contingat, quod bona ipsa tempore dismembrationis, ac separationis vigore præsentium faciendæ vacantia existant, aut suo careant pastore, nullatenus de illis, usque dum novos suos habuerint rectores, erit disponendum. Statim ac autem modo, et forma supra enunciatis peracta fuerit designatio talium bonorum, illorumque annuus respective fructus erit unanimiter æstimatus, et insuper a prædicto Carolo rege quibuslibet ecclesiasticis personis, et communitatibus, ac piis locis, vel fundationibus, aut legatis, nec non utriusque sexus regularium etiam exemptorum ordinum conventibus, ac monasteriis æqualis annua summa memoratis fructibus respondens, atque integre semper, et absque ulla vel minima mora, aut imminutione etiam sub titulo vel taxæ vulgo *di vallimento* nuncupatæ, vel reductionis cujuscumque, aut expensarum ratione exactionis recurrentium a supradicta consolidationis, et extinctionis regia capsa unicuique libere in numerata pecunia persolvenda, realiter, et cum effectu (super quo ipsius Caroli regis conscientiam oneramus) fuerit perpetuo constituta; tunc, et non antea bona hujusmodi, nullo ad hoc requisito consensu præsulum, priorum, præpositorum, abbatum, abbatissarum, capitulorum, rectorum, conventuum, monasteriorum, et personarum quarumlibet illa obtinentium, quacumque ecclesiastica licet eminenti dignitate præfulgentium censenda erunt ab ecclesiae bonis dismembrata, et separata, atque antedictæ consolidationis, et extinctionis regiæ capsæ, nec non relevandis aliis gravissimis, et urgentissimis regni Hispaniarum necessitatibus libere applicata, et appropriata, prout Nos ex nunc pro tunc, attentis gravissimis enunciatis causis de specialis dono gratiæ apostolica auctoritate dismembramus, ac separamus, et respective applicamus, atque appropiamus, nec non annuam summam a regio ærario, ut supra persolvenda in locum dictorum bonorum dismembratorum, ac separatorum cum iisdem oneribus, et obligationibus ex nunc pariter pro tunc favore cujuslibet possessoris respective perpetuo substituimus, et perpetuo subrogamus. Quibus dismembrationibus, ac separationibus, nec non applicationibus, et appropriationibus respective peractis, eidem Carolo regi plenam potestatem facimus, ut bona ipsa cum suis cujuscumque generis fructibus, quæ in præmissa forma regali coronæ erunt adjudicata, pro pretio reperibili, ac sibi beneviso juxta regiam suam prudentiam, ac arbitratum vendere, transferre, adsignare, atque alienare, ad effectum tamen pretium ex tali venditione, et translatione, ac designatione, atque alienatione retrahendum in extinctionem, et annullatio-

nem nummorum repræsentativorum *vales reales* nuncupatorum, et ad prædictas relevandas gravissimas, et urgentissimas ejusdem regni necessitates fideliter erogandi libere, ac licite possit, et valeat absque eo quod vel in præsentiarum, vel unquam in posterum ulli ex archiepiscopis, episcopis, præsulibus, præpositis, prioribus, mensis, capitulis, dignitatibus, officiis, ordinibus etiam exemptis, monasteriis, conventibus, piis locis, fundationibus, ac legatis, et personis quibuslibet eminenti quoque ecclesiastica dignitate præfulgentibus liceat emptores, ac possessores præfatorum bonorum quovis colorato titulo, vel prætextu turbare, inquietare, molestare, eisque vel minimum afferre præjudicium.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 5. Nos enim bonorum hujusmodi venditiones, translationes, adsignationes, atque alienationes ut supra faciendas una cum suis respective fructibus, juribus, ac obventionibus ex nunc etiam pro tunc favore illa acquirentium, et successive obtinentium approbamus, et confirmamus, atque apostolica auctoritate in perpetuum approbatas, et confirmatas esse volumus, ac mandamus, omnes et singulos quorumcumque interesse habentium consensus, nec non quoslibet alios tam juris, quam facti, aut solemnitatum in alienationibus bonorum ecclesiasticorum observandarum defectus eadem auctoritate apostolica plenarie supplentes, simulque decernentes dismembrationes, separationes, applicationes, et appropriationes, nec non venditiones, translationes, adsignationes, et alienationes, atque omnia, et singula alia, quæ vigore præsentium fieri contigerit, perpetuo firmitatis robore subsistere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac per archiepiscopos, episcopos, priores, præpositos, capitula, abbates, abbatissas, monasteria, conventus, et alios quoscumque præmissa quomodolibet concernentes perpetuis futuris temporibus inviolabiiiter observari debere, perinde ac si a Nobis, et apostolica Sede cum solemnitatibus a jure requisitis, et alias necessariis bona prædicta dismembrata, separata, applicata, appropriata, itemque vendita, translata, adsignata, et alienata fuissent, nec non tam illa, quam præsentes Nostras literas ex quavis causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aliove etiam substantiali defectu notari, vel impugnari, ac per archiepiscopos, episcopos, priores, præpositos, capitula, abbates, abbatissas, monasteria, conventus, et quoscumque alios a præmissis, et quibuslibet harum vigore faciendis quovis etiam enormissimæ læsionis prætextu, aut ex quacumque alia etiam justissima causa quomodolibet appellare, seu reclamare, ac illis aliqua privilegia etiam per dictam Sedem sub quacumque forma, et verborum expressione concessa, ad hoc ut dismembrationes, separationes, applicationes, appropriationes, nec non venditiones, translationes, ac assignationes hujusmodi, aliaque per dictum Carolum regem, atque ab eo deputandum, seu deputandos pro tempore facta ex quavis causa, etiam prætextu enormissimæ læsionis, aut non servatarum a jure requisitarum solemnitatum annullare, invalidare, retractare, vel impugnare valeant, suffragari minime posse.

Deputatio executorum apostolicorum.

§. 6. Quocirca duabus personis in præscellenti ecclesiastica dignitate constitutis a ven. fratre Petro archiepiscopo Nicœno in regnis Hispaniarum Nostro, et apostolicæ Sedis nuntio vigore aliarum in simili forma brevis hac ipsa die datarum literarum nominandis, per apostolica scripta mandamus, ut ipsi conjunctim procedentes per se, vel alium, seu alios dictum Carolum regem, aut procuratorem suum ejus nomine, si et postquam enunciatam compensationem cuilibet, ut præfertur, respective adsignaverit, et constituerit, in corporalem, realem, et actualem possessionem bonorum, ut præmittitur, dismembratorum, et separatorum, juriumque, et pertinentiarum suarum ad effectum, ut supra disponendi, nullius ad hoc requisito consensu inducant auctoritate Nostra, et defendant inductum, facientes Carolo regi, vel procuratori prædicto, omnibusque, ad quorum favorem venditiones, translationes, adsignationes, et alienationes hujusmodi fieri contigerit, de fructibus, redditibus, proventibus, juribus, et obventionibus dictorum bonorum integre responderi.

Concessio brachii sæcularis pro executione venditionum.

§. 7. Ac præsentes Nostras literas, et in eis contenta quæcumque quoties opus fuerit, et per dictum Carolum regem, vel alium, seu alios

ejus nomine, aut illos, quorum favore venditiones, et alienationes hujusmodi fient, requisiti fuerint, solemniter publicantes, sibique in præmissis efficacis defensionis præsidio adsistentes faciant eumdem regem Carolum, et alios quoscumque pro tempore illa obtinentes omnibus, et singulis præmissis pacifice frui, et gaudere: nec non dismembrationes, separationes, applicationes, appropriationes, itemque venditiones, translationes, adsignationes, et alienationes vigore earumdem præsentium factas, atque inde sequuta quæcumque ab omnibus firmiter, et inviolabiliter observari: non permittentes bonorum hujusmodi pro tempore possessores desuper per archiepiscopos, episcopos, præpositos, priores, capitula, abbates, abbatissas, monasteria, conventus, et quoscumque alios indebite molestari, perturbari, vel inquietari; contradictores quoslibet, ac reluctantes, eisque consilium, auxilium, aut favorem præbentes per opportuna juris remedia; ac etiam per mulctas pecuniarias ipsorum arbitrio moderandas, et applicandas compescendo, invocato quoque ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii VIII. de una, et concilii generalis de duabus dietis, Symmachi, et Pauli II. ac Pauli IV. ac aliorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum de rebus, ac bonis Ecclesiæ nisi sub certa forma non alienandis, itemque apostolicis, ac in synodalibus, provincialibus, et quibusvis aliis conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, præposituraram, capitulorum, conventuum, dignitatum, officiorum, mensarum, ordinum, et locorum præfatorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eisdem monasteriis, ecclesiis, prioratibus, ordinibus, locis, et aliis supradictis, eorumque superioribus sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogationibus, aliisque amplioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis etiam motu proprio, et scientia, ac potestatis plenitudine similibus, et consistorialiter, ac de consilio, et assensu venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, aut alias quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis etiam disponentibus bona præmissa dismembrari, ac separari non posse, et illorum dismembrationes, et alienationes per Romanos quoque pontifices, et alias pro tempore factas nullius roboris, vel momenti fore, et esse, ac iisdem privilegiis, indultis, concessionibus, et literis nonnisi certis in illis expressis modo, et forma observatis, ac toto illorum tenore de verbo ad verbum inserto derogari non posse, et derogationem aliter factam nemini suffragari, quoque bona dismembrata, et alienata ecclesiis, ordinibus, locis, legatis, aliisque fundationibus piis relicta, aut donata fuerint, et in testamentariis dispositionibus, aut codicillis, et ultimis voluntatibus, aut aliis contractibus caveatur expresse, quod illa in alterius, quam præfatorum usus, et utilitatem converti, sive aliter alienari nequeant, quodque in eventum hujusmodi alienationis alteri certo loco pio ex dictorum contractuum, seu ultimarum voluntatum dispositione debeant applicari: quibus omnibus, et singulis illorum tenores, ac si de verbo ad verbum cum forma in illis tradita inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, motu, scentia, et potestatis plenitudine paribus specialiter, et expresse derogamus, contrariis quibuscumque: aut si archiepiscopis, episcopis, capitulis, abbatibus, abbatissis, prioribus, præpositis, monasteriis, conventibus, et aliis supradictis ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, quod laudatus Carolus rex diligenter attendat, ne bona hujusmodi ultra valorem respondentem annuo libero redditui ducatorum ducentorum millium auri de camera vigore præsentium per suos ministros, aut alias quomodolibet alienentur, ipsius conscentiam super hoc onerantes: quodque earumdem præsentium literarum transumptis manu alicujus publici notarii subscriptis, et sigillo

unius ex memoratis exequutoribus, vel alterius personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis ea prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta junii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 14 junii 1805 anno VI.

CCCLXVIII.

Instante rege catholico, sanatio super nullitate electionis viginti sex parochorum alienæ dioecesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici expositum Nobis nuper fuit, quod venerabilis frater Joseph episcopus Quitensis in Indiis, postquam ad hanc sedem ab alia episcopali Conchensi pariter in Indiis translatus fuerat, ipsius Conchensis dioecesis vicario capitulari, seu gubernatori præcepit, ut prævia edictorum affixione, ad provisionem ecclesiarum parochialium in dicta dioecesi Conchensi tunc vacantium cum synodalibus circumspectoribus deveniret; quare concursus ad id habitus est in eadem civitate Conchensi cum interventu octo supra sexaginta oppositorum. Quoniam vero per occultam januam mulieres quædam eo irrepsisse dicerentur, idem concursus ab eodem Josepho episcopo irritus declaratus fuit, novusque successive habitus in civitate Quitensi, ubi adfuerunt tres, et quadraginta tam ex oppositoribus prædictis, reliqui enim cum ob maximam locorum distantiam, tum ob tempestatis rigorem, et adversa valetudine, aut paroeciarum, quas obtinebant, administratione impediti, adesse nequiverunt, atque hoc modo sex, et viginti parochiales ecclesias dioecesis Conchensis de novis parochis providit, nulla quidem auctoritate in aliena dioecesi suffultus: quæ rerum novitas locum postea dedit reclamationibus quorumdam candidatorum, qui illegitimo huic concursui interesse nequiverunt, vel minime id expedire putarunt. Quamquam vero, sicut in eadem expositione additum erat, novus concursus ad id esset indicendus, tamen cum interim hujusmodi novi parochi bona fide paroecias respective susceperint, et administraverint, atque eorum respectivi parochiales fideles sacramenta, et alia necessaria ab ipsis parochis acceperint, magna suborirentur scandala, et bonorum conscentiæ non mediocriter perturbarentur, si hujusmodi parochorum electiones irritæ prout de jure sunt declaratæ forent, Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur providis ipsius Caroli regis votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuere, atque sic institutos parochos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumdemque parochorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, electionem parochorum prædictam, eorumque in parœcias immissionem cum omnibus inde sequutis ratam habentes auctoritate apostolica, tenore præsentium convalidamus, atque omnes juris, et facti defectus, qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus, eisdemque parochis, sic institutis, ut omnibus et singulis privilegiis, juribus, & facultatibus officio parochiali hujusmodi quomodolibet adnexis, et competentibus, uti etiam in posterum, frui, et potiri, perinde ac si rite, et a proprio ordinario dictas respectivas parœcias ipsos obtinuisse reperiretur, libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus ita tamen, ut in posterum neque ipse Joseph episcopus, ejusque successores se in rebus ecclesiæ Conchensis ullo modo immiscere audeant, neque ipsi, aliiqui parochi ab episcopo Quitensi ullo modo dependeant, sed proprio pro tempore existenti ordinario Conchensi

semper, et in perpetuum subjecti remaneant.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, & obtinere: sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quovis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non, quatenus opus sit, dictarum ecclesiarum, et dioecesum Quitensis, et Conchensis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta junij millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXIX.

Dat. die 26 junii 1805 anno VI.

Allocutio habita in consistorio secreto diei 26 junii 1805 super itinere suscepto Lutetiam Parisiorum versus ad decorandum imperatorem Naupoleonem insignibus imperialibus.

Venerabiles fratres

Ab illo usque temporis momento, quo e Gallia reduces urbem ingressi sumus, vos in consistorium vocare, ven. fratres, ardenter optavimus, ut sicut de Nostro illuc proficiscendi proposito ad carissimum in Christo filium Naupoleonem imperialibus insignibus decorandum vos certiores feceramus, ita salutares fructus, quos ex eodem itinere, Deo juvante, collegimus, absque mora vobis exponeremus. Desideriis tamen Nostris obsequi adhuc non potuimus, quod multa pro ecclesiis, quas mox proponemus, paranda, et episcoporum, quibus eæ committendæ sunt, examen maturandum a Nobis esset. Lætamur autem Nostris hoc die votis satisfacere Nos posse, qui solemni sanctorum apostolorum Petri, et Pauli festo proximus est, ut scilicet bonis, quæ præcipua illorum ope consequuti sumus, ad vestram cognitionem deductis, ardentiori pietate, gratissimoque plane animo gloriosi eorum martyrii memoriam recolamus.

Secunda novembris anni proxime elapsi die Roma, ut scitis, discessimus, votaque, et auguria, quibus populus Romanus Nostrum studiosissimus, ad plura passuum millia ex urbe effusus, Nos prosequutus est, et suavissimos paterni amoris sensus in Nobis excitarunt, et felicem itineris exitum portenderunt. Etruriæ fines igressi, Florentiamque delati, satis explicare non possumus quo gaudio perfusi simus, cum affluentes undique populos intueremur, ut in humilitate Nostra Petri successorem, Christique in terris vicarium venerarentur. Inter omnes autem excellnit carissima in Christo filia Nostra Maria Aloisia Etruriæ regina, quæ splendidissimis, et amantissimis devotionis in Nos suæ significationibus non solum excepit, sed morari etiam Nos voluit, ut sacramentum confirmatio-

nis dilectissimo ejus filio Ludovico Etruriæ regi impertiremur. Sacra hujusmodi cæremonia magnifico apparatu celebrata est, in eaque peragenda matris, filiique pietatem una cum omnibus, qui aderant, admirati sumus.

Festinato per Italiam itinere, ubi luculenta, et amplissima eximiæ in Nos devotionis argumenta in omnibus, quos peragravimus, locis, præsertim vero Mutinæ, Regii, Parmæ, Placentiæ, Derthonæ, Alexandriæque Nobis oblata sunt, Augustam Taurinorum pervenimus, quo jam profecti erant vener. frater Noster S. R. E. cardinalis Cambaserius archiepiscopus Rotomagensis, dilectusque filius Salmatorius obviam Nobis a Francorum imperatore missi, qui Nostrum in Galliam ingressum felicem, faustumque suo nomine augurarentur, testarenturque, simul vehemens illud, quo idem imperator tenebatur, Nos videndi, habendique desiderium. Galliam itaque ingressi sumus, inclytæque illius nationis populi adventu Nostro lætissimi palam intimos suæ religionis, pietatisque sensus, ore etiam, ipsoque corporis habitu ubique ostenderunt. Ubique provinciarum præfecti, quique magistratu aliquo, aut civili, aut militari fungebantur, orationes ad Nos habuerunt, observantiæ in Nos ipsos, et apostolicam Sedem, obsequiique plenissimas. Lugduni a ven. fratre Nostro S. R. E. cardinali Feschio illius urbis archiepiscopo excepti sumus, qui liberalitate, magnificentia, impenso in Nos studio, omni denique officiorum genere Nos amplissime cumulavit. Tanta Lugdunensium pietas, tantaque frequentia fuit, ut vastum illud metropolitanæ ecclesiæ templum, quo Nos ad sacrum faciendum contulimus, capiendæ optimorum civium undique accurrentium multitudini satis non esset. Quo tum gaudio exultavimus! Quas misericordiarum Patri ob tantam rerum conversionem gratias egimus! Quem in modum Nostra erga potentissimum Francorum imperatorem charitas exarsit, cui religionis per concordatum ab ipso cum Nobis initum in publicam lucem revocatæ, lateque in Gallia reflorescentis gloria debetur!

At Nobis Lugdunensi, ut ita loquamur, triumpho diutius gaudere non licuit. Ardentissimo enim desiderio impellebamur ad imperatorem conveniendum, et inaugurandum, pertractandaque cum eo religionis negotia, quas ob res tantum iter, omni difficultate posthabita, susceperamus.

Recta igitur in fontis, ut dicitur, Bellaquei arcem contendimus, ubi potentissimi, Nostrumque amantissimi principis adspectu, complexibusque frui denique Nobis datum fuit. Qua voluptate, quo gaudio completi sumus primo illo ejus imperatoris occursu, cujus nomen fines terrarum ultimos pervasit, et cujus opera Deus usus est, ut catholica religio in Galliis publicam rursus in lucem emergeret! Eum profecto diem, et quos alios in arce fontis Bellaquei, suadente humanissimo imperatore, transegimus, ut ab itineris incommodo levaremur, memori, gratissimoque semper animo recolemus.

Præfata ex arce, ubi maximam imperatoris benevolentiam, et munificentiam experti, admiratique sumus, Lutetiam Parisiorum una perreximus. Ibi condicta die (quæ fuit secunda decembris, eademque prima adventus dominica) imperatoris, et carissimæ in Christo filiæ Nostræ Josephinæ, optimæ ejus conjugis, inter illius civitatis, totiusque Galliæ, quæ suis quasi sedibus mota illuc commigrasse videbatur, ovationes, ingenti supra modum pompa, et sacro, solemnique ritu consecratio, et coronatio peracta est.

Augusta hujusmodi cæremonia expediti, animum ad pertractanda, ut diximus, religionis negotia statim convertimus. Id autem eo majori fiducia fecimus, quod imperator ipse datis, ut compertum vobis est, literis significaverat, se familiares Nobiscum sermones habere velle, quibus catholicæ religionis amplificandæ, divinique cultus in pristinum splendorem restituendi ratio quæreretur. Atque hic sine gratissimi animi sensu commemorare non possumus hilaritudinem illam, comitatem, benevolentiam, animique propensionem, qua Nos apostolica libertate desideria Nostra expromentes audivit, et Nostras pro catholicæ religionis bono, Gallicanæque ecclesiæ splendore, sanctæ demum hujus Sedis auctoritate, ac dignitate petitiones excepit.

Nostra præcipuum in modum intererat de sincero paucorum episco-

porum in catholicam unitatem reditu cognoscere, qui antequam canonicam a Nobis institutionem obtinerent, congruo suæ reconciliationis testimonio opus habuerant, illam tamen consequuti in se gesserant, ut Nos de germanis eorum sensibus valde sollicitos redderent. Hanc vero sollicitudinem paucos post dies iidem sustulerunt. Verbis enim, et scriptis, quæ Nobiscum attulimus, apostolicæ Sedis judiciis circa ecclesiastica Galliæ negotia firmiter, atque ex animo se adhærere, et subjicere declararunt. Qua tum consolatione impleti sumus! Ut illorum lacrymis dum paterna eos charitate complecteremur, illacrymavimus! Ut vero consolatio hæc Nostra non solum diuturna sit, sed etiam augeatur, confidimus illos certa, et patentia argumenta daturos, quibus eorum declarationem sincero prorsus corde factam esse constet, omnisque de ipsis in posterum querendi occasio Nobis adimatur. Quod, ut fiat, scrutatorem cordium Deum enixis precibus obsecramus, ut quod bonum opus præstiterunt, sua gratia roboret, atque perficiat.

Gravissimo hujusmodi negotio per Nos absoluto, alia statim suscepimus, quæ ad religionis bonum, ad Ecclesiæ libertatem, ad cleri decus, ad sacrorum ministrorum numerum augendum, ad eos, qua decet ratione substentandos, pertinebant. Fiducia freti, quam Nobis humanissimus imperator ingessit, eaque libertate usi, qua ministerium apostolicum exerceri oportet, ecclesiæ Gallicanæ plagas, temporum injuria, et opinionum pravitate eidem inflictas, et quas patitur angustias verbo, scriptoque illi exposuimus; et petitiones hac super re Nostras eidem significavimus. Quæ Nobis imperator responsa dedit, ea quidem et officii erga Nos, licet immeritos, plenissima sunt, et magnam in spem Nos erexerunt fore, ut Gallicana ecclesia sensim, et gradatim convalescens, pristinum denique vigorem, formamque recuperet. Quædam profecto mala ejus indolis sunt, ut, licet repentino impetu ingruerint, si quis tamen extemplo sanare illa velit, ingravescant potius, quam tollantur.

Nec sola, ven. fratres, spe Nos ali putetis. Multa facta sunt, quæ faciendorum quoddam quasi pignus, arrhamque præbent. Societates sacerdotum Missionis, et Puellarum Charitatis, quas s. Vincentius a Paulo tam salutariter instituit, sacris, propriisque vestibus insignitæ jam revixerunt: pecuniæ divino cultui exercendo, et cathedralibus reparandis comparandæ ratio publico decreto statuta est: amplæ, conspicuæque ædes aperiendis ibidem clericorum seminariis attributæ sunt; ut eadem seminaria pecuniam, aut fundos sibi hæreditate relictos consequi possint, permissum est: quæ vero seminaria ad metropolitanas ecclesias pertinent certis jam gaudent subsidiis a publico ærario subministratis: qui redditus præfatarum ecclesiarum cathedralium episcopis, et canonicis constituti erant, aucti sunt: municipia, provinciæque sumptus facere jubentur conservandis templis, et sacra suppellectile decorandis necessarios: societas Missionum, ut dicitur, exterarum, propagandæ in ultimas terras ortodoxæ fidei destinata, imperatore annuente, ita restituta est, ut, et bona, quibus potiebatur, recuperaverit, et novos acquirendi fundos potestatem adepta sit. Operarii ad spargendum apud gentes Evangelii semen missi, imperatoris auctoritate juvantur, et proteguntur. Nos ipsi præstantibus aliquot congregationis Missionis sacerdotibus ad Sinensium oras sanctissima religione imbuendas proficiscentibus apostolicam exultanti animo benedictionem impertiti sumus. Neque tot inter curas patriarcalem Nostram basilicam Lateranensem omnium urbis, et orbis ecclesiarum matrem, et caput oblivisci potuimus, quæ cum redditus, quos pridem in Gallia possidebat, ob præteritas rerum vicissitudines amisisset, munificentia generosissimi principis recreatur. Præter hæc, alia etiam maximi momenti facta sunt. In mandatis itaque datum est, ut quam habent episcopi spirituales, ac disciplinares ecclesiasticorum culpas judicandi, inque eos, cum opus fuerit, canonicis pœnis animadvertendi potestatem libere exerceant; ministrorum temporalium ad eamdem potestatem importunis, injustisque vinculis coercendam conatus reprimantur; obstacula juventuti in clerum cooptandæ objecta imminuantur; christianæ demum adolescentum institutionis, et spiritualis infirmorum, militum, agrestiumque salutis cura suscipiatur. Hi

Nostrorum cum maximo principe colloquiorum fructus, uberiorum, quos ab eo petivimus, ab ejusque religione expectamus, pignus Nobis, et arrham, ut supra diximus, præbent.

Neque vero alia plura, quæ Nostro in Galliam adventu pater misericordiarum Deus operari dignatus ibidem est, spiritualia bona silentio a Nobis prætereunda sunt. Quo animi fervore, quibus pietatis sensibus Galliarnm populi summum Catholicæ Ecclesiæ pastorem in Nobis venerati sint, scitis. Quos accepistis ea de re nuntios, ii veritatem non æquant, tantum abest, ut superaverint. Nullis enim verbis excitatæ apud Gallos religionis amor, zelus, exercitium exprimi possunt. Misericors profecto Deus tantis iter in Galliam Nostrum benedictionibus cumulare dignatus est, ut eodem itinere christifidelium in Galliis spirituali bono supra omnem modum consultum fuisse episcopi ipsi sæpissime affirmare non dubitaverint. Nos admissione, et adloquio omnibus satisfacere, omnium preces audire, cum fieri potuit explere, spiritualibus malis mederi, animos ad pietatem acuere nunquam destitimus. Omnes Lutetiæ paræcias invisimus, ibique, uti et postea Lugduni, plura hominum millia eucharistico pane ipsi refecimus. Hospitales item domos christianæ charitati erga infirmos exercendæ, aut juventuti informandæ sacras, visitavimus. Ingens catholicorum turba Nos ubique circumstabat, sequebatur, deducebat, suamque benedictionis apostolicæ a Nobis accipiendæ cupiditatem numquam satis explesse sibi videbatur.

Quid autem de præclarissimo Ecclesiæ gallicano clero dicemus? Qui tantis in Nos studiis exarsit, cujusque tanta fuerunt in Nos merita, ut ad Nostros grati animi sensus erga illum expromendos pene impares simus. Omnes autem dicendi vires excedunt amor, zelus, vigilantia, labor, quibus, episcopi præsertim, commissum sibi gregem pascunt, et religioni, cujus ministerium exercent, honori sunt, eique reverentiam apud ipsos illius hostes apprime conciliant. Cujus quidem rei cum Nos ipsi testes fuerimus, hinc debitis illum laudibus coram universa Ecclesia ornandum a Nobis esse merito judicavimus.

Quæ item ad Nostri ministerii officium pertinent, eadem Parisiis obire non omisimus. Ven. fratres Nostros S. R. E. cardinales, qui Nos comitati sunt, et eos, qui Lutetiæ morabantur, in consistorium vocavimus, pileumque, cardinalitiæ dignitatis insigne, cardinali de Belloy archiepiscopo Parisiensi, nec non cardinali Cambaseres archiepiscopo Rotomagensi ea solemnitate, eoque ritu dedimus, quem apostolicæ constitutiones præscribunt. Vacantes ecclesias novis episcopis instruximus, quorum aliquos in vasto s. Sulpitii templo innumerabili spectatorum multitudine circumsepti consecravimus. Paucis ante diebus, quam Lutetia proficisceremur, principem Naupoleonem, imperatoris fratris filium, maximo apparatu, summaque procerum splendidissimæ illius aulæ frequentia lustralibus sacramenti baptismatis aquis abluimus. Solemnis hujusmodi cæremonia in suburbano *Saint-Cloud*, ut dicitur, secessu peracta a Nobis est, imperatorque ipse, et spectatissima ejus mater, infantem sacro e fonte religiosissime susceperunt. Hæ Nostræ fuerunt in Galliis curæ; hæ gloriosissimi Francorum imperatoris providentiæ; hæc devotæ in religionem Gallicæ nationis argumenta; hic denique suscepti a Nobis itineris exitus.

Rebus ita confectis, adventante jam veris tempestate, in urbem, et Sedem Nostram revertendum Nobis esse judicavimus. Debitis itaque officiis cum invicto imperatore perfuncti, a cujus latere divellebamur, novisque suæ erga Nos voluntatis pignoribus gratissime acceptis, Nos itineri denuo commisimus. Cumque Cabillonum pervenissemus, solemnes dies passioni, et resurrectioni Dominicæ recolendæ sacros ibidem celebravimus. Qualis fuit Cabilloneusium, et advenarum ex finitimis oppidis undique illuc concurrentium pietas! Quale in Nos studium pari cum observantia conjunctum! Inde Lugdunum profecti sumus. Lugdunenses sui erga Nos, et apostolicam Sedem amoris, et obsequii testimonia, quæ Nobis jam dederant, majore fortassis, quam antea, contentione renovarunt. Ven. autem frater Noster cardinalis Feschius Lugdunensium archiepiscopus omnia magnificæ hospitalitatis officia Nobiscum rursus exercuit. Oblatam hic Nobis

esse illius ornandi, testandique grati animi erga ipsum Nostri occasionem plane gaudemus. Nec tacere volumus celeberrimum illud bmæ Virginis de Foro Julii dictæ sanctuarium, a Nobis, cum Lugduni versaremur, incredibili cum illorum civium exultatione reseratum esse, et publico, ut antea, cultui restitutum. Augustæ Taurinorum, ubi eximia civium religio, maximusque in Nos amor iterum emicuit, imperatorem Naupoleonem revisere, et alloqui, summæ Nobis voluptati fuit. Ecclesiasticas Galliæ, Italiæque res illi denuo, atque diligentissime commendavimus, et repetita pro singularibus ejus in Nos, et catholicam religionem meritis gratiarum actione, recta iter in Etruriam aggressi, Florentiam pervenimus.

Splendidissimus, lætissimusque fuit Noster eam in urbem ingressus. Præstantissima Etruriæ regina iteratis amplissimæ munificentiæ documentis, singularem erga Nos devotionem suam rursus testata est. Majoris autem iis omnibus, quas Florentiæ cepimus, consolationis gratiam omnipotens, et misericors Deus Nobis ibidem præparaverat. Primo Nostro in illam urbem adventu jam præsenseramus, ven. fratrem Nostrum Scipionem Riccium Pistoriensem olim, & Pratensem episcopum, de se cum Nobis, et Sancta Catholica Romana Ecclesia reconciliando, quod a longo Nos tempore optabamus, bonique omnes avidissime opperiebantur, graviter cogitare. Jam vero cogitationem hanc suam Nobis in præfatam civitatem reversis egregio, planeque imitando exemplo complevit. Filiali enim cum fiducia Nobis significavit, se formulæ, quam ipsi proponere Nobis placuisset, sincero corde subscripturum. Nec fidei, quam Nobis dederat, defuit. Formulam enim per ven. fratrem Nostrum archiepiscopum Philippensem ei missam legit, admisit, suaque manu signavit. Hac ergo formula, quam reparando scandalo publicam in cognitionem deduci concupivit, declaravit, se pure, & simpliciter, omninoque ex animo accipere, et venerari constitutiones a Sede apostolica factas, quibus errores Baii, Jansenii, Quesnellii, et illorum, qui eos sectati sunt, proscribuntur, præsertim vero bullam dogmaticam *Auctorem Fidei*, qua octoginta quinque propositiones damnantur e synodo Pistoriensi, quam ipse coegerat, et publicari jusserat, excerptæ: has propterea propositiones omnes, et singulas se reprobare, et damnare iis qualificationibus, iisque sensibus, qui in præfata bulla expressi sunt; denique in Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ Romanæ fide, inque omnimoda subjectione, veraque obedientia Nobis, Nostrisque successoribus, tamquam in Petri cathedra sedentibus, et Jesu Christi vicariis, velle se vivere, et mori. Post solemnem adeo declarationem, eum ad Nos accersivimus, formulamque a se subscriptam Nobis denuo asserentem, et suorum sensuum sinceritatem, atque intimam dogmaticis sa. me. Pii sexti decisionibus submissionem iteratis verbis testantem, addictumque suum ortodoxæ fidei, Sedique apostolicæ mediis etiam in erroribus animum profitentem, paterne complexi sumus, meritaque ob actum, quem gessit, laude commendatum, omni charitatis affectu Nobis, Catholicæque Ecclesiæ reconciliavimus. Cum vero, datis nuper ad Nos literis, quibus de felici, faustoque Nostro in urbem reditu Nobis gratulatur, retractationem Florentiæ factam, ratam se habere confirmaverit, paterno cor Nostrum gaudio rursus affecit.

Hæc erant, ven. fratres, quæ vobis annuntianda esse judicavimus. Reliquum est, ut datoris bonorum omnium Dei thronum cum fiducia adeamus, eique per beatissimos apostolos Petrum, et Paulum, humiliter supplicemus, ut quæ ab infirmitate Nostra ad sui gloriam, ad religionis incrementum, ad spiritualem animarum salutem, ad Catholicæ Ecclesiæ, Sedisque apostolicæ bonum inchoata sunt, miseratione sua tueatur, augeat, atque perficiat.

Dat. die 9 julii 1805 anno VI.

CCCLXX.

Ut in collegiata B. M. V. de Guadalupe Mexicanæ dioecesis singulis sabbatis, in quibus occurat officium ritus duplicis secundæ classis, etiam infra octavas privilegiatas, una missa cum cantu de eadem Deipara celebrari possit.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum, sicut dilecti filii abbas, et capitulum ecclesiæ collegiatæ Beatæ Mariæ Virginis de Guadalupe nuncupatæ civitatis Mexicanæ Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga Deiparam afficiuntur devotionis affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent. Nobis proprerea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, referente dilecto filio magistro Julio de Carpineo sacrorum Rituum congregationis secretario, ut in posterum, etiam in sabbatis, in quibus occurrat officium ritus duplicis secundæ classis, et incidentibus infra octavas privilegiatas, una missa cum cantu de eadem Deipara celebrari possit, auctoritate apostolica, tenore præsentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ collegiatæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona julii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 19 julii 1805 anno VI.

CCCLXXI.

Indulgetur dignitatibus, et canonicis cathedralis Viterbiensis, ut habitu prælatitio, et aliis protonotariorum insigniis ad instar alterius capituli Urbevetani uti valeant, et possint.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In sanctæ apostolicæ Sedis fastigio, meritis licet imparibus, constituti, ad statum ecclesiarum omnium, quarum Nobis a Domino commissa est solicitudo, personarumque in eis Altissimo famulantium propensis studiis animum jugiter intendentes, illarum decori, et honorificentiæ paterna benignitate consulimus.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper dilecti filii capitulum, et canonici cathedralis ecclesiæ Viterbiensis exponi fecerunt, cathedralis ipsa antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, sacrarum supellectilium copia, sanctarum reliquiarum abundantia, templi majestate, sacrorum ministrorum probitate, et doctrina, populique devotione, et frequentia valde floreat; cumque ad hæc omnia accedat quoque ipsius citatis Viterbiensis celebritas, quæ tanta est, ut pluries ibi Romani pontificis electio fuerit habita, ac mater extiterit felix sanctæ Ro-

sæ Viterbii, multas præterea sacras ædes, collegiatas etiam insignes, conventus, et monialium monasteria complectatur, multis insuper beneficiis reperiatur ornata per Romanos pontifices prædecessores Nostros ipsi concessis, ac demum perpetua in hanc sanctam Sedem devotione, et fide ad hæc usque tempora maxime emineat, non exigua dignitatis, et ornamenti ad ipsam cathedralem, et civitatem fieret accessio, divinusque in ea cultus majora susciperet incrementa, si ejusdem cathedralis dignitates, et canonici novis decorationibus donentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dictæ cathedralis ecclesiæ Viterbiensis dignitatibus, et canonicis, ut habitum violaceum prælatitium ad instar capituli, et canonicorum alterius cathedralis ecclesiæ Urbevetanæ tam in ecclesia prædicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque in memorata civitate, et dioecesi Viterbiensi dumtaxat gestare, aliisque insigniis Nostræ, et Romanæ Sedis notariorum pariter ad instar dicti capituli Urbevetani ibidem uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; dictosque dignitates, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ cathedralis Viterbiensis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum dumtaxat hac vice specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona julii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXII.

Dat. die 30 Julii 1805 anno VI.

Indultum utendi roccheto pro cotta pro canonicis metropolitanæ ecclesiæ Goanæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes, illud interdum concedendum esse ducimus, ut viri Altissimo in templis magis conspicuis famulantes, atque almæ Sionis æmuli divinas laudes ibidem quotidie persolventes peculiaribus, et ad eorum munus exprimendum aptis utantur indumentis, quo ipsi vel per externas vestes excitati internarum virtutum splendore in domo Domini prælucere conentur.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper dilecti filii capitulum, et canonici ecclesiæ metropolitanæ Goanæ exponi fecerunt, metropolitana ipsa antiquitatis laude, templi structura, sacrarum supellectilium copia, sacerdotum probitate, et doctrina, populique frequentia, ac devotione valde floreat, multum splendoris ad ipsam accederet, ac divinus cultus, fidelium-

que devotio majora ibi incrementa susciperet, si ejusdem metropolitanæ dignitates, et canonici nova aliqua honorificentia per Nos, et hanc sanctam Sedem donentur: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitati, seu dignitatibus, et canonicis dictæ metropolitanæ ecclesiæ, ut de consensu venerabilis fratris moderni archiepiscopi Goani, pro cotta, quam adhuc subter mozzetam nigram tela serica rubea subsutam deferre consueverunt, rocchetum manicatum, et eamdem mozzetam tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque dignitates, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ metropolitanæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima julii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXIII.

Dat. die 30 julii 1805 anno VI.

Præfinitio numeri canonicorum, quibus jus sit ferendi suffragium in generalibus comitiis congregationis Regularium sancti Joannis Evangelistæ in Lusitania.

Dilecto filio Laurentio archiepiscopo Nisibensi in Portugalliæ, et Algarbiorum regnis Nostro, et Sedis apostolicæ nuntio.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Nuper Nobis exponi fecerunt dilecti filii rector, definitores, et procurator generalis congregationis canonicorum regularium sancti Joannis evangelistæ nuncupat. in Lusitania, quod felicis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die 17 junii 1749 expeditas literas disposuit, statuitque, sex et viginti debere esse canonicos, qui in generalibus congregationis comitiis ferrent suffragium; ac horum in numero recensendos esse sex magistros, duosque prædicatores generales, qui rite, ac rigorose, ut ajunt, seu jure, et justitia jubilationem assequuti fuissent; et tam magistros, quam prædicatores hujusmodi sorte esse extrahendos in uno pro altero mox futuro capitulo; demum neminem ex vocalibus capituli proxime celebrati locum habere posse in capitulo proxime celebrando. At imminuto postmodum canonicorum numero, quum aliud congregationis necessitas postularet, a bo: mem. Bernardino archiepiscopo Petrensi nuntio isthic apostolico, instante apud eum eadem congregatione, provisum fuit,

ut si, et quando reperiri contigeret solummodo sex magistros, et duos prædicatores generales jubilatos ex justitia, tunc extractio prædicta juxta Benedictum prædecessorem facienda per sortes dispensata maneret, numerusque integer magistrorum, et prædicatorum ab eodem præfixus ad suffragandum suppleretur per magistros atque prædicatores generales jubilatos ex privilegio. Nunc autem eo vel magis decrescentes congregationis alumni, vix numerantur in totum unus et triginta, qui vigesimum septimum professionis annum exegerint, quosque inter quamplures infirmitatibus, senioque prope confecti.

Novus ordo in digitatus sequendus in ferendis suffragiis in capitulo generali.

§. 2. In tanta itaque tum distantia temporum a prædictarum literarum expeditione, tum permutatione circumstantiarum ac rerum, quæ congregationi supervenerunt, nova quædam exponentes veluti magis statui præsenti accomodata censent, optantque videlicet:

I.

Ut præter rectorem ex-generalem immediatum, qui nempe suo est a gubernio cessaturus, et cui ex ipsis prædictis literis suffragandi in capitulo, licet tantum subsequenti, facultas tribuitur, alii quoque ex-generales rectores, qui tamen magistri, vel prædicatores generales rigorosæ jubilationis extiterint, suffragari possint in cunctis generalibus comitiis: sed ne ulterius quam qui præfixus est, numerus augeatur vocalium, sat erit si ex-generales hujusmodi aliis magistris, et prædicatoribus generalibus præcedant semper in formatione numeri tam sex magistrorum, quam duorum prædicatorum per memorati prædecessoris literas præstitutum, ita ut extractio, quæ fieri debet ex urna, solum ad implementum dicti numeri fiat. Exempli gratia: si tres fuerint, præter immediatum, ex-rectores generales, qui una sint jubilati ex justitia, debeant hi suffragium ferre; pro reliquis vero tribus magistris, qui senario præscripto numero desunt, ponantur in urna nomina magistrorum rigorosa pariter jubilatione gaudentium. Idipsum fiat quoad prædicatores generales. Hæc porro ideo exoptantur, quia ex-rectores generales utpote rerum usum magis pollentes, majori quoque in capitulis communi emolumento fore videntur.

II.

De licentia eligendi in eodem capitulo magistros, et prædicatores, qui in illo suffragium tulerunt.

§. 3. Ut tam magistri, quam prædicatores generales, utrique tam jubilati jure et justitia, qui in uno suffragantur capitulo, possint in eodem capitulo eligi ad munera congregationis, quibus adnexum sit votum pro capitulo proximo. Vetitum id quidem extat in literis Benedicti prædecessoris; sed id vetandi causa tunc justa fuit ex eo, quod tunc temporis congregatio triginta et unum magistros jubilatos, ac quindecim prædicatores generales habebat; nunc autem de magistris rigorosæ jubilationis nonnisi septem aut octo, & de prædicatoribus generalibus solos quinque possidet. Quin imo hanc ob penuriam, quam post illud temporis laboratum jugiter est, nonnulli adsunt magistri, qui in aliorum defectum quatuor et viginti ab hinc annis in omnibus capitulis sunt suffragati. Quod eo igitur tempore vetitum salubriter fuit, grave in præsentiarum evasit magistris, et prædicatoribus jubilatis, tum et noxium ipsi congregationi, quæ uti nequivit opera illorum, qui ad munera, quibus excluduntur, sunt scientia, atque solertia plerumque magis idonei. Hæc tamen, quæ modo petitur, gratia haud valere æque deberet in casu, quo magistri, et prædicatores prædicti suffragium in capitulo ferrent ratione muneris, cui est adnexum suffragium, non vero ratione qualitatis magistrorum, et prædicatorum, qua ipsi sunt præditi.

III.

De electione capitularium ad munera congregationis.

§. 4. Ut quemadmodum, corpus capitulare rectorem generalem potest seligere, ita et eidem sit corpori potestas seligendi, quoties id in commune bonum cessurum crediderit, tres, aut quatuor a capitularibus membris canonicos ad munera congregationis, queis sit adnexum suffragium pro capitulo proximo; excepta tamen reconductione, ut ajunt, ad eadem munera, exclusisque etiam iis, quorum illo in capitulo munus expirat, vel visitatoris generalis, vel generalis rectoris; utque id, quod modo deposcitur, præter et ultra sit illud aliud, de

quo pro magistris, et prædicatoribus rigorosæ jubilationis jam superius facta est postulatio.

IV.

De reelectione rectoris, et vicarii generalis.

§. 5. Ut rector generalis, vel generalis vicarius reeligi nequeat, non solum post primum triennium per leges congregationis præscriptum, sed nec etiam post alterum, idest per sex annos in totum, quum multa inde incommoda sequi experientia ostenderit.

V.

De loco, et voto in capitulo concedendo pro-rectori Olyssiponensi

§. 6. Quum amplius non existet s. Eloy domus, cujus rector suffragium in capitulis, sicuti ceteri rectores, habere solebat, et loco domus, ac rectoris hujusmodi sit ad præsens Olyssipone pro-rector domus capitularis, quam sancti Joannis de Xabregas extra muros appellant, quumque talis pro-rector in rectoris generalis absentia ejus vices gerit, dictæque domus gubernio præest, hinc efflagitatur, ut et ipse in capitulis loco, votoque fruatur, tum ne hoc privilegio careat, qui non paucis aliunde meritis præstat; tum ne diutius vicesimum sextum desideretur suffragium in capitulis; quod tamen semper, ex quo s. Eloy domum et rectorem contigit defecisse, desideratum huc usque fuit, licet recensitæ prædecessoris literæ vota sex et viginti pro comitiis generalibus expresse constituant, tum præterea quod pro-rectori prædicto votum hujusmodi concessum jam fuit a rec. mem. Pio pp. VI. etiam prædecessore Nostro per similes suas in forma brevis literas expeditas die undecima martii millesimo septingentesimo octogesimo, quæ alias quoque dispensationes insimul continebant, sed propter aliquam fortasse clausulam nunquam sunt effectum sortitæ, immo ipsis exponentibus manebant incognitæ.

VI.

De exclusione germanorum fratrum a ferendo suffragio, et obtinendis insimul dignitatibus.

§. 7. Denique, ut quum sex et viginti tantum, prout jam dictum est, pro generalibus comitiis sint præstituta suffragia, ne qua idcirco in hac paucitate votorum humana fraus subrepet, caveatur a nobis nequire in eisdem comitiis duos una suffragari germanos fratres, ita scilicet ut si contingat unum eorum ad munus, cui votum adnexum sit, esse selectum, tunc alter, etiamsi magister jubilatus, vel prædicator generalis, suum in eodem ipso capitulo omnino non possit ferre suffragium; multoque minus eligi possint duo fratres ad munera, quæ capitulare votum adnexum habeant. Quandoquidem si s. m. Clemens pp. VIII. Noster itidem prædecessor in suis sub plumbo die vicesima sexta augusti millesimo quingentesimo nonagesimo sexto expeditis literis vetitum voluit, atque decrevit, ne duo fratres eadem in domo possent insimul degere, eo vel magis rationabile erit prohibere duobus fratribus ne votum ab utrisque feratur in eodem capitulo, nunc præsertim, quum in congregatione supra duodecim numerentur canonici suos singuli isthic fratres habentes, quibuscum facile ipsi adesse possunt capitulo, prout factum est tum in aliis, tum et in iis annis proxime elapsi. Verum quia fieri quoque potest, ut duo fratres existant magistri jubilati, vel prædicatores generales jubilati, aut unus eorum magister jubilatus, et alter prædicator generalis jubilatus, seu unus ex-rector generalis, et alter magister jubilatus, vel prædicator generalis jubilatus, vel forte renuntietur ad munus, cui sit votum adnexum, sicque ambo deberent capitulo interesse; tali in casu hujusmodi fratres interventuri capitulo tamquam magistri, et prædicatores generales jubilati sorte extrahantur, ita quidem, ut unus ad capitulum pergat, alter vero aliud expectet proxime celebrandum, idque alternis vicibus faciant, ne unus bis successive admissus, alter autem bis successive exclusus remaneat: quod et servandum similiter sit, quando alter duorum fratrum rectoris generalis munere functus, alter vero magister, vel prædicator generalis jubilatus extiterint. Verumtamen si alter ex fratribus reperiatur ex rector generalis, et alter electus ad munus cum voto, tunc ex-generali pro ea vice excluso manente, locum is in capitulo sumat, quem elegerunt capitulares ad munus cum adnexo suffragio. His omnibus ita expositis, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi, seu potius suæ congregationi providere in præmissis,

ac ut infra indulgere opportune de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio facta juxta preces.

§. 8. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac singulares eorum personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut constito tibi de prænarratis, ac post quam diligenti, ac maturo cunctarum rerum examine satius id in Domino expedire censueris, eisdem exponentibus, eidemque congregationi auctoritate Nostra apostolica pro tua prudentia gratis indulgeas juxta petita, ac super memoratis literis Benedicti prædecessoris opportune dispenses.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus eisdem literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima julii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXIV.

Dat. die 6 augusti 1805 anno VI.

Concessio novarum vestium, et insignium pro canonicis, et dignitatibus capituli sanctæ Victoriæ Firmanæ dioecesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici matricis, et insignis, ut asseritur, collegiatæ ecclesiæ oppidi s. Victoriæ Firmanæ dioecesis, in qua prior, et octo adhuc canonici existunt, tresque aliæ canonicales præbendæ, totidemque beneficiales apostolica Nostra auctoritate erunt quamprimum erigendæ, et instituendæ, collegiata ipsa antiquitatis laude, templi majestate, et nitore, patrimonii amplitudine, sacrarum supellectilium copia, sacerdotum numero, probitate, et scientia, populique frequentia perexcellat, non parum splendoris, et ornamenti ad ipsam accederet, et divinus in ea cultus, populique devotio maiora susciperet incrementa, si ejusdem collegiatæ dignitas, canonici, et beneficiati novis prærogativis, novisque decorationibus donentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere; et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus priori, et canonicis, etiam illis tribus aliis, ut supra, addendis dictæ collegiatæ ecclesiæ, ut ipsi loco almutiarum, et cottarum, quas adhuc gestare censueverunt, rocchetum et cappam magnam violaceam vulgo *di saja pavonazza* nuncupatam cum tela serica ante pectus

cremisini coloris hyemali, æstivo autem tempore cottam super rocchetum, beneficiati vero, seu præbendati, etiam alii tres, ut supra instituendi, cottam, et cappam magnam cineraceam, vulgo = *di color bigio* = nuncupat. hyemali, æstivo vero tempore cottam tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis functionibus, et actibus publicis quibuscumque, non tamen in synodalibus conventibus quoad cappam, et cottam tam supra rochetum gestare, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Divisio præbendarum Porfiri, et Savini nuncupatarum.

§. 3. Quoniam vero iidem canonici ad Dei cultum augendum tres beneficiales præbendas Porfiri, et Savini satis amplis redditibus provisas, ac de jure patronatus ejusdem capituli dividi, atque duplicari summopere desiderant, Nos prohibentes interim, ne moderni earumdem præbendarum possessores eas vacare contigerit, in duas dividi, atque in totum ad sex præbendas extendi, et multiplicari, divisis etiam inter novos præbendatos pro æquali reddituum inter ipsos distributione oneribus fundationis, ita tamen, ut choro tres pro qualibet hebdomada, omnesque diebus festis, ac toto adventus, et quadragesimæ tempore quotidie omnino interesse, missasque conventuales canere, et canonicis celebrantibus in munere diaconi et subdiaconi ministrare teneantur. Prohibentes etiam, ne ullo unquam tempore in posterum possint illæ a possessoribus resignari, aut coadjutores fieri absque explicito consensu capituli, et patronorum, alias vacare censeantur eo ipso, ita ut ad novam nominationem rectorum earumdem patroni devenire possint, reservata Sedi apostolicæ, vel ordinario, pront de jure, noviter nominati institutione, salvoque semper remanente dicti patronatus jure, ex nunc, prout ex tunc, et quoties quomodocumque vacare, ut supra, contigerit, auctoritate et tenore præsentium decernimus, atque mandamus. Itemque, ut postquam alii tres canonici prædicti fuerint realiter instituti, vel præbendæ hujusmodi duplicatæ, aut saltem numerus canonicorum, et præbendatorum simul ad tresdecim pervenerit, ut canonici et præbendati hujusmodi, alternatim qualibet hebdomada a prædicta ecclesia abesse, exceptis tamen adventus, quadragesimæ, octavæ Corporis Christi feriis, nec non consecrationis ipsius ecclesiæ, et singulis festis de præcepto, in quibus omnes, et singuli choro interesse teneantur, abrogatis in perpetuum duobus mensibus absentiæ a sacro concilio Tridentino concessis, eadem auctoritate statuimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus ad quos spectat et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari, dictosque dignitatem, canonicos, beneficiatos, seu præbendatos desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictae collegiatæ ecclesiæ, et præbendarum hujusmodi institutionibus, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta augusti millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostro anno sexto.

Dat. die 6 augusti 1805 anno VI.

CCCLXXV.

Confirmatio erectionis novarum paræciarum, et gymnasii in civitate Centumcellarum diœcesis Viterbiensis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Postulabat sane civitas Nostra Centumcellarum Viterbiensis dioecesis, ut quod ad ecclesiasticum decus, spirituale populi auxilium, et commune tum christianæ, tum literariæ institutionis emolumentum magis sibi opus esse videbatur, id opportune provideretur a Nobis, quemadmodum ex delegatione Nostra apostolica provisum feliciter fuit per venerabilem fratrem Dionysium Viterbii, et Tuscanellæ episcopum actis, decretis, ac instrumentis, quæ hic e vestigio recensentur, videlicet.

Tenor relationis Sanctissimo factæ gestorum in curanda erectione novarum paræciarum, et gymnasii.

§. 2. Relazione con decreti in sommario fatta alla Santità di Nostro Signore su quanto si è operato nella città di Civitavecchia per la erezione delle nuove parrocchie, per la formazione delle scuole, e di tutto altro, che riguarda la publica, e privata istruzione, ed educazione, approvata dalla medesima Santità Sua nell'udienza dei quattro marzo, nella quale si degnò ordinare, che si spedisse su tutti i punti respettivi un breve speciale di conferma. Allorchè si degnò Sua Santità di destinarmi vescovo della città di Viterbo, e Toscanella nel biglietto di partecipazione si riservò la medesima Santità Sua di comunicarmi con il vivo oracolo della sua voce quelle providenze, che voleva prendere a vantaggio sì spirituale, che temporale della città di Civitavecchia con la legge, che su queste io trattar dovessi direttamente con Sua Beatitudine. Chiamato di fatti all'udienza in una sera, la detta Santità Sua con la suprema autorità derogando specialmente a quanto viene prescritto da Martino V., da Urbano VIII. da Pio VI., e da qualunque altro pontefice a favore della parrocchia di Santa Maria, e dei pp. Domenicani, relativamente a questa derogando a qualunque altra cosa, che meritar potesse più speciale menzione, dopo essersi informato dei bisogni di quella popolazione, la quale essendo numerosa oltremodo, meritava di essere più vigorosamente assistita in tutti i punti, che riguardano sì lo spirituale, che la publica, e privata educazione; di suo moto proprio, ed espressa volontà dichiarò in primo, che in quella città essere dovessero in avvenire quattro parrocchie sotto fini corrispondenti, e che conseguentemente si dismembrasse l'unica parrocchia dei padri Domenicani resa dall'aumento della popolazione incapace di coprirne i bisogni. Necessitando in quella città la continua presenza di chi corredato di certe facoltà ivi rappresentasse l'ecclesiastica autorità, ordinò, che il vescovo di Viterbo pro tempore debba a sue spese tener ivi un pro-vicario generale con limitate attribuzioni, quali siano sufficienti ai bisogni spirituali della popolazione, sempre subordinato, e soggetto per appello alla curia generale di Viterbo, in modo, che possa il medesimo giudicare in tutte le cause civili (riservato però sempre il nominato appello), e formare qualunque processo criminale, d'ordine, ed intesa dell'ordinario, a cui dovrà rimetterlo. A tale oggetto la Santità Sua con la suprema autorità confermò alla curia, e curie del vescovato di Viterbo il diritto di comulativa, che gode, ed ha goduto in detta sua diocesi. Soggiunse egualmente, che con ogni serietà si pensasse a stabilirvi le scuole, comprese quelle, che convenir possono ad un paese di commercio, e di mare. Conchiuse finalmente, che a tale oggetto a me concedeva ogni facoltà opportuna, e necessaria, dichiarandomi specialmente delegato apostolico, acciò in atto di sacra visita dassi esecuzione a tali sue determinazioni, per l'adempimento delle quali oltre l'espresso suo volere, si degnò mettere a mia disposizione scudi mille seicento da ricavarsi per la massima parte sopra una gabella imposta nel macinato, a cui dichiarò voler soggetta l'intera popolazione; non escluso qualunque privilegiato fosse ancora cardinale, cavaliere di Malta, o altri, che meritasse una parzial menzione, dichiarando non voler esente dalla medesima, nè la truppa, nè la ciurma, nè qualunque altra persona camerale, o alla reverenda camera ap-

partenente; essendo che la suddetta gabella è destinata a beneficio publico, e privato, ed a vantaggio universale di tutta l'intera popolazione.

Deputatio pro vicarii generalis.

§. 3. Rivestito in tal modo delle qualita specialissime di delegato apostolico in esecuzione delle sovrane disposizioni installai primieramente in quella città un pro-vicario generale a forma del decreto riportato al sommario num. primo. Aveva Sua Santità riportato dalli padri Domenicani il consenso circa la dismembrazione della parrocchia da loro posseduta. Presi i medesimi da nobilissimi motivi di corrispondere mai sempre ai vantaggj spirituali di una intera popolazione, per la quale consecutivamente avevano sagrificato sotto il peso delle fatiche, e delle influenze sei parrochi, non considerarono come un sagrificio il mettere a piedi di Sua Santità quella città, onde a beneplacito di sua Beatitudine si potesse distribuire in nove parrocchie. Questo tratto di virtuosa condiscendenza, che farà sempre onore all' inclito ordine, meritò dal Santo Padre tutti i possibili riguardi, per cui fu stabilito, che alla loro chiesa di Santa Maria si conservassero intatti i diritti di matricità, e varie altre distinzioni, e prerogative, che rimangono descritte nel decreto della dismembrazione, e confinazione della suddetta parrocchia.

Dismembratio parœciæ possessæ a fratribus ordinis sancti Dominici.

§. 4. Ottenuto in tal modo il consenso dei padri Domenicani ad inchiesta nuovamente ripetuta dei publici rappresentanti di quella città » Sommario num. secondo » fu necessario per dare ogni legalità all' atto di far precedere una citazione ad istanza del fiscale con intimo alli padri suddetti di presentarsi la mattina nel palazzo della comunità, sito destinato per tribunale » Sommario num. terzo » dove essendomi io portato con tutte le dovute formalità con l' intervento dei pubblici rappresentanti, spicgando il carattere di delegato apostolico in atto di sacra visita, aprii la mente di Nostro Signore, pronunciando, e definitivamente decretando, che rimaneva dismembrata l' unica parrocchia ivi esistente » Sommario num. quarto ».

Erectio novarum parœciarum.

§. 5. Indi consecutivamente nei giorni posteriori, premessi parimenti gli atti giudiziali, e chiamati li padri Domenicani al luogo destinato per tribunale decretando dichiarai, che secondo gli ordini di Sua Santità dovevano essere in avvenire in Civitavecchia quattro parrocchie, in modo, che ferma rimanendo quella di Santa Maria posseduta dai padri Domenicani, nei confini però da stabilirsi in appresso, una se ne erigesse nella chiesa di sant' Antonio per i preti secolari, una in san Francesco per li padri Conventuali, ed una finalmente in santa Barbara per li padri Cappuccini » Sommario num. cinque » e queste sembrarono sufficientissime a poter corrispondere ai particolari bisogni di tutta la popolazione, la quale divisa in più ristretti confini avrebbe avuta una maggiore assistenza, ed una maggiore istruzione.

Præfinitio confinium parœciæ sanctæ Mariæ, et prærogationis solvendæ ecclesiæ matrici.

§. 6. Passando posteriormente alla destinazione dei rispettivi confini, e di tutto altro ingiunto alle respettive parrocchie, si decretò come al Sommario num. sei, che quella dei padri Domenicani dovesse restringere li suoi confini a tutte le strade, secondo le indicazioni, che rimangono accennate nel decreto sopraccitato. Volendo poi, che questa parrocchia goda di una particolare distinzione, gli si riservò il diritto di matricità, e si decretò, che nel giorno della festa di santa Fermina protettrice della città da ciascheduna delle tre parrocchie nuovamente erette si debba mandare alla chiesa dei suddetti padri mezza libbra di cera in segno di tributo, ed in contestazione di benemerenza per il consenso con cui i medesimi calcolando il publico bene, ed il vantaggio generale del popolo, avevano condisceso alla presente dismembrazione » Sommario num. sette ».

De lectoris officio, et emolumento.

§. 7. Più ancora volendo, che in tutti i giorni festivi debba farsi la lezione della sagra Scrittura, si decretò, che a tale oggetto sempre sia destinato un padre Domenicano, a cui per tal motivo si assegnarono quaranta scudi annui da prendersi sopra li scudi mille seicento addetti, come sopra si è detto, da Sua Santità al sistema spirituale, ed all' educazione in Civitavecchia » Sommario numero otto ».

Erectio parœciæ presbyterorum sæcularium, et assignatio finium ejusdem.

§. 8. Confinata, e disposta in tal modo la parrocchia di santa Maria si eresse quella dei preti secolari, la quale rimase fissata nella chiesa di sant' Antonio, ed ebbe per suo distret-

to l' intero borgo fino alla porta Romana Vecchia con tutte le campagne spettanti a quel territorio » Sommario num. nove ». Un proposto, e quattro coadjutori, ai quali si diede il titolo di canonici coadjutori curati fu il numero dei ministri, che si assegnarono alla medesima » Sommario detto num. nove ». Necessitando di coprire sollecitamente quei posti in conformità delle istruzioni, e facoltà apostoliche per questa prima volta soltanto riserbai a me di poterli per nomina conferire, decretando però, che nelle vacanze posteriori la prevostura non si sarebbe data, che per concorso, come ancora, che con un esame fatto nelle debite forme si sarebbero conferiti i posti dei quattro canonici coadjutori curati, quali dovranno essere amovibili ad nutum» Sommario num. nove ». Un sacerdote sagrestano da nominarsi vicendevolmente dal vescovo, e dal magistrato si unì a questi, acciò assumendo a sue spese l' opera di un chierico, dovesse aver cura della chiesa, sagrestia, confessare, ed in tempi d' influenza prestarsi in ajuto del prevosto, e degli altri = Sommario numero detto nove = La spiegazione del vangelo, la messa pro populo, e la diretta, ed immediata sopraintendenza alla cura, furono le attribuzioni, che s' imposero privativamente al prevosto, come ai quattro canonici coadjutori curati s' impose il peso della dottrina cristiana, dei catechismi, in modo, che due dei medesimi far dovessero per sei mesi la prima, mentre i due altri si sarebbero applicati nei secondi, e così vicendevolmente = Sommario numero detto nove =Comulativo, ed al prevosto, ed ai canonici coadjutori curati, compreso anche il sacerdote sagrestano, s' impose l'obbligo di sentire le sagramentali confessioni, di amministrare li sagramenti, di assistere ai moribondi con ugual turno, e finalmente fare la buona morte in tutte le domeniche da novembre fino a Pentecoste = Sommario numero detto nove =.

Dotatio mensæ parochialis.

§. 9. Volendo poi, che la detta unione dei preti secolari nella prevostura di sant' Antonio aver debba un' idea di collegiata, si decretò, che in tutte le feste dell'anno, comprese anche le tolte, si debba cantare per turno la messa dai canonici coadjutori curati, e dal sagrestano, essendo riservate le feste più solenni al preposto = Sommario detto numero nove = Come ancora si decretò, che cantar dovessero unitamente il vespero nelle feste secondo il rito di Santa Chiesa. Per prevenire poi qualunque sconcerto posteriore con l'apostolica autorità, si preservò il diritto di preminenza della nominata prevostura in tutta quella estenzione, che è dovuta al clero secolare, tanto nelle chiese, che nelle publiche processioni, ed altre funzioni = Sommario numero detto nove =. Destinando poi scudi seicento, della somma di scudi mille e seicento, che Sua Santità si era degnata concedere per la presente sistemazione di Civita-Vecchia, si assegnarono scudi duecento al prevosto, e scudi cento per cadauno ai quattro canonici coadjutori curati, come ancora si stabilì, che scudi cento esser dovessero l'appannaggio del sagrestano, al quale per tale oggetto si assegnarono li scudi settantasei, che si pagano dalla comunità al cappellano di sant' Antonio, e scudi ventiquattro, che si pagano ugualmente dalla reverenda camera apostolica, quali scudi cento non sono compresi nella somma di scudi mille, e seicento = Sommario numero dieci = Finalmente trovandosi esistente in Civita-Vecchia un benefizio sotto il titolo di santa Fermina con autorità apostolica si prescrisse, che il medesimo alla sua vacanza debba restare perpetuamente applicato alla prevostura, e direttamente in appannaggio del prevosto, ordinando, che in caso il prodotto del medesimo benefizio non corrispondesse all' annualità fissata di scudi duecento, debba la comunità supplire il mancante, giacchè li scudi duecento ora assegnati al prevosto sopra li scudi mille e seicento sopra accennati, e che dai medesimo si dovranno allora rilasciare, saranno impiegati per accrescere il numero dei quattro canonici coadjutori curati, di altri due, i quali saranno ugualmente fatti per esame, e con le medesime condizioni degli altri =Sommario detto numero dieci =. Quanto è stato prescritto ai quattro canonici coadjutori curati, già esistenti, formerà parimenti gli obblighi dei due coadjutori canonici, curati, che si sostituiranno; con questa differenza però, che i catechismi, e la dottrina

cristiana non dovranno farsi dai medesimi, avendo essi l'obligo particolare di fare in ogni domenica, ed altro giorno festivo, nella sera alternativamente l' oratorio con predica per gli uomini, e fare tutt' altro, che o da me, o dai nostri successori sarebbe stato loro prescritto = Sommario numero detto dieci =. Passando a dar sistema, ed ad erigere la parrocchia di san Francesco rimase la medesima affidata ai padri Minori Conventuali, i quali avendo secondo le forme prescritte dal concilio di Trento, a me presentato per l'approvazione il molto reverendo padre maestro Alessandro Menandri, rimase il medesimo installato nella cura sunnominata, alla quale si assegnarono li prescritti confini secondo il sommario numero undici = Il catechismo, la dottrina cristiana, la spiegazione del vangelo, la messa pro populo, l'assistenza ai moribondi, e quanto mai appartener puole ad un curato, furono gli oblighi imposti al medesimo, come alla religione fu imposto quello di dargli un sotto curato religioso e probo = Sommario detto numero undici =.

Erectio parœciæ sanctæ, Barbaræ, et præfinitio confinium, ejusque dotationg.

§. 10. Finalmente si compì l'operazione delle parrocchie con la erezione di quella, che rimase fissata nella chiesa di santa Barbara, alla quale si assegnò per distretto la darsena, il porto, le case annesse, e la fortezza. Fu la medesima affidata alla religione dei padri Cappucini, avendo stabilito, che il parroco della medesima esser debba perpetuamente il padre provinciale pro tempore con la facoltà di potere sostituire un vicario curato da approvarsi dall' ordinario, sempre però rimanendo la responsabilità della medesima presso il nominato provinciale = Sommario numero dodici =. Anche a questo rimasero imposti gli obblighi parrocchiali già di sopra descritti, ai quali particolarmente si unì quello di dovere personalmente amministrare nella chiesa dei padri Domenicani il battesimo ai suoi respettivi parrocchiani = Sommario detto numero dodici =. Compitasi in tal maniera la divisione, e la erezione delle parrocchie con un publico editto = Sommario numero tredici =, se ne rese informata la popolazione ad oggetto, che ciascheduno riconoscere dovesse il proprio pastore, ed a quello avere assistenza, ajuto, ed istruzione.

Erectio scholarum, et leges statutæ pro earum gubernio.

§. 11. Dopo sistemate le parrocchie per corrispondere agli ordini sovrani si diè principio ad organizzare le scuole, siccome quelle, da cui principalmente dipendono la publica educazione, e la civile cultura. Queste furono messe sotto l' immediata dipendenza del vescovo pro tempore, e del magistrato, siccome quelli, che influiscono alla dottrina, ed al costume publico, per cui sì il primo, che li secondi potranno visitarle a loro arbitrio, ed il magistrato trovandoci dei sconcerti dovrà riferirli al vescovo, perchè ci proveda = Sommario numero quattordici =. Ai padri Dottrinarj si affidarono le medesime, ed a tale oggetto si decretò = Sommario detto numero quattordici = che ai medesimi dalla comunità dar si dovessero annualmente scudi quattrocento sessanta da prendersi sopra li scudi mille e sei cento, che rimanevano assegnati per soddisfare a tutti li bisogni di Civita Vecchia, seppure in avvenire dal publico non si stabilisse diversamente con li detti padri. In corrispondenza però ai padri suddetti s'impose l'obligo, che ivi collocar dovessero tanti maestri, quanti necessitavano per coprire convenientemente le scuole tutte, che abbisognavano, principiando dal leggere, e terminando inclusive nella filosofia, compresa la matematica, secondo il decreto = Sommario detto numero quattordici =. I patti particolari di questo installamento furono posteriormente convenuti con un publico istromento, che si fece colla comunità, ed i padri suddetti, che si riporta = Sommario num. quindici =.

Providentiæ captæ in utilitatem commercii, et nautico fœnore.

§. 12. Il commercio, la nautica non isfuggirono dall' impegno di vedere compiutamente perfezionata in Civitá Vecchia la publica istruzione su tutti quei rami di scienza, che possono convenire ad un paese marittimo, e commerciante. Si è stabilito perciò, che da un solo soggetto si debbano disimpegnare le istruzioni su questi due rami di scienza tanto di jus commerciale, come di nautica, che la comunità debba avere la nomina del medesimo, proponendo al vescovo pro tempore una terna nelle forme, mentrecchè al vescovo suddetto deve spettare la scelta sopra la terna

nominata, la quale potrà fare ancora rinnovare in caso si trovino delle eccezioni nei soggetti proposti = Sommario numero sedici =. Il publico rimane autorizzato di provedere nel meglior modo di un congruo assegnamento non eccedente li scudi duecento per il suddetto professore, come ancora corredare la scuola respettiva di quegli istrumenti, che possono abbisognare per un pratico insegnamento = Sommario detto numero sedici =.

Similes in profectum scientiae ecclesiasticae.

§. 13. Prendendo poi in considerazione anche quei giovani, i quali dovranno battere, o la via ecclesiastica, o il sentiero di scienze più sublimi, si assegnarono a tale oggetto dieci posti nel seminario di Viterbo, cinque cioè da occuparsi da cinque giovani in qualità di alunni, e cinque in qualità di convittori = Sommario numero diecisette =. Per tal motivo si pagano al seminario suddetto scudi cinquecento della somma sopraccennata dei scudi mille, e seicento = Sommario detto numero diecisette =. Alla comunità si riserbò il diritto della nomina dei detti posti, come al vescovo pro tempore la facoltà di potere escludere quelli, che aver potessero delle eccezioni, non meno, che di espellere, chi si rendesse indegno del detto asilo, senza essere obligato a rendere ragione, o dell'esclusiva, o dell'espulsione = Sommario numero detto diecisette =.

Approbatio apostolica gestorum ut supra ab episcopo.

§. 14. Tuttociò, che in esecuzione del moto proprio della Santità di Nostro Signore venne prescritto, essendosi portato al suo pienissimo adempimento, ne fu fatta relazione alla nominata Santità Sua, che con suprema autorità si degnò approvare l'operato in tutte le sue parti, e perchè restasse perpetuamente la memoria dell'ordine dato, e del sistema introdotto nell'udienza avuta da me nel dì quattro marzo mille ottocento quattro ne commise la spedizione del breve, con la condizione però, che essendo a nome del pubblico giunta un'istanza al sagro suo tavolino in cui dai deputati si domandano le facoltà, ed i mezzi per effettuare una permuta della chiesa, e convento dei padri Minori Conventuali di Civitavecchia con la chiesa di sant'Antonio in borgo si sospendesse la spedizione del breve suddetto, finchè non fosse seguita la stipolazione del detto contratto di permuta, per cui la medesima Santità Sua aveva benignamente accordate al pubblico, ed ai padri suddetti tutte le facoltà opportune, e commesse alla sagra congregazione del Buon Governo di trovare quei mezzi convenienti per effettuarla, giacchè manifestò essere suo sovrano volere, che nel breve soprannominato debba ugualmente inserirsi la permuta, che l'hanno accompagnata, i quali avendo potuto in qualche parte variare i stabilimenti fissati nella esecuzione del piano, ordinò Sua Santità, che anche su di questo io dovessi provedere con un particolare decreto come si è eseguito, e come si rileva al Sommario num. dieciotto.

Tenor decreti editi super electione pro vicarii generalis.

§. 15. D. archiepiscopus, episcopus Viterbiensis et Tuscaniensis delegatus apostolicus. Sommario num. 1. = Ad oggetto, che la città di Civitavecchia alla nostra diocesi soggetta debba sempre avere chi sotto confini assegnati secondo la mente comunicata da Nostro Signore rappresenti la ecclesiastica autorità dell'ordinario, e perchè il nuovo sistema, ed ordine spirituale, che nella medesima va a stabilirsi non manchi in alcuna sua parte, inerendo pienamente agli ordini ricevuti dal vivo oracolo di Sua Santità, e facendo uso delle speciali facoltà a Noi concesse, decretiamo obbligando con apostolica autorità anche i nostri successori, che il vescovo pro tempore di Viterbo debba sempre, e perpetuamente tenere a sue spese, e far risiedere in Civitavecchia un pro-vicario generale, al quale si concedono certe limitate attribuzioni soltanto; quali cioè siano sufficienti ai presentanei bisogni della popolazione, le quali attribuzioni nelle respettive patenti, che ciascun pro-vicario eletto dovrà avere, o da noi, o da nostri successori, rimarranno descritte per essere norme inalterabili delle facoltà concedute. Vogliamo pertanto, e con apostolica autorità decidiamo, che il pro-vicario suddetto debba essere sempre subordinato alla nostra curia, ed al vicario generale di Viterbo, alla quale perciò viene a ciascuno permesso l'appello, che sarà sempre riconosciuto come legittimo, e giuridico: come ancora vogliamo, ed ordiniamo, che sia nelle facoltà del medesimo giudicare le cause civili, formare qualunque processo, sempre però d'ordine, ed intesa

dell'ordinario, a cui dovrà essere rimesso. Finalmente d'ordine a noi benignamente comunicato dalla Santità Sua confermiamo tanto al pro-vicario generale, e suoi successori, quanto alla nostra curia, e curie di Viterbo, e diocesi il diritto di cumulativa su tutte le cause, quale si gode, e si è goduto sempre in detta diocesi. Dato dalla nostra residenza nel convento di san Francesco il dì diciotto gennaro mille ottocento quattro. = D. arcivescovo, vescovo di Viterbo, e Toscanella delegato apostolico.

Num. II.

Preces porrectæ pro obtinenda nova erectione parocciarum, et gymnasiorum.

§. 16. Eccellenza rm̃a = Abbiamo più volte nei passati tempi implorato dalla s. m. di pp. Pio VI. in nome di tutta la popolazione un provedimento ai spirituali disordini, che regnavano in questa città, onde fornirla di un maggior numero di esatti, ed abili ministri capaci ad istruirla nelle scienze. Le circostanze dei tempi non hanno permesso di vedere in allora realizzate le communi speranze, ma rinnovate ora alla Santità di Nostro Signore pp. Pio VII. felicemente regnante le nostre suppliche, e col mezzo di memorie sottoscritte da ogni ceto di persone, e col mezzo di deputazioni fatte alla Santità Sua in seguela di consigliar risoluzione dei ventisei giugno mille ottocento due nelle persone dei nostri concittadini, signori Clemente Pucitta, canonico Pietro Torraca, Giuseppe Capalti assessore di questa comunità, e Girolamo Saverio Sgambati agenti in Roma si è avuto l'estremo contento di vedere che Nostro Signore si è degnato prendere in benigna considerazione, accogliendo con vivo, e tenero interesse le religiose rimostranze di questo popolo, prescegliendo l'eccellenza vostra rm̃a ad essere suo pastore per la sua spirituale, e temporale felicità, giacchè non abbiamo termini bastanti ad esprimerle la nostra sincera riconoscenza per l'amore, zelo, e paterno interesse, che prende a suo profitto, assicurandola essere ognuno vivamente penetrato dalle di lei tenere, ed affettuose sollecitudini, e siccome sappiamo, che il Santo Padre ha pienamente approvato il piano formato dall'eccellenza vostra rm̃a, già benignamente a noi comunicato, col quale (stante l'aumento di nuove parrocchie, l'istituzione di un insigne seminario nella città di Viterbo, non meno, che l'accrescimento delle scuole in questa città) stabilmente si provederà alla remozione dei disordini spirituali, ed all'educazione religiosa, e scientifica della gioventù, così facciamo istanza a vostra eccellenza rm̃a, acciò il divisato piano abbia la sua piena, ed intera esecuzione con quell'attività, che è sua propria, onde accelerare gli effetti, che per sicura conseguenza debbono derivare dal suo stabilimento. Eterne saranno le nostre obbligazioni, e le future generazioni benediranno il nome di un tanto benefattore, a cui sono riserbate dal cielo maggiori, e più stabili riconoscenze; e pieni di rispetto, e di ossequio ci diamo l'onore di umilmente rassegnarci dell'eccellenza vostra rm̃a = Civitavecchia venticinque gennaro mille ottocento quattro = Umilissimi, devotissimi, obbligatissimi servitori = Vincenzo Santini visconte = Salvatore Dumas visconte = Vincenzo Pizzoli camerlengo = Arcangelo Semerini camerlengo = Giuseppe Capalti segretario assessore.

Tenor resolutionis consiliaris super precibus Sanctissimo porrigendis pro obtinenda nova erectione, de qua supra.

§. 17. A dì venti luglio mille ottocento due. = Avanti sua eccellenza rm̃a monsignor Agostino Negret governatore generale di questa città di Civitavecchia, e ad istanza degl'illm̃i signori Vincenzo Santini, Felice Fiori visconte, Vincenzo Pizzoli, Filippo Boschi camerlenghi officiali residenti di questa illm̃a comunità di Civitavecchia; si è convocato il presente pubblico consiglio generale con l'intervento dei deputati ecclesiastici, dei cittadini di questa città nella segreteria magistrale luogo solito, e consueto, ove sogliono radunarsi, e congregarsi per trattare gli affari di questa comunità, in cui sono intervenuti gl'infrascritti signori visconti, camerlenghi, e consiglieri: cioè = illm̃i signori Vincenzo Santini, Felice Fiori visconte; Vincenzo Pizzoli, Filippo Boschi camerlenghi officiali residenti; Sigismondo Vidau, Giulio Capalti, Paolo Santini, Carlo Bonanguri, Domenico Bianchi, Vincenzo Bianchi, Gio. Domenico Spadoni, Carlo Guglielmotti, Gio. Battista Lenzi, Salvatore Dumas, Filippo Boschi, Cinzio Fiori, Pio Rossi, Arcangelo Semerini deputati ecclesiastici; p. Pio Molinari deputato ecclesiastico regolare; signor don Prospero Stella deputato ecclesiastico secolare tutti in-

timati jeri per oggi da Valerio Guazzini uno delle trombe di questa città, e chiamati al suono della campana, secondo il solito, asserendo, ed affermando detti signori coadunati esser la maggior parte dei due terzi dei cittadini rappresentanti questa comunità, niente di meno per gli assenti, e legittimamente impediti si obbligano de rato con la clausola ita quod etc. ai quali signori come sopra coadunati fu fatta tra le altre l'infrascritta proposizione, cioè = omissis etc. = varie, e diverse volte con il voto generale della popolazione è stato implorato dal Santo Padre uno stabile spirituale provedimento, con il quale ripristinandosi questa città nel suo antico ecclesiastico splendore, si provedesse anche all'educazione della gioventù forse non sufficientemente provista dei mezzi necessarj per essere istruita. La difficoltà di un'epoca, e quindi la successiva catastrofe dei mali, che sono avvenuti, hanno impedito il conseguimento di questo pio universal desiderio. Pareva però giunto il momento di vedere realizzate le comuni speranze, ed ognuno della città ne manifestò un estremo tripudio. Abbiamo visto fra le nostre mura l'eminentissimo signor cardinal Leonardo Antonelli vescovo di Porto, e santa Ruffina, unitamente al nostro degno, e santo concittadino monsignor Vincenzo Strambi vescovo di Macerata, e Tolentino benignamente inviatici dal Santo Padre nello scorso maggio in qualità di visitatori apostolici per osservare lo stato spirituale di questa città, e preparare quindi l'esecuzione di opere quanto gloriose, ed utili per la loro essenza, altrettanto vantaggiose a questa popolazione in tutti i suoi rapporti. Trattasi in somma di stabilire un seminario, instituire le publiche scuole per ogni scienza, moltiplicare i ministri di Dio, formare una collegiata, e preparare forse in fine a questa città la sede vescovile, come ne era ornata nei primi tempi della Chiesa. Ognuno ben vede, che tanti, e sì importantissimi oggetti diretti tutti al spirituale, e temporale vantaggio di questo popolo esiggono un fondo di un' annua ben vistosa rendita per il loro stabilimento. Non lascia il sig. cardinale di avere in vista molte risorse, che dalla sua autorità, ed efficacia, e dal suo indefesso, ed affettuoso zelo esternato per il bene di questa città, possono, e saranno probabilmente procurate per gli effetti descritti. Ma non sarà mai possibile di vedere la totale effettuazione dei piani, se anche la comunità non concorre con le sue forze a sostenere il peso, che seco porta questa grande opera. Più di una volta abbiamo parlato con il prelodato eminentissimo, e con monsig. vescovo, e varj congressi ha seco loro tenuti di nostra intelligenza questo sig Giuseppe Capalti nostro assessore. Ci siamo seriamente occupati di trovare il modo di accozzare con minor possibile aggravio della popolazione un' annua sicura rendita da mettersi a libera disposizione del benemerito esecutore dei proggettati pii stabilimenti. Si è pensato primieramente, che il ritratto delle affrancazioni del pascolo, tanto nei tredici quartucci, che nella tenuta del Sugareto provenienti dalla spontanea cessione del dritto popolare possono essere una risorsa in questa favorevole circostanza. Dalla memoria fatta su tale oggetto, che si compiega, e si legge, risulta, che i canoni delle indicate affrancazioni possono ragionevolmente procurarsi a favore di questa comunità per essere ceduti, e destinati agli oggetti indicati, porta un' annua rendita di scudi mille cinquecento ottantaquattro, e bajocchi cinquantuno. Ciò però non basta. E' vero, che possono tenersi a calcolo gli annui scudi duecentocinquanta, che la comunità passa ora al collegio dei Dottrinarj per le scuole, come ancora tuttocciò, che la stessa comunità era solita spendere per le offerte tabellate di cera in diverse festività dell'anno in circa scudi centoventi, ma occorrono ancora per l'effettuazione dei piani altri scudi mille e cinquecento annui circa, a rinvenire i quali si ricerca il consiglio delle signorie vostre illustrissime. Prima che la presente proposizione si rendesse nota alle signorie vostre in questo publico consiglio, si pensò di sentirne il parere di una congregazione dei signori visconti, e camerlenghi, che a tale effetto fu convocata il dì 26 dello scorso giugno, approvandosi dalla medesima congregazione i piani, e le memorie formate, tanto relativamente agli annui scudi mille cinquecento ottantaquattro, e baj. cinquantuno provenienti dalla affrancazione dei pascoli,

che tutt' altro espresso, e per li scudi millecinquecento annui circa, che ulteriormente si richiedono, fu di sentimento d' imporci un dazio di baj. 20 al rubbio sul macinato da essere in vigore fintantocchè la comunità sgravata dai suoi debiti, non sia al caso di supplire con le proprie sue rendite a tale annuo assegnamento. Il tutto si propone alle signorie vostre illustrissime per sentirne il di loro sentimento, per questo anche rimettere all' emã sua, che sta attendendo di sentire le consigliari risoluzioni conforme si manifesta nella sua serenissima dei tre corrente. Qual proposizione così come sopra fatta, alzatosi in piedi il sig. Sigismondo Vidau consigliando disse = Quanto si espone nella proposizione è già stato discusso nella congregazione celebrata li 26 giugno prossimo passato. Ognuno delle signorie vostre, che intervenne alla medesima convenne nell' utilità particolare, e generale, che avrebbe portato a questa città l'effettuazione dei pii progettati stabilimenti, e della ragionevolezza, che la comunità dovesse per sua parte concorrere anche essa a sopportare la parte del peso che richiede la loro istituzione. Non troverei quindi la menoma difficoltà di cedere in primo luogo per l' oggetto di cui si tratta i canoni delle affrancazioni dei pascoli, tanto nei tredici quartucci, che nel Sugareto, pregando l'emõ e rmõ sig. cardinale Antonelli ad interessarsi per rivendicarla dalla reverenda camera, ossia per separarli dalla massa dei beni comunitativi camerali, nella quale sono ora compresi. Sembrami evidente la ragione, che essendo conservati illesi alle popolazioni i diritti del pascolo, possiamo noi far capitale del ritratto dei medesimi, che volontariamente abbiamo ceduto; ed ecco, che senza aggravio della popolazione abbiamo già rinvenuti gli espressi scudi annui millecinquecento ottantaquattro, e bajocchi cinquantuno, quanto appunto importano le ulteriori redenzioni dei terreni esistenti in questi tredici quartucci, e tenuta del Sugareto. Nessuna difficoltà, anzi è intieramente plausibile l'egual cessione, tanto delli scudi duecentocinquanta annui attualmente assegnati ai padri Dottrinarj, che delli scudi centoventi, che attualmente spendonsi ogni anno nelle offerte di cera. Consimile cessione non si varia, anzi si megliora l' oggetto, a cui queste somme sono destinate. Finalmente a rinvenire l'ulteriori scudi mille cinquecento annui circa, che in compimento si richiedono, mi pare, che non possa esservi meglior progetto di quello dell' imposizione proggettata di bajocchi venti il rubbio sul macinato. Ognuno, tanto in particolare che in generale risentirebbe un utile dallo stabilimento delle opere proggettate, sia per lo spirituale, che per il temporale, e specialmente dalla istituzione del seminario, delle publiche scuole, ed in conseguenza mi par giusto, che ognuno debba contribuire alla loro esecuzione. Trattasi di una imposizione ben tenue, la maggior parte della quale viene soddisfatta dall' estero, ciò, che non succederebbe adottandosi qualunque altro proggetto, in conseguenza non avrei veruna difficoltà di approvarla, bene inteso, che debba essa durare finchè sgravata la comunità dei debiti possa con le proprie rendite supplire a questo assegnamento. Intendo però, che le cessioni, che fa la comunità debbano aver luogo sempre che abbiano in qualche modo esecuzione i piani proggettati; nel qual caso sarei di sentimento di supplicare l'emõ sig. cardinale Antonelli, acciò si degnasse, quando lo creda conveniente, di considerare la comunità per qualche nomina tanto nel seminario, che beneficiato in compenso di queste cessioni. Finalmente mi sembrerebbe giusto di aggiungere, che siccome la comunità supplisce ora ad una vistosa rendita per la istituzione dei pii stabilimenti, che altronde non potrebbero essere effettuati, così se col tempo, attesa la pietà dei fedeli, o per via di lascite, o in qualunque altro modo questi medesimi luoghi pii, che ora vorrebbero istituirsi, giungessero a formare per altra parte una rendita da supplire al loro mantenimento, sia la comunità in qualche proporzione alleggerita dal peso, che si addossa con le attuali cessioni. Crederei poi di autorizzare li signori publici rappresentanti a deputare due, o più cittadini per presentarsi a nome della popolazione al trono pontificio, ed esponendo i bisogni spirituali di questa popolazione, e la necessità in cui è di essere istrutta nelle scienze, rinnovare alla Santità Sua a nome del publico le più umili istanze, onde ottenere dalla suprema

sua autorità quei stabili provedimenti, che da ognuno sono desiderati, e che da tanti anni abbiamo implorato dalla santa Sede, rimettendomi per sempre al savio sentimento delle signorie vostre, e date le palle per approvare la suddetta arringa, e quelle raccolte, furono trovate bianche num. dieciotto, negre nessuna, onde fu pienamente approvato = Così è Pietro Antonio Scotti notaro publico, e segretario archivista.

Num. III.

Votum ad rem panditum a procuratore fisci.

§. 18. Die xxiv. januarii 1804. comp. d. Nicolaus Valentini procurator fiscalis, qui ex debito sui officii exposuit ut infra = Communitas hujus civitatis prospiciens, quod unica parochia a pp. Dominicanis administrata ingenti populi numero satis non erat cum ipsa expedita sacramentorum administratione, aliisque bonis spiritualibus egerit, preces papæ Pio VII. porrexit, in quibus præfatæ parochiæ dismembrationem, aliarumque curarum erectionem efflagitavit, prout constat ex supplici libello pp. rr. de quo in actis. Summus pontifex prævia expositorum veritate rm̃um p. vicarium generalem inclyti ordinis Prædicatorum audivit, qui nomine religionis pro eadem dismembranda parochia consensum præstitit, quo habito, Pius VII. illm̃um ac rm̃um Dionysium Ridolfini de Connestabilibus archiepiscopum, episcopum Viterbiensem, et Tuscanensem vivo vocis oraculo delegavit, ut auctoritate apostolica supra recensitam parochiam dismembraret, aliasque curas pro suo arbitrio erigeret. Antequam illm̃us et rm̃us d. archiepiscopus, et episcopus ad executionem prædicti mandati summi pontificis deveniret, consensus pro dicta parochia dismembranda, firma tamen remanente ecclesiæ sanctæ Mariæ matricitate oretenus a laudato vicario generali nomine religionis eidem renovatus fuit. Quibus stantibus, comparens instetit prædictam parochiam firma remanente dictæ ecclesiæ sanctæ Mariæ matricitate præterquam in ecclesia divi Antonii pro cura præpositi presbyteri sæcularis assignanda, ac in functionibus ab eodem explendis pro nunc dismembrari, aliasque curas ex aliis ecclesiis in posterum erigi, nempe unam in dicta ecclesia s. Antonii dicto præposito presbytero sæculari, alteram in ecclesia s. Francisci Minorum Conventualium religioni, tertiam denique in ecclesia s. Barbaræ vulgo darsena pp. Cappuccinorum religioni conferre, cæteraque fieri ad formam mandati, ac instructionis illustrissimo, et reverendissimo d. vivo vocis oraculo a dicto summo pontifice tributæ; et decretum fieri ad primam diem. Lettera » A » Citentur admodum rr. pp. Dominicani, et pro eis r. p. prior oeconomus unicæ parochiæ aut, etc. in ecclesia s. Mariæ exadv. principales ad comparendum die crastina in ædibus palatii communitativi hora 18 coram illustrissimo ad reverendissimo domino, et ad audiendam voluntatem summi pontificis Pii pp. VII. super divisione, et separatione et dismembratione dictæ parochiæ ad cit. spectan etc. una cum districtus parte familiis posterum designan., et loco voluntatis fieri decretum ad formam institutionis, et specialium facultatum a summo pontifice illustrissimo ac reverendissimo domino vivo vocis oraculo tribut. exequen. in actu sacræ visitationis, et decretum ad dictam diem Intante d. Nicolao Valentino pro fiscali curiæ episcopalis sive etc. = pro domino Augustino Bartoli cancellario episcopali = Bonaventura Petrucci substitutus = A dì xxiv. gennaro 1804 = Io sottoscritto publico cursore di questa città riferisco aver presentato copia simile in mani del detto p. priore. In fede etc. Carlo Mecucci. =

Num. IV.

Tenor decreti editi a delegato apostolico.

§. 19. Extunc illm̃us, et rm̃us dominus archiepiscopus episcopus uti delegatus apostolicus visa instantia procuratoris fiscalis, viso supplici libello pp. rr. de quo in actis, aliisque visis vid., consideratis considerandis, utendo facultatibus a pp. Pio VII vivo vocis oraculo eidem tribut. facta per vicarium generalem de ejus mandato diligenti super expositis inquisitione, ac attento consensu per rm̃um p. generalem ordinis s. Dominici nomine religionis summo pontifici, ac illm̃o, et rm̃o domino præstito parochiam in ecclesia s. Mariæ erectam, ac per pp. Dominicanos administratam, una cum districtus parte hominibus et familiis in posterum designan. auctoritate apostolica dicto illm̃o, ac rm̃o domino a dicto summo pontifice delegat. et exe-

quen. in actu sacræ visitationis pro nunc separavit, divisit, et dismembravit, aliarumque curarum erectionem, cæteraque fieri juxta mandatum et instructionem ejusdem papæ Pii VII. in posterum reservavit, et ita auctoritate prædicta pro dismembrata, ac divisa dictam parochiam haberi voluit, et mandavit. Datum in ædibus palatii illustrissimæ communitatis hac die 25 januarii 1804 = D. archiepiscopus episcopus Viterbiensis, et Tuscanensis delegatus apostolicus = lectum, latum publicatum fuit prædictum decretum dismembrationis dictæ parochiæ s. Mariæ die dicta 25 januarii in dictis ædibus præsentibus r. d. Petro Giannini filio Georgii de urbe, et r. d. Mario Calisti fil. quondam Angeli de Ischia testibus etc.

Num. V.

Die 22 januarii 1804.

Instantia renovata a procuratore fiscali pro obtinenda nova erectione parasciarum.

§. 20. Comparuit dominus Nicolaus Valentini procurator fiscalis in ædibus palatii illmæ communitatis, et dixit quod in audientia diei mercurii 25 currentis mensis januarii habita in prædictis ædibus ab illmo domino d. archiepiscopo episcopo Viterbien., et Tuscanen uti delegato apostolico editum fuit ab eodem decretum in quo vigore facultatum a sanctissimo pp. Pio VII. vivo vocis oraculo eidem tributarum unicam parochiam erect. in ecclesia sanctæ Mariæ olim ad pp. Dominicanos spectantem una cum districtus parte, et familiis divisit, separavit, dismembravit, reservavitque in posterum alias erigere curas pro sollicita populo præstanda sacramentorum administratione, aliisque subministrandis spiritualibus auxiliis, quibus summopere indiget, prout constat ex actis, ad quæ etc. Quapropter comparens institit laudatum archiepiscopum episcopum auctoritate apostolica, et specialiter eidem delegat. præfatæ parochiæ separationem, divisionem, ac dismembrationem exequi, aliasque parochias erigi, unam nempe in ecclesia divi Antonii in suburbio existentem, alteram in ecclesia sancti Francisci min. Conventualium, et tertiam in ecclesia s. Barbaræ posit vulgo in darsena, et unicuique earum districtui familias designari, ceterosque ordines a summo pontifice pro scholis augendis ad formam ejus instructionis decerni, et pro ejusmodi effectu fieri decretum. etc.

Lettera A.

Consonum decretum editum ab delegato apostolico.

§. 21. Extunc illmus, ac rmus dominus archiepiscopus episcopus uti delegatus apostolicus sedens etc. visa instantia procuratoris fiscalis, aliisque visis videndis, consideratis considerandis, inhærendo decreto lato sub die 25 currentis mensis, nec non instructionis, et mandato vivæ vocis oraculo a sanctissimo pp. Pio VII. habito tres alias parochias cum respectivi districtus hominibus, et familiis in eodem existentibus descript. in folio separato, de quo in actis; nempe primam in ecclesia divi Antonii in suburbio hujus civitatis existentem praeposito presbytero, alteram in ecclesia sancti Francisci Minorum Conventualium religioni, tertiam denique in ecclesia sanctæ Barbaræ vulgo in darsena posita religioni Cappuccinorum conferendam erexit, et pro erectis haberi voluit, et mandavit, et pro hujusmodi effectu mandavit immitti in possessionem dictarum curarum præpositum, et præsentatos a respectivis religionibus etc. immisit etc. non solum etc. sed etc. omni etc.

Reservationes speciales.

§. 22. Item per caput separatum mandavit servari, et exequi omnia, et singula decreta, et ordines, de quibus in actis respicien. integram executionem instructionis oretenus habitæ a summo pontifice, tam super dictas parochias, quam pro scholis augendis, decemque locis pro totidem juvenibus hujus civitatis ven: sem: Viterbii collocan. etc. Summaque in scuta mille sexcentum juxta mandatum sacræ congregationis Boni Regiminis per illmam communitatem annuatim pro emolumentis præposito, aliisque coadjutoribus curatis, magistris, et seminario prædicto solven. cæterisque in omnibus et per omnia ad formam dictæ instructionis et mandati, ac pp. Dominicanis, sive eorum p. procuratori, et oeconomo curæ inhibuit ne parochiales functiones, sacramenta, cæterosque actus parochiales exerceant sub poena censurarum, aliisque arbitrio etc. summi pontificis, et præsens decretum una cum designato parochiæ districtu, et familiis intimari mandavit etc. non solum etc. sed et omni etc. = D. archiepiscopus episcopus Viterbiensis, et

Tuscanensis delegatus apostolicus. Lectum, latum, publicatum fuit sub die prædicta 22 januarii 1804 præsentibus dd. Joanne Dominico Spadoni, et Dominico Casacca testibus etc.

Lettera B.

Alii actus judiciales concernentes ipsam dismembrationem veteris parœciæ, et erectionem novarum.

§. 23. Illmo ac rmo domino archiepiscopo episcopo et delegato apostolico sive etc. = Intimet. etc. rr. pp. Dominicanis, et pro eis reverendo parocho, et oeconomo curæ s. Mariæ exadvers. principalibus, quor. etc. Illmus, et rmus domus in executionem decreti lat. sub die 25 currentis mensis super separatione, divisione, et dismembratione parochiæ in s. Mariæ ecclesia erect. olim ad intimatos spectan. etc. tres alias parochias erexit: nempe unam in ecclesia divi Antonii existen. in suburbio hujus civitatis præposito presbytero conferen. alteram in ecclesia divi Francisci Minorum Conventualium religioni, tertiam denique in ecclesia s. Barbaræ posita vulgo in darsena pp. Cappuccinorum religioni pariter conferen. designatis unicuique earum districtu, et familiis pro ut in annexo folio, de quo in actis, nec non inhibuit intimatis ne audeant exercere funchiones parochiales, sacramenta administrare aliosque actus parochiales explere in dictis parochiis sub poena censurarum, aliisque arbitrio etc. summi pontificis, et alias satius prout in dicto decreto, ad quod etc. Io sottoscritto ho ricevuto copia simile della presente intimazione = F. Giuseppe Antognoli procuratore ed economo del convento di santa Maria questo dì 22 gennaro 1804. = Ita est Bernardinus Torraca not. pub. rogatus etc. = Pro domino Augustino Bartoli cancellario episcopali Bonaventura Petrucci substitutus etc.

Num. VI.

Alii similes actus ut supra.

§. 24. Con l'istessa autorità apostolica stante la smembrazione, divisione, separazione di già eseguita come dai decreti antecedenti ec. ai quali ec dell'unica parrocchia di santa Maria, che si amministra dai pp. Domenicani, decretiamo, ed ordiniamo, che la detta parrocchia di santa Maria, che si amministra dai pp. Domenicani debba proseguire a conservare la matricità a lei competente per ogni titolo di distinzione, e come tale vogliamo, che sia da ciascuno riconosciuta anche nel tempo avvenire, e volendogliene dare un contrassegno più autentico di questa particolare distiuzione, perciò vogliamo, che il parroco di santa Barbara vulgo in darsena sia obligato personalmente battezzare i suoi rispettivi parrocchiani nel fonte istesso, che già eretto ritrovasi in detta chiesa matrice; quindi assegnamo, e ristringiamo pel suo presente distretto tutte le tre strade, e terminata la terza strada, ove si sbocca per andare in piazza Leandra tutti li casamenti, che sono a mano sinistra tanto dalla sboccatura di dette tre strade fino al publico, esclusive, come tutti li casamenti, che restano a mano manca nell'andare in su a piazza Leandra, e strada consecutiva, che conduce all'ospedale di s. Giovanni di Dio, non meno che lo spedale medesimo, ed il casamento a questo unito nella parte superiore di detto spedale, che conduce alla Morte, esclusa la chiesa della medesima con tutti li casamenti situati a sinistra della strada venendo in giù a piazza d'Armi; tutti li casamenti ancora, che esistono tanto a mano sinistra, che a destra per detta strada che conduce a piazza d'Armi con l'intera piazza sudettta, palazzo Apostolico fino a porta Livorno, e tutto Campo Orsino con l'archetto, escluso sempre il porto, e per confine di detta parrocchia assegnamo la casa Ferruggia, ed il teatro esclusive venendo verso la piazza. Dato dalla nostra residenza nel convento di s. Francesco il dì 22 gennaro 1804. = Dionisio arcivescovo vescovo di Viterbo, e Toscanella delegato apostolico.

Num. VII.

De matricitate ecclesiæ parochialis dismembratæ, et honoribus eidem competentibus.

§. 25. Volendo la Santità di Nostro Signore, che la chiesa dei padri Domenicani abbia anche nei tempi posteriori una qualche publica dimostrazione della sua matricità, anche in benemerenza del consenso prestato dai padri suddetti per il dismembramento della loro parrocchia a publico bene, con l'oracolo della medesima Santità Sua ordiniamo, che cominciando dall'anno corrente, debbasi sempre, ed in perpetuo dalle al-

tre tre parrocchie nuovamente erette mandare nella chiesa suddetta nella mattina della festa di s. Fermina protettrice di Civitavecchia, mezza libra di cera per ciascheduna in atto di tributo, e di riconoscenza, quale atto volendo, che sia accompagnato da decenza, ordiniamo, che la nominata cera sia portata per la parrocchia dei preti secolari da un prete vestito in abito lungo, e per le altre due parrocchie una dei padri Minori Conventuali, ed una dei Cappuccini da un religioso sacerdote di ciascun ordine rispettivo. = Dato fuori di porta Flaminia il dì 4 marzo 1804. = D. arcivescovo, vescovo di Viterbo, e Toscanella delegato apostolico.

Num. VIII.

Idem ut supra.

§. 26. Volendo dare alla chiesa dei padri Domenicani un' ulteriore contrassegno di riconoscenza, e di distinzione con l'oracolo della Santità di Nostro Signore decretiamo, che, la lezione scritturale, che in altro decreto abbiamo ordinato doversi fare tutti i giorni festivi dopo il vespero a spirituale istruzione, debba questa farsi nella nominata chiesa dei padri Domenicani, e che tale impiego debba sempre appartenere ad un' individuo della religione suddetta, che dovrà essere scelto dal vescovo pro tempore, e che potrà esserne rimosso ad libitum. Al medesimo rimangono assegnati scudi quaranta annui da prendersi sopra li scudi mille seicento, secondo il riparto convenuto. Dato fuori di porta Flaminia il dì 4 marzo 1804. = D. arcivescovo, vescovo di Viterbo, e Toscanella delegato apostolico.

Num. IX.

Distributio praeeminentiarum inter parrocias noviter erectas.

§. 27. A dì 28 gennaro 1804. = Inerendo alli decreti emanati sotto il dì 25 e 27 gennaro 1804 con autorità apostolica specialmente a noi delegata da Sua Santità papa Pio VII., emanato il primo per la separazione, divisione, e dismembrazione dell'unica parrocchia eretta nella chiesa matrice di s. Maria, che si amministra dai padri Domenicani; ed il secondo per la erezione di altre tre parrocchie, una cioè nella chiesa di sant'Antonio nel borgo, e la seconda nella chiesa di s. Francesco dei Minori Conventuali, la terza nella chiesa di santa Barbara vulgo in darsena. In quanto alla prima eretta in s. Antonio al borgo, quale vogliamo, che abbia tutte le preeminenze dovute al clero secolare tanto nella chiesa, quanto nelle publiche processioni, ed altre funzioni, nella medesima erigiamo ancora il fonte battesimale, e questa con la stessa apostolica autorità conferiamo al prevosto sacerdote secolare con l'ajuto di quattro canonici curati con i pesi, obligazioni, ed emolumenti da descriversi in appresso ai quali etc. Assegnamo alla suddetta parrocchia per suo distretto l'intero borgo fino alla porta Romana Vecchia con tutta la campagna spettante a questo territorio, dandole per confine le mura castellanee della vecchia città. Riserviamo a noi per questa prima volta sempre con l' istessa autorità apostolica la nomina del prevosto, e dei quattro canonici curati; nelle vacanze posteriori si dovrà la prevostura conferire per concorso, ed i quattro canonici curati per esame nelle debite forme, sempre per altro amovibili ad nutum. Ed intanto per provedere subito al bene spirituale della respettiva popolazione, deputiamo per economo della suddetta cura il molto reverendo signor don Pietro Giannini con tutte le facoltà necessarie, ed opportune, fino a tanto, che ne prenderà il possesso il prevosto curato. Nella suddetta chiesa parrocchiale, e prevostura, ordiniamo, che sempre debba esservi un sagrestano sacerdote, e confessore, riservandone privativamente a noi per questa prima volta la nomina, e nelle future vacanze alternativamente nominarsi una volta dal vescovo, e l'altra dall' illmo magistrato. Ordiniamo inoltre, che il prevosto dovrà in tutta la sua estensione soddisfare alla cura con l'ajuto dei quattro canonici curati; sua cura speciale sarà di spiegare il vangelo, fare la dottrina cristiana, e tutt'altro, che è annesso al peso di detta cura, compresa l'applicazione delle messe pro populo, ed altro etc. Dovrà personalmente cantare la messa in tutte le principali solennità dell'anno, cioè Natale, Pasqua di resurrezione, Ascensione, Pentecoste, Corpus Domini (nella quale dovrà portare il ssmo Sagramento nella processione da farsi

da detta chiesa parrocchiale, e prevostura) nel giorno di s. Pietro e Paolo, del titolare della chiesa, nel giorno di tutti i santi, e nella commemorazione dei defonti. Similmente ordiniamo, che i quattro canonici curati, incominciando dai più anziani, debbano in tutte le feste in ora comoda al popolo, da stabilirsi da noi, fare alternativamente il catechismo, e gli altri due dovranno prestarsi in ajuto del prevosto nella dottrina cristiana immancabilmente in tutte le feste, e per facilitare l'istruzione dovranno dividersi a classi tanto gli uomini, che le donne, ed in ogni sei mesi gli uni succederanno agli altri alternativamente, sì nel fare i catechismi, che la dottrina cristiana. Tutti con la debita dipendenza dal prevosto, che è il loro capo, dovranno assistere, e servire la chiesa con ascoltare le sagramentali confessioni, amministrare i sagramenti, assistere ai moribondi con quel turno, che stabiliranno fra di loro con l'approvazione nostra, e dei nostri successori, non escluso in questo il prevosto istesso. In tutte le feste dell' anno comprese quelle nelle quali trovasi presentemente tolto ai fedeli l' obligo dell'osservanza, saranno obligati cantar la messa, ed i vesperi, ed a questa obligazione sarà anche tenuto il sagrestano, il quale, oltre le altre attribuzioni, che seguiranno in appresso, dovrà alternativamente, e per turno con i canonici curati cantar la messa, eccettuati li giorni destinati al prevosto, e tutti nelle dette feste dovranno cantare i vesperi. Similmente tanto il prevosto, che i canonici curati, ed il sagrestano saranno obligati di fare la buona morte in tutte le domeniche da novembre fino a pentecoste, e questo parimenti per turno da principiare subito, che saranno installati. Allorchè poi sarà il tempo di eleggere li due altri canonici curati, come si dirà a suo luogo, questi ancora dovranno soggiacere a tutte le suddette obligazioni assegnate al prevosto, ed alli quattro canonici curati etc. eccettuatine i catechismi, e la dottrina cristiana, dovendo questi in ogni domenica, ed altro giorno festivo alternativamente fare nella sera l' oratorio per gli uomini solamente, fare tutt'altro, che con l'approvazione nostra, e dei nostri successori, gli sarà prescritto. Il sagrestano poi dovrà avere la cura della chiesa, e sagrestia, e tenere un chierico a tutte sue spese per servizio della medesima, e dovrà nei casi di bisogno, e nei tempi d' influenza prestarsi in ajuto del prevosto, e degli altri nell' assistere gl' infermi. Dato dalla nostra residenza il dì 22 gennaro 1804. = D. arcivescovo, vescovo di Viterbo, e Toscanella delegato apostolico.

Num. X.

§. 28. Con la medesima autorità concediamo, e cediamo il jus patronato della detta chiesa parrocchiale, e prepositura di s. Antonio all' illma comunità, con i seguenti pesi. Primieramente ordiniamo, che la suddetta comunità debba ridurre l'abitazione annessa a detta chiesa comoda per sei sacerdoti, non meno che per li due altri, dei quali si è altrove parlato; bene inteso che la suddetta comunità dovrà tuttociò eseguire a tutte sue spese, come ancora ridurre la detta chiesa capace, e recipiente a contenere la numerosa popolazione della medesima, ed egualmente sarà tenuta alla manutenzione di detta casa, e chiesa; più sarà anche tenuta provvederla delle sagre suppellettili, vasi sacri, cera, e di quanto è necessario per l'amministrazione de' sagramenti. Ordiniamo che detta comunità debba pagare nei tempi da convenirsi annualmente la somma di scudi mille seicento, da ricavarsi dalla gabbella del macinato, ed altra imposizione, che sarà stabilita dalla congregazione del Buon Governo, a seconda dell'ordine espresso di Sua Santità, ed a libera disposizione nostra, e dei nostri successori, ad oggetto di pagare scudi duecento al prevosto nelle rate, che si fisseranno, e scudi cento per ciascuno ai quattro canonici curati da pagarsi similmente in rate. Inoltre assegnamo, e conferiamo adesso per quando vacherà il benefizio di s. Fermina al prevosto pro tempore, e riserbando su questo soltanto un special beneplacito apostolico, essendo questa l' istruzione dataci da Sua Santità, che ordinando tutto il resto, che sia eseguito al momento con la suprema sua autorità, e delegazione a noi, questo soltanto ha a se riservato. E se il

De jurepatronatu ecclesiae s.Antonii communitati reservato.

beneficio non corrisponderà all'annualità fissata al detto prevosto di scudi duecento, dovrà la comunità supplire il mancante, ed i scudi duecento, che rilascia il prevosto sulla somma di scudi mille seicento, restano destinati per l'erezione di altri due canonici curati da farsi egualmente per esame, e con le medesime condizioni degli altri, come si è detto etc. Assegnamo al sagrestano scudi cento l'anno, cioè scudi settantasei, che una volta si pagavano al cappellano di s. Antonio dalla comunità, e scudi ventiquattro dalla reverenda camera apostolica. Volendo di più nostro Signore, che resti in appresso provveduto in tutte le maniere possibili ai bisogni spirituali di questa popolazione, ordiniamo, che dei scudi mille seicento, dei quali già si è parlato, scudi quaranta l'anno si assegnino ad un soggetto abile a nostra scelta, e dei nostri successori, acciò nei giorni festivi spieghi la sagra Scrittura. Dato in Civitavecchia dalla nostra residenza in s. Francesco il dì 27 gennaro 1804. = D. arcivescovo, vescovo di Viterbo, e Toscanella delegato apostolico.

Num. XI.

De finibus paraeciae nuncupatae s. Francisci.

§. 29. Inerendo ancora ai decreti emanati etc., ai quali etc., decretiamo, ed ordiniamo, che la chiesa di s. Francesco, che ritrovasi di già da noi eretta in parrocchia abbia la precedenza sopra quella eretta nella chiesa di s. Barbara, ed ancora a questa parrocchiale chiesa di s. Francesco dei padri Minori Conventuali, concediamo la facoltà di potere erigere il fonte battesimale. Assegnamo per distretto di detta parrocchia tutta la piazza così detta di s. Francesco fino alla porta Romana Vecchia, inclusive, e le case di qua dal muro, che divide la città dal borgo, ed il teatro, inclusive, e la casa di Ferruggia, e le mura della città vecchia, dall' altra parte il palazzo dell' illm̃a comunità, e suoi annessi, cioè carceri, case, e botteghe, che restano attorno a detto palazzo, da cui, e dalla parte delle carceri, proseguirà detta parrocchia ad avere tutte le case, e botteghe, che sono a mano destra andando in su alla piazza Leandra, con tutti li casamenti etc., la strada continuando sempre a mano destra, tutta la piazza Leandra con tutti li casamenti etc., incluso il vicolo situato a destra, che forma isola col palazzo Zelli, in faccia dello spedale di s. Giovanni, sempre a destra, che termina alla voltata, che conduce alla chiesa della Morte, la quale poi sarà il confine di detta parrocchia nella strada di sopra. Ordiniamo finalmente, che il parroco di detta chiesa debba adempire a tutti i pesi consueti ad ogni curato, cioè spiegazione del vangelo in tutte le feste dell'anno, dottrina cristiana, e catechismo, applicazione in tutte le feste della messa pro populo, amministrazione de' sagramenti, assistenza agli infermi etc. Siccome poi a forma del sacrosanto concilio di Trento, devono li rispettivi superiori regolari, prescegliere un sacerdote della medesima religione, di probità, dottrina, ed idoneità per l'esercizio della cura, e presentarlo a noi, ed ai nostri successori per l'approvazione, così essendo a noi stato presentato dal rm̃o p. generale dei Minori Conventuali, il molto reverendo p. maestro Alessandro Menandri guardiano attuale di questo loro convento per curato di detta parrocchia, come dalla nomina alla quale etc. confermiamo, ed approviamo il medesimo, per l'esercizio di detta cura, ed ordiniamo, che dal nostro vicario generale glie se ne dia il possesso. Dato in Civitavecchia dalla nostra residenza di s. Francesco il dì 27 gennaro 1804. = D. arcivescovo, vescovo di Viterbo, e Toscanella delegato apostolico.

Num. XII.

De districtu alterius paraeciae nuncupatae s. Barbarae

§. 30. Servendoci delle medesime facoltà, come altrove etc.; ed inerendo etc., decretiamo, ed ordiniamo ancora, che la chiesa di s. Barbara in darsena di già da noi eretta in parrocchia, e conferita alla religione dei padri Cappuccini, abbia per suo distretto la darsena suddetta, tutto il porto, case annesse, e la fortezza. Ordiniamo, che il parroco della medesima, abbia le medesime obbligazioni, e pesi annessi alla cura, e già da noi descritti per il parroco di san Francesco, con la facoltà di potere amministrare li sagramenti, tanto nella chiesa della darsena, quanto in

quella della fortezza per maggior commodo, e soddisfazione del respettivo suo popolo, ed ordiniamo insieme, che in ordine al sagramento del battesimo, sia obbligato personalmente ammministrarlo ai respettivi parrocchiani nella chiesa matrice, e fonte battesimale di già esistente in s. Maria. La suddetta cura già da noi conferita alla religione dei padri Cappuccini, per essa vogliamo, che resti amministrata dal reverendissimo padre provinciale pro tempore, come di fatti la conferiamo al medesimo rmo padre provinciale qui presente, ed ordiniamo, che dal nostro vicario generale glie se ne dia immediatamente il possesso nelle debite forme etc., e per vicario curato presentatoci dal detto padre provinciale approviamo, e confermiamo nell'esercizio di detta cura il padre presidente dell'ospizio dei detti padri Cappuccini, attualmente esistente in darsena; con i medesimi pesi denunciati nei decreti etc., ai quali etc. Dato in Civitavecchia dalla nostra residenza in san Francesco il di 27 gennaro 1804. = D. arcivescovo, vescovo di Viterbo, e Toscanella delegato apostolico.

Num. XIII.

EDITTO

Dionisio Ridolfini de' Connestabili patrizio Narnese, per la grazia di Dio, e della Sede apostolica arcivescovo, vescovo di Viterbo, e Toscanella, della Santità di nostro Signore papa Pio VII. prelato domestico, ed assistente al soglio pontificio.

Publicatio gestorum per executorem apostolicum.

§. 31. Eccovi giunti a quel momento, che da tanti lustri sospiravate: l'accrescimento vistoso della popolazione, li voti di tutti gli ordini della città, in una parola, li voti pubblici presentati al trono di Nostro Signore, sono stati esauditi, ed era a lui riservato dal cielo il farvi questo bene, e noi nel ricevere la missione di governare questa diocesi abbiamo ricevuto insieme la delegazione di eseguire il piano, che con paterno amore Sua Beatitudine ha formato per dare un sistema stabile, e proporzionato a tutti li bisogni di questa città, e provvedere a tutti gli oggetti spirituali, e di pubblica educazione. Si sono erette con l'espresso oracolo, ordine, e delegazione fatta in persona nostra da Sua Santità, altre tre parrocchie, che con quella dei padri Domenicani in s. Maria compiscono il numero di quattro, giacchè abbisognavano di ajuto, e da cui questa nostra città deve la più grata riconoscenza, perchè per tanto tempo si sono assoggettati ad un peso insopportabile assolutamente, per puro amore di voi, o popolo dilettissimo. A queste parrocchie sono stati di già installati li nuovi parrochi, è necessario dunque, che ognuno del popolo riconosca il suo pastore, e che a tutti siano noti li confini della parrocchia propria. Qui d'appresso restano notate le medesime, con li più distinti confini, ed ecco manifestato quanto si è stabilito con autorità apostolica in atto di sagra visita. Tocca a voi, figli dilettissimi in Gesù Cristo, approfittare di un favore sì segnalato di Sua Beatitudine, e procurare la vostra santificazione, e la vostra felicità eterna, che mai si trova da chi è lontano da Dio. Giovani, ecco provveduto ai vostri bisogni, e con il sistema dei studii, che ugualmente rimane stabilmente fissato in questa nostra città, e con dieci posti, che vi sono accordati nel nostro seminario di Viterbo, come tutto costa negli atti, il vostro ozio diverrebbe tanto peggiore, perchè resta isolato senza pretesti, e senza scuse. Rendete grazie al Signore, e pregate incessantemente per il Santo Padre, e divenite con questi mezzi, gente santa, e popolo di conquista. = Parrocchia eretta nella chiesa di s. Antonio posta nel borgo =. Assegnamo alla medesima, per suo distretto l'intero borgo fino alla porta Romana Vecchia, inclusive con tutta la campagna spettante a questo territorio, e per confine le mura castellanee della vecchia città. = Parrocchia di s. Maria matrice =. Destiniamo alla medesima tutte le tre strade, e terminata poi la terza strada, ove si sbocca per andare in piazza Leandra, tutti li casamenti, che sono a mano sinistra, tanto della sboccatura di dette tre strade fino al palazzo publico, esclusivamente, come tutti gli altri casamenti, che restano a mano manca nell'andare in su a piazza Leandra, e strada consecutiva, che conduce al-

lo spedale di s. Giovanni di Dio non meno che l'ospedale medesimo, ed il casamento a questo unito alla parte superiore di detto spedale, che conduce alla Morte, esclusive la chiesa della medesima con tutti gli altri casamenti situati a sinistra della strada venendo in giù a piazza d'Armi fino alla sudetta strada per detta strada, che conduce a piazza d'Armi con l'intera piazza suddetta, palazzo apostolico fino alla porta Livorno, e tutto Campo Orsino con l'archetto, escluso sempre il porto, e per confine di detta parrocchia assegnamo la casa Ferruggia, ed il teatro esclusive venendo verso la piazza = Parrocchia di s. Francesco = Assegnamo alla medesima tutta la piazza fino alla porta Romana Vecchia inclusive, e le case di qua, e di là dal muro, che divide la città dal borgo fino alla casa Ferruggia, ed il teatro inclusive, e le mura della città vecchia, dall'altra parte il palazzo dell'illustrissima signora comunità, e suoi annessi, cioè carceri, case, e botteghe, che restano intorno al detto palazzo, da cui dalla parte delle carceri proseguirà detta parrocchia ad avere tutte le case, e botteghe ec., che sono a mano destra andando in su alla piazza Leandra, e strada con li casamenti ec. inclusivo il vicolo a destra che forma isola con il palazzo Zelli in faccia allo spedale di s. Giovanni sempre a destra, che termina alla voltata, che conduce alla chiesa della Morte, la quale poi sarà il confine nella strada di sopra a detta parrocchia = Parrocchia eretta nella chiesa di santa Barbara nella darsena = . Assegnamo a questa cura la darsena, tutto il porto, e case annesse, e la fortezza, coll'obligo però al parroco di battezzare personalmente i suoi respettivi parrocchiani nel fonte di santa Maria. Riguardo agli altri sagramenti lo abilitiamo a poterli amministrare nella chiesa della darsena, nell'ospizio della medesima, ed anche in quella della fortezza. Ordiniamo, che ciascun parroco debba osservare li confini del distretto di sopra enunciato sotto le pene canoniche, come al decreto da noi emanato sotto il presente giorno ventisette corrente gennaro.=Dato dalla nostra residenza nel convento di s.Francesco 27 gennaro 1804. = Per Agostino Bartoli cancelliere vescovile

Bonaventura Petrucci sostituto.

Comparve nella cancelleria vescovile Carlo Mecucci publico balivo di questa curia vescovile, e referì avere affissi due editti riguardanti la separazione, divisione, dismembrazione della parrocchia matrice di santa Maria, e l'erezione di altre tre parrocchie, cioè una in s. Antonio in borgo, l'altra in san Francesco, e la terza in santa Barbara nella darsena.

Dato dalla cancelleria vescovile vent'otto gennaro 1804.

Agostino Bartoli cancelliere vescovile.

Num. XIV.

§. 32. Perchè le publiche scuole che sotto particolari convenzioni rimangono affidate ai padri Dottrinarj abbiano quell'ordine, che conviene alla publica istruzione, e questa non si aggiri sopra un piano vago, ed incerto, perciò facendo uso delle apostoliche facoltà a noi specialmente concesse, ed inerendo pienamente alle istruzioni avute, ed a noi communicate dalla Santità di Nostro Signore, decretiamo quanto siegue. *Leges servandæ in gymnasiis noviter erectis.*

§. 33. 1. Vi saranno a vantaggio della città di Civita Vecchia un maestro per le scuole elementari, dove saranno ammessi tutti quei giovanetti, che non conoscono lettere dell'alfabeto, altro maestro per imparare a leggere, e scrivere, ed abbaco, altro maestro di grammatica, altro di umanità, altro di rettorica, altro di filosofia, compresa la matematica, ed un superiore. *De ludi magistris.*

§. 34. 2. Il maestro di umanità avrà l'obligo d'insegnare in due giorni fissi della settimana la geografia, e qualora si credesse d'estendere le lezioni a qualche altro giorno non si dovrà ricusare. *De munere magistri humanarum scientiarum.*

§. 35. 3. Ai padri Dottrinarj rimangono affidate le scuole suddette; saranno pertanto obligati li superiori maggiori di situarvi a tale oggetto abili, e probi maestri, quali possano degnamente, e con vantaggio della gioventù disimpegnare le sopra descritte istruzioni. *De magistris eligendis a patribus Doctrinariis.*

§. 36. 4. La comunità sarà obligata di somministrare ai padri suddetti il locale per le scuole con tutti gli annessi, alle quali dovranno por- *De localibus a communitate subministrandis.*

tarsi i suddetti maestri per dare le loro respettive lezioni.

De religiosis operibus a discipulis explendis.

§. 37. 5. Uno dei religiosi del collegio sarà incaricato d' invigilare acciò li scolari di ogni classe una volta ogni quindici giorni si accostino al sagramento della confessione; dire la messa per li scuolari, ed assistere alla congregazione, ed alla dottrina cristiana ogni festa, invigilando altresi che i maestri un mese per ciascheduno la mattina delle domeniche spieghino il vangelo corrente alli scuolari, e dopo il pranzo spieghino alli medesimi la dottrina cristiana per lo spazio di un ora. Invigilerà, che non succedano sconcerti nell'ora dell'ingresso, ed esaminerà quei ragazzi, che nel corso dell' anno si presenteranno per essere ammessi a scuola, onde assegnar loro la conveniente classe. Finalmente supplirà allorquando per alcuni giorni si ammalasse alcuno dei maestri.

De instrumentis ex superextantibus redditibus coemendis.

§. 38. 6. Siccome le rendite che secondo l' istromento rogato con la comunità vanno ad avere i padri suddetti ripromettono sotto una scrupolosa amministrazione dei sopravanzi, perciò sarà obligato il superiore pro tempore dei padri Dottrinarj di provedere con i nominati sopravanzi le carte geografiche, la sfera, i globi, una discreta libreria, e quanto altro può abbisognare per una esatta cognizione delle scienze, che dovranno insegnare.

De vacationibus concedendis.

§. 39. 7. Le vacanze saranno le medesime che quelle del collegio Romano, permanendo però al maestro delle scuole elementari l' obligo di portare a spasso li scuolari tutti li giorni, conforme si pratica attualmente.

De horario servando in scholis.

§. 40. 8. L' orario tanto per lo incominciamento, quanto per la durata delle rispettive scuole sarà regolato da un' ordine particolare, che si publicherà analogamente in ogni anno per norma dei giovani, che dovranno frequentare le scuole.

De accademiis, et præmiorum distributione.

§. 41. 9. Nella fine di ogni anno vi saranno le accademie scientifiche conforme si pratica in tutti i luoghi di publica istruzione. A quei giovani, i quali saranno sotto determinati esperimenti considerati più meritevoli sarà dato un premio, onde eccitare quella emulazione tanto proficua alla gioventù. A quest' oggetto sarà assegnata dalla comunità nella tabella l'annua spesa di scudi trenta da erogarsi nei premj da distribuirsi.

Idem ut supra.

§. 42. 10. L' ordine, che dovrà accompagnare una tale distribuzione, l'apparato imponente, finalmente li temperamenti opportuni che potranno nella distribuzione dei medesimi escludere la prevenzione, e l' impegno avranno una particolare disposizione nel piano più circostanziato, che si darà alle scuole in tutti i più minuti rapporti.

De locis gratis occupandis a pueris electis a communitate.

§. 43. 11. Vi saranno due posti, e più accreditati cittadini da eleggersi dal publico consiglio, ai quali apparterrà invigilare sopra il buon ordine delle scuole suddette. Anche il magistrato potrà visitare le nominate scuole, trovando però inconvenienti, non potranno provedersi senza l'intelligenza, e l'ordine speciale nostro, e dei nostri successori, ai quali soli direttamente, ed assolutamente devono rimaner soggette le scuole e li professori.

Reservatio specialis.

§. 44. 12. Tuttocciò, che può riguardare la scuola di Nantica, e di Jus commerciale sarà dichiarato in altro particolar decreto, che ci riserviamo di emanare sopra la medesima =.

Dato fuori di porta Flaminia il dì 24 marzo 1804.

D. arcivescovo, vescovo di Viterbo, e Toscanella delegato apostolico.

Num. XV.

De erogatione hæreditatis relictæ a bo. me. Malacrosta.

§. 45. Fra li provedimenti presi da monsignore illustrissimo, e reverendissimo Dionisio Connestabili arcivescovo vescovo di Viterbo, e Toscanella in Civita Vecchia, ha avuto luogo anche quello delle publiche scuole, conforme erasi generalmente desiderato dalla città suddetta. Tenuti su quest' oggetto varj congressi con quei publici rappresentanti, e successivamente con i signori Clemente Pucitta, e Giuseppe Capalti deputati ha creduto non esservi miglior temperamento, che quello di addossare le scuole publiche ai padri della Dottrina Cristiana, i quali già hanno in detta città un collegio stabilitovi dalla comunità nel 1707 per le scuole elementari, ed al quale si passa dalla medesima co-

munità l'annuo assegnamento di scudi duecento cinquanta. Ha il medesimo collegio una eredità lasciatagli da un tal Malacrosta col ritratto della quale potrebbe supplire al mantenimento di sei maestri, ed un superiore locale, valutato l'assegnamento comunitativo; ma essendo tale eredità obberata dalli debiti, sarebbe stato necessario, che dalla comunità fosse stabilito un'annuo assegnamento, che dal prelodato monsignore vescovo era stato fissato a scudi 460 annui, nei decreti fatti come visitatore apostolico nello scorso mese di febraro 1804. Ad evitare questo annuo peso a carico della comunità è stato stabilito coi padri Dottrinarj, che la comunità si addosserebbe tutti i debiti della eredità Malacrosta ascendenti a scudi sei fruttiferi, ed altri scudi sei infruttiferi; e che in compenso la religione si sarebbe assunto il peso di mantenere perpetuamente in Civitavecchia sei abili maestri privi di eccezione per insegnare le scienze dalle elementari alle matematiche inclusivamente in conformità delli capitoli convenuti, e stabiliti d'accordo, e da inserirsi. Essendosi convenuto in detti capitoli è stato considerato dalla comunità, che gli sarebbe stato d'aggravio sommo l'indosso di scudi sei di debito fruttifero e scudi sei di debito infruttifero, e perciò è stata per sua parte avanzata supplica alla Santità di Nostro Signore ad oggetto di addossare all'amministrazione dei beni comunitativi tanto la somma dei debiti fruttiferi risultanti da varj, e diversi censi creati dal detto collegio di s. Nicola all'usura del tre, e quattro per cento, quanto il debito infruttifero risultante da varie somme ad artisti, ed altri, compresi i frutti arretrati di diversi censi, supplicando altresì la Santità Sua di assegnare alla comunità di Civitavecchia l'annuo assegnamento di scudi quattro cento da pagarsi perpetuamente alla comunità suddetta sul prodotto dei beni comunitativi di detta città, quale istanza essendo stata riferita alla Santità Sua da monsignor illm̃o e rm̃o Falzacappa segretario della sagra congregazione del Buon Governo nell'udienza delli sei marzo corrente ha condisceso Nostro Signore alla petizione fattagli, a condizione per altro, » Primo. Che l'amministrazione dei beni comunitativi si addosserà il debito fruttifero nell'espressa somma di scudi sei, purchè i frutti si paghino dalla medesima amministrazione per un solo tre per cento, giacchè per il di più dovrà pagarsi dalla comunità. Secondo: Che il debito fruttifero sarà ugualmente accollato dalla medesima amministrazione a riserva però dei frutti de' censi arretrati, che dovranno restare a carico della comunità, e volendosi in coerenza stipolare il corrispondente istromento, quindi ec.

Num. XVI.

§. 46. Essendo cosa necessarissima, che in una città marittima, e commerciale si conoscano per principj la nautica, e quei diritti, che recano a noi il commercio, che ne decidono le vertenze, ed avendo altronde trovato appunto la città di Civitavecchia alla nostra diocesi soggetta mancante di una scuola, ove questi due rami di scienze siano pubblicamente insegnate, perciò inerendo agli ordini ricevuti dalla Santità di Nostro Signore, e facendo uso delle facoltà a noi concesse, decretiamo quanto siegue. Primo. Si erigerà perpetuamente in Civitavecchia una cattedra di jus commerciale, e di nautica. Secondo. Si destinerà a questa un luogo conveniente, e publico, che rimarrà corredato di tutto quello, che può occorrere per una pratica istruzione. Terzo. Un sol maestro dovrà cuoprire ambedue le ridette facoltà rimanendo egli obligato a dovere insegnare la mattina il diritto commerciale, e la sera la nautica. Quarto. Un ora, e mezza dovrà durare la scuola nella mattina, ed un ora, e mezza parimenti nella sera. L'oratorio della medesima sarà uniforme a quello, che rimarrà formato per tutte le altre scuole. Quinto. Le vacanze della detta scuola saranno regolate su quelle, che esistono nel collegio Romano. Sesto. Per la scelta di tal precettore rimane autorizzata la comunità a presentare al vescovo pro tempore diocesano una terna, sulla quale egli dovrà scieglière, rimanendo ancora nelle di lui facoltà quella di potere ordinare un ulteriore terna, in caso i soggetti nominati nella prima avessero delle particolari eccezioni, che egli non sarà obligato a manifestare bastando il solo

De jure commerciali edocendo et legibus servandis in gymnasio ad rem erigendo.

ordine della rinnovazione della terna, perchè debba quella rinovarsi. Settimo. I scuolari di ambedue le sopraddette facoltà avranno anche essi luogo nei premj, che si è decretato, doversi ogni anno distribuire ad oggetto di mantenere l' impegno, e la emulazione. Ottavo. La comunità dovrà pensare al mezzo opportuno, onde provedere il precettore sunnominato di un congruo onorario, quale però non ecceda scudi duecento annui, come ancora dovrà trovare la maniera, onde la nautica in particolare abbia un pratico insegnamento in quei giorni, nei quali crederà il precettore conveniente. Data fuori di porta Flaminia il di 4 marzo 1804 D. arcivescovo, vescovo di Viterbo, e Toscanella delegato apostolico.

Num. XVII.

De locis reservatis in seminario Viterbiensi pro alumnis civitatis Centumcellarum.

§. 47. Accordiamo all' illma comunità dieci luoghi nel seminario nostro vescovile di Viterbo, e concediamo la nomina dei medesimi al publico consiglio, dei quali cinque in qualità di alunni, e cinque in qualità di convittori con il peso annuale alla detta comunità di corrispondere al detto seminario nelle rate da combinarsi scudi cinquecento, i quali sarà obligata pagare in perpetuo, o mandi, o non mandi i suddetti dieci giovani riservando a noi, e a nostri successori la facoltà di potere escludere detti giovani dal seminario se averanno gravi eccezioni, e non sarà il vescovo pro tempore mai obligato a manifestarle, come anche riserviamo a noi, e nostri successori di espellerli nel caso, che abbiano dei meriti, e in detti casi riserviamo in perpetuo il diritto di sostituire agli uni, e agli altri al publico consiglio la nomina di altri giovani. Per questo primo anno per ordine di Sua Santità non essendo aperto il seminario per ragione della fabbrica ordiniamo, che la detta comunità debba pagare la detta somma di scudi cinquecento per impiegarla nella medesima fabbrica, e per perpetuare la memoria di questo sborso di una camerata, che si costruirà in detta fabbrica, si metterà la seguente iscrizione » Sumptibus civitatis Centumcellarum » Assegnamo scudi quattrocento sessanta per le publiche scuole a norma del foglio separato, e della convenzione da farsi con i padri Dottrinarj, i quali dovranno render ragione dell' adempimento dei pesi, e loro annessi, e della soddisfazione delle obligazioni contratte tanto relativamente al num. dei maestri, come ancora al numero delle scuole, che devono sostenere per formare con i medesimi un nuovo contratto sotto quei patti, e condizioni, che saranno notate in foglio a parte da ammettersi ec. dichiarando col supremo oracolo di Sua Santità, che dette scuole siano soggette al vescovo; che possa questi visitarle, o farle visitare a suo beneplacito, e prendere providenza, che ricercheranno i bisogni. Concediamo la facoltà all'illustrissimo magistrato di potere visitare a suo arbitrio, le suddette scuole, e trovando disordini sia obligato di farne a noi, e nostri successori la debita rappresentanza. Riserviamo a noi, e nostri successori il diritto di scegliere i professori di commercio, nautica, matematica ec. destinandogli un proporzionato assegnamento sull'indicata somma con la legge, che la comunità debba dare il comodo per l' abitazione unita al detto collegio, acciò la gioventù possa con maggior comodo attendere alle scienze. Ci riserviamo in appresso di stabilire la publica scuola ancora per le donne, avendo in vista la necessità della medesima. Dato in Civitavecchia dalla nostra residenza in s. Francesco il di 27 gennaro 1804. D. arcivescovo, vescovo di Viterbo, e Toscanella delegato apostolico.

Num. XVIII.

Confirmatio permutationis factae conventus s. Francisci, et ecclesiae s. Antonii.

§. 48. Avendo i padri Minori Conventuali con l' approvazione dei superiori maggiori eseguito con i publici deputati di Civitavecchia, sotto il di 23 marzo dell' anno corrente una permuta del convento, e chiesa di s. Francesco ai medesimi appartenenti con la chiesa di s. Antonio in borgo secondo i patti, e condizioni apposte nell' istromento, che si annette, ed abbisognando per tal circostanza di dare un nuovo ordine in parte alle già prese disposizioni; perciò con ordine della Santità di Nostro Signore, che ha già pienamente approvato il contratto suddetto, e con l' apostolica autorità a noi particolarmente concessa, decretiamo quanto siegue. I. La

prevostura dei preti secolari rimane trasferita con tutte le respettive attribuzioni accennate nel decreto ec. dalla chiesa di s. Antonio alla chiesa di s. Francesco. II. Viceversa la parrocchia affidata ai padri Conventuali viene translata nella chiesa di s. Antonio. III. Avrà pertanto la prevostura suddetta i confini, che nei decreti furono assegnati alla parrocchia di san Francesco, e viceversa la parrocchia dei Conventuali avrà il distretto assegnato in prima alla prevostura suddetta, compresa la campagna, come al decreto medesimo ec. IV. In memoria di tal permuta, ed in vicendevole riconoscenza, e per mantenere sempre più i vincoli di carità, ed unione nel giorno della festa di s. Antonio il prevosto pro tempore dovrà cantare la messa solenne nella chiesa di s. Antonio, come nel giorno della festa di s. Francesco il padre guardiano pro tempore dei padri Conventuali canterà la messa nella chiesa di san Francesco. V. La messa solenne nella chiesa di s. Antonio avrà l'assistenza, e la presenza dei padri Conventuali, che ivi faranno loro, come la messa solenne per la festa di s. Francesco avrà l' assistenza, e la presenza del prevosto, e canonici coadiutori curati come si conviene. VI. I pp. Conventuali essendo translati alla parrocchia di s. Antonio acquistano nel distretto assegnato alla medesima tutti i diritti parrochiali. VII. La prevostura acquista nel distretto assegnato alla parrocchia di s. Francesco tutti li diritti parrochiali, che gli appartengono. VIII. Quando sarà ridotta a convento la fabbrica contigua alla chiesa di s. Antonio, e resterà la medesima consegnata alla religione, o a chi per lei dovranno i superiori dell' ordine stabilire in questa (oltre il parroco, e sotto curato secondo i decreti) una proporzionata famiglia, sufficiente a sostenere la disciplina regolare, e la offiziatura, dovranno ancora stabilirvi inviolabil clausura. IX. Il convento di s. Francesco, che rimane ceduto con la chiesa annessa addiviene giuspatronato publico. X. Nel medesimo sarà disposto un' appartamento conveniente con ingresso separato, quali dovrà essere l' abitazione dell' ordinario pro tempore di Viterbo, e Toscanella. XI. Vi sarà parimenti un appartamentino per il pro vicario pro tempore, che deve secondo i decreti emanati risiedere perpetuamente in Civitavecchia con il comodo ancora per la cancelleria. XII. Si darà nel medesimo l' abitazione, e tutt' altro necessario per il prevosto, e per i sei canonici coadjutori curati, e per il sagrestano. XIII. Si disporranno parimenti nel detto convento situate in ordinanza le scuole, ove i pp. Dottinarj verranno, secondo il decreto emanato, per dare alla gioventù le debite lezzioni a tenore dei respettivi dipartimenti. XIV. Si destinerà un luogo conveniente nel convento sunnominato per la scuola di diritto commerciale, e nautica, quale si dovrà corredare di quanto è necessario per un' insegnamento pratico. XV. Si formerà in detto luogo una sala conveniente acciò debba servire per gli atti publici, e per l'accademie, conclusioni, esperimenti, e particolarmente per la distribuzione dei premj, che secondo i decreti emanati dovranno darsi in ogni anno con magnificenza, ed apparato imponente, quale si conviene per destare l' impegno, e la emulazione. XVI. La comunità di Civitavecchia finalmente rimane incombenzata di provvedere nel miglior modo possibile a tutte le spese occorrenti per il perfetto adempimento di quanto con l' oracolo, e con ordine della Santità di Nostro Signore abbiamo decretato = Dato fuori di porta Flaminia il dì 24. marzo 1804 = Dionisio arcivescovo, vescovo di Viterbo, e Toscanella delegato apostolico.

Num. XIX.

Pacta conventa pro explenda permutatione, de qua supra.

§. 49. Essendo state erette in Civitavecchia da monsignor illustrissimo, e reverendissimo Dionisio Conestabili arcivescovo di Viterbo, e Toscanella visitatore apostolico con sovrana autorità tre nuove parrocchie, una di queste è stata formata nella chiesa di s. Antonio esistente nel borgo di detto nome, ed essendo tal cura stata affidata ai preti secolari è stata dal prelato monsignor vescovo formata una prepositura con quattro canonici coadjutori curati, ed un sagrestano coll' assegnamento al primo di scudi duecento, e di scudi cento agli altri da pagarsi dalla comunità. Siccome però la chiesa di s. Antonio al borgo è di sua natura angusta, ed è altresì situata in un' angolo della cit-

tà medesima, ha desiderata la città di avere una chiesa più vasta, e decorosa, ed è stato pensato non esservi altra chiesa più adattata per una prepositura, e per servire ad una collegiata, che quella di s. Francesco dei padri Conventuali. A quest' oggetto deputati dalla comunità li signori Clemente Pucitta, e Giuseppe Capalti per trattare con i padri Conventuali una permuta della loro chiesa, e convento con quella di s. Antonio al borgo, i padri Conventuali suddetti per condiscendere alle premure universali, e per sollevare il loro convento dalla massa enorme dei debiti, di cui è gravato, sono convenuti negli infrascritti capitoli = Primo = I padri Conventuali cedono alla comunità di Civitavecchia la loro chiesa, e convento con tutti gli annessi, cioè quadri, candelieri, paliotti degli altari, bussole, e tutt' altro. II. La comunità si obliga di accollarsi scudi diecimila di debito gravanti il convento di s. Francesco di Civitavecchia in altrettanti censi al tre per cento, obligandosi pagarne li frutti dal primo gennaro 1804. III. Si ripromette l'istessa comunità di soddisfare al medesimo convento scudi duemila contanti in rate da convenirsi. IV. Promette finalmente la comune di formare a sue spese un' abitazione sufficiente ad un discreto numero di religiosi, e questa contigua alla chiesa di s. Antonio al borgo, impiegando a tale effetto la somma di scudi mille, e settecento, e più se occorressero. Nei quali capitoli essendosi reciprocamente convenuto hanno i deputati supplicato la Santità di Nostro Signore di autorizzare il rm̃o padre generale dei Conventuali ad ultimare un tale affare, alla quale istanza si è degnata la Santità Sua di rescrivere = Patri generali ordinis cum facultatibus necessariis, et opportunis VIII. martii MDCCCIV. Pius pp. VII. In seguito di che avendo il rm̃o p. generale sentito il definitorio, ed il provinciale, e procuratore generale ha pienamente acconsentito ai convenuti capitoli. Siccome però sarebbe stato gravoso alla comunità di assumersi il convenuto debito di scudi diecimila, e di supplire allo sborso di scudi duemila non che alle altre spese, che sono necessarie per ridurre il convento all' oggetto destinato, o sia per formare ivi le publiche scuole, fissarvi, e formarvisi l' appartamento di monsignor vescovo, suo vicario, e curia, non meno che l' abitazione del preposto, e canonici, così per parte della comunità è stata supplicata la Santità di Nostro Signore di degnarsi di fare addossare all' amministrazione dei beni comunitativi la somma delli scudi diecimila, che si è assunti la comunità gravanti il convento di s. Francesco de' padri Conventuali di Civitavecchia unitamente alli frutti corrispondenti dal primo gennaro 1804, d'ipotecare a favore dei creditori dei scudi diecimila li beni comunitativi; di autorizzare la comunità a supplire colle sue proprie rendite, e con i sopravanzi della tabella allo sborso delli scudi duemila da darsi ai padri Conventuali, autorizzando altresì la medesima comunità con i sopravanzi a proveder all' abitazione di monsignor vescovo, suo vicario, e cancelleria, formazione di publiche scuole, ed abitazione di preposto, e canonici, ed a stabilire altresì nella tabella l' annua spesa di scudi millecinquecento cinquanta occorrente allo stipendio del preposto, e canonici, stabilimento del seminario in Viterbo, e tutti altri oggetti spirituali, deputando i signori Clemente Pucitta, e Giuseppe Capalti a presiedere a tali spese con l' intelligenza sempre dei pp. rr. di detta città di Civitavecchia. Quale istanza essendo stata riferita alla Santità di Nostro Signore da monsignor illm̃o e rm̃o Falzacappa segretario della s. congregazione del Buon Governo nell'udienza delli 6 marzo del corrente anno è stata in tutte le sue parti pienamente approvata come da rescritto di detto giorno, che s' inserisce nell' istromento del tenore ec. In esecuzione dunque del medesimo volendosi venire alla celebrazione di publico istromento, acciò la verità apparisca = Quindi etc.

Tenor instrumenti stipulati super prædicta permutatione.

§. 48. Copia intrumenti rogati per acta Bassetti A. C. et sacrarum congregationum not: pro quo stipulavit Franciscus Ciampoli notarius substitutus sacræ congregationis Boni Regiminis = Permutatio, et concordia = Pro venerabili conventu, et rr. pp. s. Francisci civitatis Centumcellarum = die XXIV. martii MDCCCIV. = Essendosi con espresso oracolo di Nostro Signore erette in Civitavecchia, nello scorso mese di febrajo del corrente anno milleottocentoquattro, tre nuove par-

rocchie dall' illmo e rmo monsignor Connestabili arcivescovo, vescovo di Viterbo, e Toscanella è stata una di esse parrocchie affidata alla cura dei preti secolari nella chiesa di s. Antonio nel borgo di detto nome, ove dal prelodato monsignore vescovo si è eretta una prepositura con quattro canonici coadjutori curati, dandosi altresì alla comunità di detta città il juspatronato di detta chiesa, come risulta dai decreti fatti dal prolodato monsignor vescovo esistenti nella cancelleria vescovile di detta città di Civitavecchia, alli quali etc. Ma essendo detta chiesa di s. Antonio situata in un angolo della città, e di sua natura angusta, ha desiderato vivamente la città tutta di avere una chiesa più spaziosa, e meglio situata, e per decoro della città stessa; e per le vedute, che possono esservi di stabilire ivi in seguito una formale collegiata, ed ha ognuno convenuto non potervi esserne una più adattata, che quella di s. Francesco dei padri Conventuali, unitamente al loro convento, ove trasferendosi la cura dei preti secolari ora fissata nella chiesa di s. Antonio al borgo sarebbesi potuta procurare l' abitazione del prevosto, e canonici, quella di monsignor vescovo, suo vicario, e cancelleria, e ricavare altresì il comodo delle publiche scuole, per lo che essendosi esplorato l'animo dei superiori locali di detto convento, e riconosciutosi, che sarebbero condiscesi di permutare la loro chiesa, e convento di s. Francesco con quella di s. Antonio al borgo, presi alcuni compensi da dargliesi dalla comunità sono stati deputati li signori Clemente Pucitta, e Giuseppe Capalti a trattare la proggettata permuta. Portatisi in Roma, e tenuti su di ciò vari congressi col rmo p. maestro Nicola Papini ministro generale dell'ordine dei Conventuali, come da documento originale provante il suo consenso che a me si consegna per inserirlo nel presente istromento del tenore ec. hanno proggettato le seguenti condizioni = Primo Che la comunità dovrà obligarsi di accrescere l' abitazione annessa alla chiesa di s. Antonio al borgo, e ridurla al segno di potere essere abitata da un proporzionato numero di religiosi, il tutto da farsi a proprie spese sue = II. Che la comunità dovrà accollarsi la somma di scudi diecimila di debito fruttifero gravante il convento di Civitavecchia = III. Che la medesima comunità dovrà pagare al medesimo convento la somma di scudi duemila in rate da convenirsi coi publici rappresentanti = IV. Che in compenso il rmo padre generale dell' ordine dovrà cedere alla comunità suddetta la chiesa, e convento di s. Francesco in Civitavecchia con gli annessi, e connessi, come anche organo, bussole, quadri, candelieri, e paliotti degli altari, e tutt' altro, che serve ai medesimi così corrispondente alla consegna, che ad essa si farà nell'atto enunciato = V. Che ai religiosi, che passeranno ad abitare a s. Antonio la r. c. apostolica assicurerà, e garantirà l' annua somma di scudi duecento cinquanta, quali essa già somministra in estinzione dei debiti, dei quali sono gravati oltre li suddetti scudi diecimila. Ed affinchè il rmo padre generale suddetto, potesse con più facilità ultimare un tal progetto hanno i medesimi deputati avanzato alla Santità di Nostro Signore una supplica ad oggetto di fare avere al medesimo tutte le facoltà necessarie, ed opportune relativamente a tale affare, alla qual supplica si è degnata la Santità Sua di rescrivere = Patri generali ordinis cum facultatibus necessariis, et opportunis VII. martii MDCCCIV. Pius PP. VII. = Come dalla copia publica di detta supplica, e rescritto, che originalmente si consegna a me notaro per inserirla nel presente istromento del tenore ec. Avendo pertanto il prelodato rmo padre generale sentito il sentimento del padre maestro Bernardino Biancucci ministro della provincia Romana, cui il suddetto convento appartiene, e per definitorio da esso adunato sotto il dì undici marzo corrente è pienamente convenuto nella progettata permuta alle condizioni sopra espresse. Ma siccome sarebbe riuscito di un sensibile aggravio alla comunità di Civitavecchia di accollarsi la somma di scudi diecimila di debito gravanti il convento di s. Francesco, così è stato per sua parte supplicato Nostro Signore di addossare un tal debito all'amministrazione dei beni comunitativi, alla quale altresì spettava di soddisfare i frutti corrispondenti dal primo gennaro 1804 restando a favore dei creditori ipotecati i medesimi beni comunitativi, alla quale istanza avendo la Santità Sua, a relazione di monsig. illmo e rmo Falzacappa segretario della sagra congregazione del BuonGoverno,

li diecisette del corrente per organo del quale la Santità di Nostro Signore aderendo alle preci per parte di essa communità umiliate, indulgesse nel modo seguente cioè = Die XVII. martii MDCCCIV. SSmus attentis peculiaribus circumstantiis, ne quid desit publico tum spirituali, tum civili bono civitatis Centumcellarum benigne indulgens votis r. p. d. episcopi Viterbiensis, et Tuscanensis, nec non illius civium, totiusque populi concordias, permutationes, ac debitorum translocationes in generalem bonorum communitatum administrationem jamprius comuni omnium interesse habentium placito conciliares suprema auctoritate ratas habuit, confirmavitque, easque ad publica instrumenta perpetuo valitura redigi espresse mandavit, motu proprio diei XIX. martii MDCCLXXXI. ac XIV. julii MDCCCIII. quibuscumque in contrarium minime obstantibus = I. F. Falzacappa secretarius = Bramandosi pertanto di venire alla stipolazione di publico istromento acciò sempre la verità apparisca; quindi, è che presente, e personalmente esistente avanti di me notaro e testimonii infrascritti l'illmo, e rmo monsig. Giovan Francesco Falzacappa segretario della s. congregazione del Buon Governo in nome, e vece della cassa di amministrazione da una parte, e gl'illustrissimi signori Clemente Pucitta figlio della bona memoria Biagio di Civitavecchia, e Giuseppe Capalti figlio della bona memoria Benedetto parimenti di Civitavecchia a quest'atto specialmente eletti, e deputati, come da publico, ed autorizzante documento inserto in altro istromento di obligo sotto questo medesimo giorno per gli atti miei rogato, al quale ec. a me ec. cogniti in nome, e vece della comunità di Civitavecchia asserendo, ed affermando tutte e singole cose di sopra espresse e narrate esser vere, e verissime, e quelle come tali, per tali omologando, e rattificando in esecuzione delle medesime, e del succitato rescritto pontificio, monsig. illmo, e rmo Falzacappa segretario della congregazione suddetta in nome, e vece della cassa d'amministrazione suddetta ha permutato, e permuta la chiesa di s. Francesco di Civitavecchia coi suoi annessi già posseduta, e ritenuta da essi reverendi padri con altra chiesa, e suoi annessi di s. Antonio al borgo di detta città conforme detti reverendi padri assenti, e per essi il reverendo padre generale Niccola Papini dell' ordine di s. Francesco autorizzato da rescritto pontificio, come dalla di lui copia publica di sopra inserta, alla quale ec. presenti, accettanti, e con me notaro legittimamente stipolanti i ridetti signori Pucitta e Capalti deputati come sopra hanno permutato, e dichiarato, conforme hanno ricevuto, e ricevono la permutazione di detta chiesa di s. Antonio al borgo della suddetta città in luogo della chiesa di s. Francesco, e suoi annessi, chiamandosi di essa permuta ben contenti, e soddisfatti, non solo in questo, ma in ogni altro miglior modo ec. E li detti signori Capalti, e Pucitta in nome, e vece della detta comunità di Civitavecchia hanno promesso, e si sono obligati conforme promettono, e si obligano di accrescere l' abitazione annessa alla chiesa di s. Antonio al borgo, e ridurla a segno di poter essere abitata da un proporzionato numero di religiosi, il tutto a spese della ridetta comunità, altrimenti a tutti, e singoli danni, e spese della medesima, come anche hanno dichiarato, e nel nome suddetto dichiarano essersi accollata la detta comunità la somma di scudi diecimila di debito fruttifero gravante il convento di Civitavecchia a tenore della sopra inserta nota alla quale ec. ed inoltre li stessi signori Pucitta, e Capalti hanno promesso, e si sono obligati, che la comunità di Civitavecchia pagherà, e sborserà la somma di scudi duemila da convenirsi con i publici rappresentanti di detta comunità, ed in correspettività di quanto sopra il rmo padre generale dell' ordine dei Minori Conventuali di s. Francesco ha ceduto, venduto, ed alienato, conforme, cede, vende, ed aliena preso il vocabolo di alienazione in amplissimo significato a favore della comunità, e per essa li riferiti signori Pucitta, e Capalti la chiesa, e convento di s. Francesco posto, ed esistente in Civitavecchia con tutti, e singoli suoi annessi, e connessi, come anche organo, bussole, quadri, candelieri, paliotti degli altari, e tutt' altro, che serve ai medesimi così corrispondente alla consegna, che ad essa si farà nell' atto già enunciato ad avere, e godere quanto sopra da detta comunità, e suoi rap-

presentanti in ogni futuro tempo con la clausola del costituto, ed effetto del precario in forma in ogni altro miglior modo ec., e continuando monsig. illmo, e rmo Falzacappa l'autorità del nobile officio in nome, e vece della rev. cam. apostolica ha promesso, e si è obligato, conforme promette, e si obliga, che la rev. cam. apostolica continuerà a sborsare, e garantire per l'annua somma di scudi duecento cinquanta ai religiosi, che abiteranno il ven. convento di s. Antonio, come per lo passato ha somministrato in estinzione dei debiti oltre li detti scudi diecimila, e non altrimenti ec. qual permuta, cessione, e vendita ambe le parti nei respettivi nomi, e per le respettive permute, cessioni, ed alienazioni come sopra fatti hanno promesso, e promettono essere buone, vere, valide, non averle con altri permutate, cedute, ed alienate, nè aver fatto atto contrario al presente contratto, e non essere soggetti, ed ipotecati ad altri pesi, che li sopra espressi, altrimenti vogliono essere tenuti, e promettono hinc inde rilevarsi per qualunque evizione generale, universale, e particolare, ed a tutti, e singoli danni, dei quali ec. e non altrimenti ec. quæ omnia etc. super quibus etc. actum etc. Dionysius archiepiscopus episcopus Viterbiensis et Tuscanensis.

Decreto

De ordine, et forma servanda in processionibus.

§. 49. Avvicinandosi la processione di s. Marco, e quelle delle Rogazioni si stabilisce quanto siegue per il buon ordine delle medesime = La processione di s. Marco si adunerà, e partirà sempre e perpetuamente dalla chiesa matrice di santa Maria, ed alla medesima ritornerà dopo aver eseguito il giro, che rimane particolarmente descritto, ed assegnato in un decreto emanato a tale oggetto sotto il giorno presente, il quale vogliamo, che si attenda immancabilmente, tanto nella suddetta processione di s. Marco, quanto in quelle delle Rogazioni. Interverranno alla medesima tutte le confraternite, ogn' una secondo la sua anzianità, e posto, che a loro conviene. Interverranno egualmente tutti gli ordini regolari, e conserveranno il sistema, e la loro precedenza, cioè li primi saranno li pp. Cappuccini, li secondi li pp. Conventuali, i terzi i pp. Domenicani, innalzando ciascuno la loro croce a forma del sistema dei respettivi ordini regolari. In seguito sotto la croce, detta collegiata già eretta, e canonicamente installata succederanno per ordine i chierici minoristi, i suddiaconi, diaconi, i sacerdoti semplici della città, a questi verrà consecutivamente il corpo dei parrochi con la consueta stola, insegna del ministero; cioè il parroco Cappuccino di s. Barbara, il parroco Conventuale, che tuttora ritiene il titolo della chiesa di s. Francesco, finchè non sarà eseguita la translazione del medesimo nella chiesa, e parrocchia di s. Antonio posseduta per ora dalla collegiata, e prevostura nella medesima eretta: il p. curato di s. Maria anderà nel mezzo di queste due; siccome parroco della matrice. Il prevosto camminerà con il corpo della collegiata secondo si pratica in Roma, e nella nostra città di Viterbo. Il medesimo essendo la principal dignità della collegiata dovrà chiudere l'ordine della processione indossando il pluviale del colore corrente assistito da due preti secolari con le respettive tonacelle. Nel ritorno della processione sarà dal prevosto cantata la messa della feria con l'assistenza del clero secolare, e della collegiata, dopo di che rimarrà sciolta la processione. Quest' ordine dei posti sarà scrupolosamente osservato anche nelle processioni delle rogazioni, per le quali si decreta quanto siegue. La prima processione delle medesime partirà sempre, e tornerà nella chiesa matrice di s. Maria, e dal p. curato Domenicano sarà cantata la messa della feria con la solita assistenza del clero secolare, e collegiata. La seconda partita dalla chiesa dei padri minori Conventuali, e fatto il giro prescritto tornerà alla suddetta, dove il parroco del detto ordine canterà la messa della feria con l'assistenza come sopra. La terza finalmente partirà da quella, che sarà chiesa collegiata, dove dopo fatto il prescritto giro per mantenere l'unione, e dimostrare sempre più all' inclito ordine Domenicano la nostra stima decretiamo, che la messa della feria debba cantarsi dal p. curato di s. Maria con l'assistenza del clero, e canonici in tutto, e per tutto come sopra. Quali cose tutte prescritte, e decretate saranno con ogni scrupolo osservate

sotto le pene già stabilite dal sinodo contro li trasgressori, e sotto altre pene a nostro arbitrio. Dato in Civitavecchia dalla nostra residenza presso s. Francesco questo dì 23 aprile 1804. Dionisio arcivescovo, vescovo di Viterbo, e Toscanella = Domenico Gagliani pro-segretario

Confirmatio apostolica præcedentis decreti.

§. 50. Ex audientia ssmi. Romæ die 4 martii 1804. = Sanctissimus benigne approbavit, et sancivit; nec non executionem mandavit mihi infrascripto præsentis decreti, quod in perpetuum constanter observari voluit. = Dionysius archiepiscopus episcopus Viterbiensis, et Tuscanensis. = La presente copia concorda perfettamente con il suo originale esistente negli atti della nostra cancelleria vescovile di Viterbo. Dionisio arcivescovo, vescovo di Viterbo, e Toscanella.

Capitula conventa pro rectaadministratione publicæ instructionis civilis, et ecclesiasticæ.

§. 51. Articoli, che il reverendissimo padre Gaddi vicario generale dell' ordine dei Predicatori desidera, e vi presta il suo pieno consenso monsignor illmo, e rmo arcivescovo Connestabili vescovo di Viterbo, e Toscanella, che siano inseriti nel breve, che di ordine di Nostro Signore papa Pio VII. si deve pubblicare per la perpetua osservanza del nuovo piano ecclesiastico, e di pubblica istruzione già stabilito in Civitavecchia. = I. Oltre i privilegi propri dei regolari a tenore delle costituzioni pontificie, che devono restare nella loro integrità a favore dei padri Domenicani di s. Maria in Civitavecchia resta altresì nel suo pieno vigore il suo motu proprio della santa memoria di Pio VI. emanato li 29 agosto 1788 in favore del p. superiore generale dell'ordine pro tempore relativamente al diritto di nomina, e presentazione del religioso esercente la cura, ed a quanto in esso moto proprio viene accordato. II. La chiesa di s. Maria come matrice suonerà per la prima le campane il sabato santo tutte quelle volte che non si trovasse monsignor vescovo stesso in Civitavecchia ad assistere, o fare in altra chiesa la funzione di quel giorno, nel qual caso dovrà aspettare la chiesa di s. Maria, che suoni la prima quella chiesa nella quale sarà presente monsignor vescovo. III. Fermi li decreti, ed editti già pubblicati, e che sono da due anni in osservanza relativamente alle processioni del Corpus Domini, rogazioni, e s. Marco saranno privativa nella chiesa di s. Maria tutte quelle altre processioni, che erano solite farsi dai padri di s. Maria, ed in tutte le medesime siano processioni dell'ordine, oppure pubbliche, potranno liberamente passare per li territorj di qualunque altra parrocchia. IV. Tutte le feste dell'ordine Domenicano, e funzioni relative alle medesime non meno, che la festa di s. Fermina, triduo, e novena alle dette spettanti dovranno farsi privativamente nella chiesa matrice di s. Maria. V. In occasione della visita pastorale, fatti li primi atti nella chiesa del clero secolare monsignor vescovo visiterà per la prima la chiesa matrice di s. Maria in quello, che è di sua ispezione. VI. Come già si pratica da due anni sarà privativo jus della matrice di s. Maria il levare gli olj santi, da dove il vescovo li abbia consagrati, e distribuirli alle altre parrocchie di Civitavecchia, che dovranno mandarli a prendere dalla medesima. VII. Tutti li forastieri di qualunque condizione, che non abbiano con la dimora di quaranta giorni acquistato particolar domicilio spetteranno per l'amministrazione dei sacramenti, essequie, e sepoltura ecclesiastica alla chiesa matrice di s. Maria a tenore di quanto è stabilito nel sinodo diocesano.

Rescriptum Sanctissimi, quo prædicta capitula confirmantur.

§. 52. Ex audientia ssmi diei 3 augusti 1805. Sanctissimus infrascripta capitula approbavit, et respective confirmavit, nec non mandavit eorumdem insertionem in literis in forma brevis expediendis super perpetua observantia eorum omnium, quæ ab episcopo Viterbiensi, et Tuscanensi ex delegatis ab eadem Sanctitate Sua facultatibus in civitate Centumcellarum decreta, et executa fuere, quoad parochiarum novam erectionem, aliaque divinum cultum, publicamque instructionem respicientia. E. De Gregorio secretarius.

Alia confirmatio in forma brevis.

§. 53. Ut autem acta decreta, instrumentaque hic præinserta subsistant, exactiusque observentur dilecti filii Clemens Pucitta, et Joseph Capalti Centumcellarum cives specialiter ad id deputati ea per Nos apostolica auctoritate Nostra approbari, et confirmari, quod et Nostræ quidem fuerat mentis, quumque desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igi-

tur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati; acta, decreta, instrumenta, cæteraque omnia, et singula, quæ in rerum serie per memoratum episcopum sat egregie gestarum hic enarrata continentur auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, rataque, et valida habemus, ac declaramus, illisque inviolabile apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos, sive juris, sive facti defectus, si quos desuper quomodolibet intervenisse contingerit, plenarie sanamus, atque supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 54. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac iis, ad quos spectat, ac spectabit in posterum plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpetrandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam auctoritate quavis scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 55. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, cancellariæ Nostræ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, cæterisque etiam specifica, et expressa mentione, ac derogatione dignis, contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die VI. augusti millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXVI.

Dat. die 9 augusti 1805 anno VI.

Facultas beneficiatis ecclesiæ collegiatæ Setabitanæ Valentinæ dioecesis vacandi a choro in perpetuum per duos menses in anno, et distributiones percipiendi.

Venerabili fratri archiepiscopo Valentino.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater

Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyteri beneficiati ecclesiæ collegiatæ Setabitanæ Valentinæ dioecesis, se grave chori pondus modico emolumento ferre in dicta ecclesia, ubi per singulos anni dies mane et vespere cunctis functionibus interesse adeo arcta obligatione tenentur, ut qui non intersunt, nec assignatas distributiones lucrantur, e quibus suorum laborum fructus omnis eruitur, sed quæ vix tamen ad congruam uniuscujusque substentationem pertingunt. In eadem autem ecclesia et plures numerari canonicos, qui præter distributiones tum præbenda, seu ut vocant primitiis, tum tribus in anno vacationis mensibus gaudent, et septem ac viginti recenseri beneficiatos, et his omnibus non paucos accedere officiales atque cantores ad ecclesiæ, chorique servitia a capitulo deputatos, ita ut nullum pertimescendum sit divino cultui detrimentum, si ad aliquid quietis, otiique captandum dentur beneficiatis, ut et aliis dioecesis istius ecclesiis datum indultumque jam est, duo menses in anno, quibus tertia vel quarta ipsorum pars vacare ab ecclesia possit per turnum absque ulla distributionum jactura. Se Nobis idcirco humiliter supplicari fecisse, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes, eorumque singulos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo,

et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus prænarratis, eisdem exponentibus licentiam, et facultatem, cujus vigore ipsi, ac successores etiam ipsorum in perpetuum, pro quarta eorum parte per turnum, ac pro duobus mensibus tantum in quolibet anno, non tamen diebus festis solemnioribus, incipiendo a primis vesperis, aliisque etiam, quos tuo judicio satius in Domino reservandos censueris, a memorata ecclesia, choroque abesse, ac interim omnes, et singulos suorum beneficiorum fructus, redditus, et proventus, etiam si in solis, ut præfertur, consistant distributionibus, iis tamen expresse exceptis, quas vulgo isthic vativas appellant, quæque personalem præsentiam, et assistentiam absolute expostulant, lucrifacere, ac omni cum integritate, perinde ac si cunctis chori, ecclesiæque servitiis personaliter adessent, percipere, suosque in usus, ac utilitatem convertere libere, et licite possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et prudentia gratis impertiaris.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non collegiatæ ecclesiæ prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet, concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona augusti millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXVII.

Dat. die 20 augusti 1805 anno IV.

Facultas utendi rubone, et torque aureo in perpetuum pro confalonerio, et magistratibus Trejæ Camerinensis dioecesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Paterna Nostra sollicitudo erga Nostros, et Romanæ apostolicæ Sedis in temporalibus subditos Nos movet, ut eorum votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuamus, eosque specialibus prosequamur gratiis. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii communitas, et homines oppidi in civitatem erecti de Treja Camerinensis dioecesis, Treja ipsa, antiquitatis laude, civium probitate, cleri decentia, ac in universum constanti in Romanos pontifices, Sedemque prædictam fide, et devotione ita floruerit, et floreat, ut a Clemente pp. XII. prædecessore Nostro per suas in simili forma brevis die XIII. decembris MDCCXXXIX. expeditas literas congruentibus laudibus affecta reperiatur, a Pio autem VI. prædecessore itidem Nostro per apostolicas suas anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo nonagesimo, VI. nonas junii datas literas in primævum civitatis gradum, et denominationem fuerit restituta, prioresque habeat prudentia, morumque integritate præditos.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos, qui Trejam prædictam, ejusque communitatem, et homines præmissorum meritorum suorum intuitu propensiore quodam benevolentiæ Nostræ complectimur affectu, priores hujusmodi aliquo beneficentiæ Nostræ munere decorare volentes, atque eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis mo-

do, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore existentibus confalonerio, ut vestem sericam nigram oblongam vulgo rubone cum stola auro-serica, et torquem aureum, reliquis vero dictæ communitatis prioribus eamdem vestem cum stola sine torque deferre, illisque in publicis actibus, et functionibus uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque confalonerium, et priores desuper a quoquam impediri, molestari, aut perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ipsius Trejæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque in contrarium quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima augusti millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 20 augusti 1805 anno VI.

CCCLXXVIII.

Suspensio perpetua emissionis votorum, et juramenti pro fratribus ordinis congregationis Doctrinæ Christianæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium. §. 1. Religiosa instituta, quibus tot veluti gemmis Ecclesia Christi, quæ adstat regina varietate circumdata, mirifice fulget, Nos eo majori respicimus dilectionis affectu, quo magis studium Nostrum erga illa sollicite impensum in universam Domini vineam sedula illorum opera excultam impendisse putamus, ut apostolicis et suffulta præsidiis, et adaucta gratiis in Christi fidelibus suo ministerio juvandis ferventius incalescant.

Expositio precum. §. 2. Expositum siquidem Nobis nuper est a dilecto filio Josepho Lissonio procuratore generali provinciarum Italiæ clericorum sæcularium congregationis Doctrinæ Christianæ, varias inter vicissitudines, quas post suam institutionem processu temporum subiit hujusmodi congregatio, illud postremo ei accidisse, ut Galliarum ejusdem congregationis provinciis per suos superiorem, ac procuratorem generales id potissimum postulantibus, earumque postulationibus, accedente etiam vicario generali provinciarum Italiæ, quæ Gallicanis jam unitæ existebant, rec. mem. Pius pp. VI. prædecessor Noster per apostolicas suas in simili forma Brevis die decima quarta martii anni millesimi septingentesimi octogesimi tertii expeditas literas, re diu, attenteque perpensa, statuerit, eos, qui deinceps in congregationem prædictam adscriberentur, ab emittendis votis castitatis, paupertatis, et obedientiæ, nec non voto, seu juramento perseverantiæ, quæ in actu professionis nuncupari jam consueverant, prorsus exemptos fore; illos vero, qui in ea reperiebantur adscripti, votisque, ac juramento hujusmodi jam pridem emissis ligati, firmiter in iis permanere debere, et alias prout in prædictis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso haberi volumus, uberius continetur. Statim autem ac nova hæc evulgata fuit apostolica dispositio, debito eam quidem suscipientes obsequio provinciæ congregationis Italiæ, sed pari quoque sollicitudine anxiæ, ne quid detrimenti, quum quæ secutura essent, nondum recte perspici poterant, sibi inde obveniret, quasdam humiliter poposcerunt inducias, enixisque precibus, quibus haud leve addidit pondus tum superioris generalis, ejusque definitorii lubens consensus, tum congregationis trium S. R. E. cardinalium specialiter ad id deputatæ favorabilis consultatio, ab eodem prædecessore die vicesima quarta augusti anni millesimi septingentesimi octogesimi quinti benignum impetrarunt rescriptum, cujus vigore provinciæ congregationis Italiæ duodecim novitios ad votorum, ac juramenti prædictorum professionem, ut

pridem possent admittere, ac interim omissio votorum, ac juramenti hujusmodi per decennium earum favore suspensa maneret: quin immo post quam primum illud decennium effluxisset, aliud die decima quarta augusti anni millesimi septingentesimi nonagesimi quinti, rescriptum obtinuere, quo idem prædecessor suspensionem eamdem ad alterum quoque decennium ipsis dignatus est ulterius prorogare.

Ratio concessionis.

§. 3. His porro, quæ hactenus enarrata sunt subdit ipse generalis procurator viginti experientia annorum cognitum, compertumque esse tantæ extitisse utilitatis votorum, ac juramenti omissionis memoratam suspensionem, ut si stat, vigetque adhuc sua in provinciis Italis congregatio, providentia quadam divina factum esse arbitretur, quod talis suspensionis firmo veluti fulcro feliciter ea stare, ac vigere potuerit. Quapropter quo magis magisque uberes fructus inde concrescant ad congregationis, ac Dei Ecclesiæ emolumentum, idem procurator, nomine etiam, ac de mandato dilectorum filiorum definitorii suæ congregationis Italiæ, recensitam suspensionem, cujus duratio prope jam est, ut expiret, per Nos perpetuari summopere cupit, cordeque, et animo humillime deprecatur, ac poscit.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur ipsum Josephum, ipsosque definitores specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac singulares ipsorum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita relatione super præmissis dilecti filii Dominici Giorgi congregationis ven. fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis episcoporum, et regularium præpositæ pro-secretarii, supradictum prædecessoris indultum, quo duobus rescriptis ad duo subsequenter decennia dictorum votorum, juramentique omissio pro Italicis dictæ congregationis provinciis suspensa fuit, auctoritate apostolica tenore præsentium ampliamus, atque perpetuamus, utque semper in posterum novitii eidem congregationi Italiæ adscribendi post exactum tyrocinium tria vota castitatis, paupertatis, et obedientiæ, nec non votum, seu juramentum perseverantiæ, uti ante apostolicas prædecessoris memoratas literas solemne erat apud omnes in congregatione universa, debeant expresse in actu professionis nuncupare, ac emittere, auctoritate, et tenore præsentium declaramus, atque præcipimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, iisque ad quos spectat, et spectabit pro tempore in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab omnibus inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus præmemoratis prædecessoris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, necnon dictæ congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 7. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, vel procuratoris generalis dictæ congregationis sigillo munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent

exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima augusti millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 27 augusti 1805 anno VI.

CCCLXXIX.

Confirmatio decreti lati ab executore apostolico super exemptione monialium sancti Augustini de Monte Georgeo Firmanæ dioecesis a jurisdictione parochi.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Memorantur veteres preces, et latum ad rem rescriptum.

§. 1. Dudum preces, quas dilectæ in Christo filiæ priorissa, et moniales collegii non claustralis s. Augustini de Monte Georgeo Firmanæ dioecesis, ut a primæva parochi jurisdictione eximerentur afferre Nobis humiliter fecerunt, benigne remittimus cum facultatibus opportunis arbitrio ordinarii, qui eas reapse a jurisdictione hujusmodi exemit modo, et forma, ut sequitur.

Tenor libelli porrecti a monialibus.

§. 2. Hæc est copia publica sequentis tenoris videlicet » Foris » Alla Santità di Nostro Signore papa Pio Settimo » Per la priora, e monache di s. Agostino della terra di Monte Giorgio diocesi di Fermo » Intus vero » Beatissimo Padre » La priora, e monache del collegio non claustrale di s. Agostino della terra di Monte Giorgio diocesi di Fermo prostrate ai piedi della Santità Vostra, umilmente espongono trovarsi in qualche modo soggette alla chiesa prepositurale curata dei ss. Giovanni, e Benedetto di detta terra, il di cui rettore per introdotto costume fin dal loro nascente collegio eretto nell' anno 1737 con ordinaria facoltà, somministrava loro nel solo tempo pasquale, e nella sua chiesa prepositurale una volta l' anno la s. comunione, ed in caso di morte il santissimo viatico, e l'estrema unzione. E' sembrato sempre gravoso alle oratrici questo peso, e per la lontananza, che corre dal collegio loro all' espressa chiesa, ch' è di passi quattrocento, e per la strada montuosa, che devono battere, cosicchè ne' tempi contrarii, che per lo più accadono in una tale occorrenza non una sola religiosa ne ha riportato dell' indisposizioni; e finalmente per la dissipazione dello spirito, che incontrano, dovendo transitare per mezzo del paese per portarsi all' espressa chiesa; nè in altra loro contigua parrocchia possono andare per l'introdotto costume; e perchè le parrocchie di essa terra non sono fissate per rioni, e quartieri ma per famiglie. Hanno le religiose oratrici la loro chiesa publica internata al loro collegio, come le altre religiose claustrali, con il santissimo Sagramento di continuo, dove si comunicano tutto l' anno, ed hanno il loro confessore ordinario, che gli viene fissato da monsignore arcivescovo di Fermo, come agli altri monasterj. Per provvedere pertanto a questo gravame non meno, che allo spirito, e loro salute, bramerebbero sciogliersi affatto da qualunque obligazione a quella chiesa, e suo rettore, e vorrebbero, che il solo loro confessore ordinario privativamente avesse ogni giurisdizione, e potestà di loro parroco sopra le oratrici ad instar degli altri monasteri claustrali. Questa è quella grazia, che le oratrici si umiliano ad implorare dalla clemenza della Santità Vostra definitivamente senza alcun contrasto del rettore dei ss. Giovanni, e Benedetto, mentre non mancherebbero maggiormente le medesime pregare perpetuamente il Signore per la conservazione, e piena felicità della Santità Vostra, che della grazia ec.

Die 24 januarij 1802.

Ex audientia ssm̃i.

§. 3. Ssm̃us, auditis relatione, et voto rm̃i p. d. archiepiscopi Firmani ejus arbitrio, et prudentiæ preces benigne remisit cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis, quibuscumque non obstantibus » A. Lucchini v. auditor. — Tenor rescripti.

§. 4. Viso rescripto ssm̃i Domini Nostri PP. Pii VII. in retroscriptis precibus priorissæ, et monialium s. Augustini in oppido Montis Georgei, animum nostrum digne moventibus, censuimus, utendum arbitrio, et facultatibus nobis a ssm̃o tributis: ac propterea enunciatum monasterium, — Decretum executoriale latum ab archiepiscopo Firmano.

ac moniales, nec non conversas, omnesque, quæ in eo degunt tam præsentes, quam futuræ ab omni jurisdictione parochiali juxta preces subtrahimus, atque a parochia sanctorum Joannis, et Benedicti dismembramus, illudque, et illas jurisdictioni confessarii pro tempore, qui a nobis mittitur, et deputatur, ad instar aliorum monasteriorum claustralium plene subjicimus, ita tamen, ut quotannis, die festo s. Joannis unam libram ceræ elaboratæ rectori supradictæ parochiæ moniales ipsæ præstare teneantur, et ita in vim arbitrii, et facultatum a ssmo tributarum, decernimus, et declaramus non solum etc. sed et omni etc. Firmi ex archiepiscopio hac die 24 februarij 1802. » Andreas archiepiscopus Firmanus » Lo✠co sigilli » Gregorius Fares cancellarius generalis ». Concordat hæc præsens copia cum suo originali mihi etc. ad hunc effectum tradit. etc. ab illmo dño curato Joseph Rastelli, posteaque per me eidem restitut. etc., cum quo facta deinde diligenti collatione, in omnibus concordare inveni, salvo mihi semper etc. In quorum fidem etc. In Monte Georgeo hac di 8 maij 1805. Ita est Carolus Antonius Abelli notarius publicus rogatus » Lo✠co sigilli ».

Novæ preces porrectæ pro confirmatione decreti lati ab archiepiscopo.

§. 5. Aliis subinde precibus nomine earumdem priorissæ, et monialium pro decreti ab ordinario super præmissis editi confirmatione nobis porrectis pari benignitate rescripsimus tenori sequenti » Hæc est copia publica sequentis tenoris, videlicet » Foris » Alla Santità di Nostro Signore papa Pio VII. » Per le entroscritte oratrici » Intus vero » Beatissimo Padre » La priora, e monache del collegio non claustrale di s. Agostino della terra di Montegiorgio dioccsi di Fermo con tutto l' ossequio espongono di aver supplicato la Santità Vostra per essere liberate dalla servitù della soggezione alla chiesa prepositurale de' ss. Giovanni, e Benedetto di detta terra, ove l' oratrici erano obbligate di ricevere la s. comunione una volta l' anno, ed in caso di morte il Ssmo viatico, ed estrema unzione, e ciò in vista del grave incommodo per la lontananza di detta cura, e dissipazione di spirito, come più diffusamente si legge nella supplica, che si umilia. Prese dalla Santità Vostra le debite informazioni, e voto di monsignor arcivescovo auditis etc. e dopo ciò si degnò di rimettere l' istanza delle oratrici al medesimo monsignore arcivescovo colle facoltà opportune, e necessarie, come parimenti si vede a tergo della inserta supplica. Fattosi carico detto monsignore arcivescovo delle ragioni, e circostanze delle oratrici con suo decreto segnato li 24 febbraro ha in vista delle facoltà concessegli dalla Santità Vostra, interamente aderito alla richiesta grazia col sottrarle dalla giurisdizione del parroco, e sottoporle a quella del confessore pro tempore ad instar dei monasteri claustrali, con che però in ogni anno si debba prestare al rettore dei ss. Giovanni e Benedetto un canone di una libra di cera, come meglio si legge nel detto decreto a tergo all' inserta supplica. Volendo ora le oratrici per maggior fermezza, e solidità della grazia ottenuta riportare dalla Santità Vostra una formale approvazione della medesima, ricorrono umilmente, perchè voglia degnarsi di confermare, o munire di detta approvazione il suddetto indulto ottenuto dall' arcivescovo in virtù delle concessegli facoltà, con speciale suo rescritto, che abbia forza, o di breve, o di chirografo segnato di mano della Santità Vostra; che ec.

Die 8 aprilis 1802.

Ex audientia Ssmi

Confirmatio decreti per rescriptum.

§. 6. Sanctissimus, attentis expositis, benigne annuit pro gratia petitæ approbationis, atque confirmationis introscripti decreti rmi p. d. archiepiscopi Firmani juxta preces, contrariis quibuscumque non obstantibus. A. Lucchini v. auditor » Lo✠co sigilli ». Exhibit., et registrat. in hac cancellaria archiepiscopali in libro approbationum sub pag. 137 etc. hac die ista aprilis 1802. Quam quidem supradictam copiam publicam ego notarius publicus infrascriptus ex suo proprio originali per alium mihi etc. fidum extrahere feci, factaque deinde per me etc. cum eodem diligenti collatione in omnibus concordare inveni, salvo mihi semper etc. In quorum fidem etc. In Monte Georgeo hac

die 8 maij 1805. » Ita est Carolus Antonius Abelli notarius publicus rogatus » Loco sigilli ».

Nova magis solemnis confirmatio.

§. 7. Verum enim vero, ut nullo unquam tempore, nec quolibet sub prætextu, aut quæsito colore aliquod hac de re suboriatur jurgium, aut dubium, vel dubitandi etiam occasio, Nos supradictam priorissam, et moniales uberioribus gratiis prosequi volentes, ac singulares ipsarum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, motu proprio, certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ auctoritatis plenitudine; præinserta hic duo rescripta Nostra, ac decretum quoque ordinarii Firmani tenore presentium approbamus, et confirmamus, et quatenus opus sit, recensitam a subjectione parochi exemptionem favore dictarum priosissæ, et monialium præsentium, ac futurarum, omniumque cum ipsis in collegio degentium, de novo concedimus, atque statuimus, et exemptioni hujusmodi perpetuum, ac inviolabile apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac si quos sive facti, sive juris defectus in memorato ordinarii decreto quomodolibet intervenisse contigerit, plenarie sanamus atque supplemus.

Clausula sublata; et decretum irritans.

§. 8. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et supradictis priorissæ, et monialibus, earumque collegio plenissime suffragari, ac ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et quatenus opus sit, etiam cancellariæ Nostræ regulis de jure quæsito non tollendo, cæterisque contrariis quibuscumque, datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima augusti millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXX.

Dat. die 30 augusti 1805 anno VI.

Confirmatio nonnullarum deliberationum capitularium susceptarum a definitorio fratrum ordinis sancti Francisci Reformatorum in Portugallia.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Memorantur literæ Clementis XI. latæ super divisione provinciæ de Minho, et Beyræ nuncupatæ.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Joseph a Maria sanctissima minister provincialis, custos, aliique omnes fratres de corpore definitorii ordinis minoris s. Francisci Reformatorum nuncupatorum provinciæ Conceptionis in Portugallia, quod cum eorum congregatio per apostolicas in simili forma brevis anno MDCCV. expeditas literas felicis recordationis Clementis pp. XI. prædecessoris Nostri ad gradum provinciæ fuerit elevata, ac paucos post annos, pro bono pacis, ambituque arcendo territorium ejusdem provinciæ in duas partes fuit distributum, unam scilicet de Beyra, alteram de Minho nuncupat: quarum prima provinciam Beyræ Transmontanæ provinciæ unitam comprehendit, secunda vero totam Minhii provinciam usque ad fluvium Tamagam continet, ac alias, prout in ejusdem Clementis prædecessoris anno MDCCXIX. desuper edita sanctione, qui etiam decrevit, et mandavit, ut in utraque dictæ provinciæ parte, seu territorio, perfecta alternativa, et omnimoda æqualitas inviolabiliter observaretur, non modo quoad novitiorum excipiendorum numerum, sed etiam quoad officiorum, ministeriorum, prælaturarum, et dignitatum provinciæ hujusmodi distributionem.

Quomodo literæ prædictæ moderatæ fue-

§. 2. Quoniam vero septem transactis annis, experientia compertum

rint a Clemen te XII. declaratur.

fuit; aliquas ex dictis sanctionibus provinciæ tranquillitati adversari, recolendæ memoriæ Clemens pp. XII. prædecessor itidem Noster anno MDCCXXXII, eas moderavit, firmo tamen in reliquis remanente antiquæ divisionis decreto.

Resolutiones a definitorio latæ super alternativa inter prædictas provincias in posterum servanda.

§. 3. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, nuperrimis hisce temporibus territorium prædictum Beyræ triplo sit extensius territorio Minhii, majoreque conventuum numero constet, ideoque fratrum numerus de territorio Minhii semper mancus, et incompletus remaneat, necesse est, ut ex præscripta alternativa, et omnimoda æqualitate hujusmodi pro utraque parte, tam quoad receptionem novitiorum, quam quoad distributionem officiorum, et dignitatum, multa incommoda necessario proveniant, pacem, et ordinem perturbantia. Ex fratribus namque Minhii, quippe qui pauciores numero inveniuntur, juniores ætate, et meritis ad officia, et dignitates sunt promovendi; contra vero ex fratribus Beyræ numero pluribus, licet antianitate, et meritis præcellant, multi expectare diu debent, ut eo perveniant, quo juniores alterius partis jamdiu pervenerunt. Quare ad hæc, et alia incommoda in provinciali capitulo superiore habito in conventu sancti Antonii civitatis Portugallensis die XXVIII. junii anno MDCCCIII. omnium vocalium consensu constitutum fuit, ut ad revocandum dictarum partium æquilibrium territorium Minhii ampliaretur, atque fluvii Tamaga limite prætergresso, ad fluvium usque Tuam se extenderet, qui quidem fluvius Tuam territoriorum deinceps divisorius esset: et quod novum territorium cum conventu sancti Francisci de Villa Real in ipso territorio fundatum dismembretur a territorio Beyra, Minhiique territorio in posterum uniatur: ita tamen, ut fratres, qui post peractam novam hanc ampliationem professionem emiserint regularem ex eodem territorio oriundi, pertinere debeant ad Minhii alternativam; qui autem ad id usque temporis fuerint professi, remaneant in alternativa Beyræ, ubi professionem emiserunt. Quoniam vero hæ provincialis capituli deliberationes stare nequibant, idem capitulum ministro provinciali commisit, ut graviorum fratrum, et antiquiorum in scriptis desuper exceptis sententiis, et votis ad Nos, et hanc sanctam Sedem supplicem mitteret libellum, pro abrogatione divisionis prædictæ territoriorum, et confirmatione dictarum capitularium resolutionum. Cum autem aliorum quoque fratrum in respectivis dictæ provinciæ conventibus existentium vota ad id jam accesserint, Nobis propterea dictus minister provincialis, custos, aliique de corpore definitorum prædicti humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur, attentis narratis, ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, veterem territoriorum prædictorum divisionem prædictam in provincia hujusmodi Conceptionis auctoritate apostolica, tenore præsentium abrogamus, extinguimus, et delemus, ac deliberationes capitulares supra expressas confirmamus, et adprobamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adjicimus, et omnes ac singulos juris, et facti defectus, qui desuper in eis quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus; easdem deliberationes, ut supra, in perpetuum servandas esse volumus, edicimus, atque mandamus.

Confirmatio apostolica.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios; sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus in præmissis utriusque Clementis dictorum prædecessorum Nostrorum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus aposto-

Derogatio contrariorum.

licis, nec non ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, seu quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die trigesima augusti millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXI.

Dat. die 9 septembris 1805 anno VI.

Allocutio habita in consistorio secreto diei 9 septembris 1805 in propositione coadjutoriæ ecclesiæ Olomucensis pro regio principe Rudolpho archiduce Austriæ.

Venerabiles fratres.

Dilectissimo in Christo filio Nostro Rudolpho archiduci Austriæ, non solum consentiente, sed etiam ob ingravescentem ætatem id ipsum a Nobis magnopere postulante dilecto filio Nostro Antonio Theodoro presbytero S. R. E. cardinali de Colloredo archiepiscopo Olomucensi, jam antea concessimus, ut ejusdem archiepiscopi coadjutor, futurusque successor eligi posset. Eum in capituli comitiis, quæ nuper habita sunt, summa omnium consensione, et concordia electum fuisse, cum magna animi nostri voluptate intelleximus; quod læti nunciamus vobis, venerabiles fratres, ut qui participes estis curarum, et consiliorum Nostrorum, participes etiam sitis gaudii, et jucunditatis Nostræ. Luculentissima, quæ de egregia ejus indole, præclarisque virtutibus accepimus testimonia, Nos minime dubitare sinunt, quin regius princeps talis in episcopatu sit futurus, quales esse oportet rectores ecclesiarum. Haud plane episcopatus oneri sustinendo matura videbatur ætas, in qua nunc ipse versatur; sed Nos id minime obstare existimavimus, cum vivo adhuc, et incolumi Olomucensi antistite, cui successurus est, in dies confirmabit cum ætate animum, semperque assiduitate quotidiana, et consuetudine proficiet in gerenda pastorali cura, et solicitudine, tum quod exemplis edocemur amplissimis, virtutis esse, quam ætatis, cursum celeriorem. Quæ causa fuit, propter quam prædecessores Nostri s. Carolum Borromæum, aliosque complures in ipso flore adolescentiæ episcopos creare non dubitarunt, reique exitus, ac vita ab iis sanctissime acta in episcopatu cum magna rei christianæ utilitate demonstravit, ab excellenti, eximiaque virtute progressum ætatis expectari non oportere. Nonne gravissimis, maximisque de causis sperare merito possumus, nostra hac ætate renovaturum vetera exempla Rudolphum, cum suas in episcopatu regias animi dotes coeperit explicare? Jam nunc ipse Deo vocanti obsequens ecclesiasticum habitum suscepit, et aliquot ordinibus initiatus est, sacrisque studiis, ac pietati dat operam, seque informat ad episcopalis vitæ institutum, ut illud exequatur monitum, quod beatus Paulus Timotheum alloquebatur: *Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium.* His et illa accedit ratio gravissima, propter quam de suscipiendo a regio principe archiepiscopatu Olomucensi vehementer Nobis lætandum est; quia nimirum in tanto principe, ac tanta ecclesiastica dignitate insignito catholica religio, et ecclesia firmissimum habebit præsidium. Ea de re prædecessores Nostri ecclesiasticas dignitates sæpe in Germania conferendas putarunt in principes viros, qui et iis essent digni, et familiarum splendore, ac potentia præstarent,

quamquam ætas impedimento esse videretur; quod præsertim in præclarissima Austriaca familia sæpius evenisse constat. Hæc vobis libentissime significare voluimus, ut simul omnes lætemur tum propter expectationem fructuum excellentium virtutum, tum propter decus, et emolumentum, quod ex ea re accipiet amplissima Olomucensis ecclesia, tum ob magnam, quæ inde in rem catholicam redundabit utilitatem, et incrementum. In id ipse pares præclaræ voluntati opes, et auctoritatem conferet, summoque studio curabit, ut maxima Austriacæ familiæ, et augustissimi fratris dignitas, atque potentia in catholicæ religionis bonum convertatur. Habet domesticum exemplum, ut cetera, quæ multa sunt, omittamus, insigne, et excellens in cardinale Andrea ab Austria, qui cum omni virtutum genere floreret, ecclesias Constantiensem, ac Brixinensem summa pietatis laude, studioque religionis gubernavit, suaque cura, ac vigilantia fecit, ut populus sibi creditus nullo inficeretur errore; quin etiam plures, qui in eum imprudenter inciderant, tum consiliis, tum pietate, sanctissimæque vitæ testimonio ad veritatis lucem revocavit. Egregii mores, et indoles, et virtus, et religio Austriaci principis Rudolphi Nos in spem certam adducunt fore, ut hæc illius memoriæ laus nostro hoc tempore in eo renovetur, neque dubitamus, quin ipse, cum gravissimo successerit episcopatus oneri, omnem sit daturus operam, ut Dei gloria provehatur, curaturusque diligenter salutem animarum, quarum Deo reddenda ratio est. Propterea singulari in illum paterna charitate incensi, ac sanctæ hujus Sedis beneficiis eumdem ultro prosequentes, jam quod nunc ad rem pertinet . . . .

Sequitur propositio ecclesiæ Olomucensis in forma consueta.

CCCLXXXII.

Dat. die 13 septembris 1805 anno VI.

Concessio missæ, et officii ritus semiduplicis sancti Josephi pro dioecesi Cusana.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Cum sicut dilecti filii clerus, et populus civitatis, et dioecesis Cusanæ Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quo in s. Josephum beatæ Mariæ virginis sponsum afficiuntur devotionis affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, referente dilecto filio magistro Julio de Carpineo sacrorum Rituum congregationis secretario, ut in posterum quotannis die decimonono uniuscujusque mensis non impedito tamen officio novem lectionum ab utroque clero ejusdem civitatis, et dioecesis recitari possit ritu semiduplici officium cum missa in honorem ejusdem sancti Josephi, ut in die proprio ejus festi, exceptis tamen temporibus adventus, quadragesimæ, quatuor temporum, & vigiliarum sive cum jejunio, sive absque jejunio, feria secunda rogationum, ac iis feriis, in quibus ex rubricarum dispositione sit reponendum officium de dominica, sive de festo translato, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ civitatis, et dioecesis consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis,

aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia septembris millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 17 septembris 1805 anno VI.

CCCLXXXIII.

Concessio alienandi nonnulla bona pro dimittendo ære alieno, quo gravatur monasterium de Monte Sancto urbis pro fratribus ordinis B. M. V. de Monte Carmelo.

Dilecto filio Nostro Romualdo S. R. E. diacono card. Braschi de Honestis nuncupato ordinis fratrum B. M. V. de Monte Carmelo protectori.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam
benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Nuper exponi fecit dilectus frater Joannes Baptista Comandini ordinis fratrum Calceatorum beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo vicarius generalis, quod conventus ejusdem sui ordinis dictus de Monte Sancto, et in Nostra alma urbe erectus, ære alieno primum in magnifica ejus ædificatione contracto, postmodum in nupera publicarum rerum perturbatione enormiter aucto, non premitur modo, sed prope etiam obruitur. Magno huic debito facta insuper est major accessio recentiores ob sumptus, qui necessario debuerunt impendi tum pro reparatione domorum, quas conventus, ejusque ecclesia habent locandas, tum ut claustralis habitationis pars ad incrementum reddituum posset et ipsa locari. In tanto autem conventus adeo obærati discrimine multa sunt consilia inita, multaque simul remedia adhibita; eo sane vel usque, ut annui redditus destinati omnes fuerint alieno æri luendo, et religiosa familia aretarit se se ad eleemosynas tantum, quibus una simul et communem vitam aleret, et quotidianis ecclesiæ expensis suppleret. Sed omnia incessum. Creditores namque minantur et urgent, ita ut opus sit tandem conventus bona, fortunas, ædesque ipsas eis deserere, maximo cum dedecore ordinis, ac detrimento fidelium, qui ob peculiarem erga beatissimam virginem, quæ in ea ecclesia colitur, devotionem illuc quotidie confluunt. Nihilo tamen minus spe aliqua exponens erigitur præpediri posse conventus excidium, si 1. parvo alio ordinis ejusdem conventu Porchiæ in dioecesi Montis Alti existente ea divellatur, alieneturque portio fundorum, quæ satis sit ad cœnobii urbani prædicti retroactam debitorum summam æquandam, basesque etiam ejus taliter statuendas, ut firmum deinceps securumque consistat. 2. Si in fundis conventus Porchiensis discrepandis, venundandisque cuicumque derogetur caducitatis vinculo ac juri, quod fundis ipsis in casu alienationis et venditionis impositum, atque inhærens adinveniri poterit. Hinc Nobis exponens supplicari humiliter fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur perpetuæ cœnobii hujusmodi conservationi consulere, ipsumque exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati: circumspectioni tuæ, fili Noster, fundos memorati conventus Porchiensis quacumque in re consistentes, et quomodolibet ad eum spectantes, constito tamen tibi prius de narratis, ac dummodo re juxta datam tibi a Deo sapientiam mature perspecta id satius in Domino expedire censueris, auctoritate Nostra apostolica plus de eis, aut minus pro Tenor concessionis.

tui prudenti arbitrio alienandi, et vendendi, ac beneficio cœnobii urbani de Monte Sancto adjudicandi, et assignandi, seu alienari et vendi, ac adjudicari, et assignari, ut præfertur, faciendi, nec non omnes et singulas caducitatis conditiones, obligationes, et leges, etiam auctoritate apostolica confirmatas, si quibus iidem fundi quomodolibet obnoxii extiterint, penitus dissolvendi, illisque specialiter, ac expresse derogandi, plenam et amplam facultatem eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, atque impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has Nostras literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, iisque ad quos spectat, seu spectare poterit, plenissime suffragari, et ab omnibus inviolabiliter observari; sicque in præmissis, per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, regulaque cancellariæ Nostræ de jure quæsito non tollendo, nec non ordinis, et conventus prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima septembris millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXIV.

Dat. die 20 septembris 1805 anno VI.

Confirmatio decreti sacræ congregationis Episcoporum et Regularium editi pro concessione processionis Corporis Christi pro monialibus immaculatæ Conceptionis Villæ de Liria dioecesis Valentinæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ superiorissa, et puellæ congregationis virginum sub titulo immaculatæ Conceptionis beatæ Mariæ virginis intra fines erectæ conventus fratrum ordinis Minorum sancti Francisci excalceatorum strictioris observantiæ nuncupatorum loci, seu villæ de Liria Valentinæ dioecesis, quod dudum supplici earum libello super facultate solemnem processionem instituendi in secunda septembris dominica, et quotannis peragendi per easdem vias, per quas communitas religiosa dicti ordinis ex apostolico indulto processionaliter incedit in festo Corporis Christi, sine ulla dependentia a clero sæculari dictæ villæ, rescriptum fuit, ut sequitur.

Ex audientia Ssmi habita ab infrascripto domino secretario sacræ congregationis Episcoporum, et Regularium, sub die decima junii millesimi octingentesimi tertii.

Tenor rescripti lati a sacra congregatione Episcoporum, et Regularium.

§. 2. Sanctitas sua benigne annuit, et propterea mandavit committi archiepiscopo Valentino, ut circa congregationis oratricis preces, pro suo arbitrio, et conscentia provideat, prout in Domino censuerit expedire, cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis = Romæ = F. card. Caraffa secretarius.

Confirmatio rescripti.

§. 3. Cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, venerabilis frater archiepiscopus Valentinus dictis facultatibus usus, processionem hujusmodi modo prædicto, ac sine dependentia a clero sæculari ad formam precum faciendam esse censuerit, et concesserit, ipsæ exponentes, quo rescriptum prædictum, ejusque demandata executio firmius subsistant, ac etiam in posterum serventur exactius, apostolicæ Nostræ

confirmationis subsidio muniri summopere desiderent. Nos ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, rescriptum prædictum, ejusque demandatam executionem, ac omnia, et singula in eis contenta, et expressa auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robur addiicimus, et omnes, ac singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes, ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictæ villæ, et cleri etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septembris millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXV.

Dat. die 22 septembris 1805 anno VI.

Erectio sedis episcopalis Lublinensis.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei.

Venerabili fratri Cajetano Ignatio de Kicki archiepiscopo Leopoliensi sanctam et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Quemadmodum Romanorum pontificum erga inclytos Ecclesiæ filios, qui sub diadematis honore, ceu pretiosæ lampades oleo fidei jugiter plenæ in ea luxerunt, ea semper extitit sollicitudo, ut quo ipsi præstantius de christiana republica se benemeritos obtulerint, majorique animi contentione sacrorum ministrorum, divinique cultus assertores huic apostolicæ Sedi, cunctoque terrarum orbi apparuerint, eo sanctius eosdem gratiis, et favoribus studuerint cumulare, ita et Nos prædecessorum Nostrorum vestigia sequentes regiis ipsis personis, quæ de eximia earum pietate, animique zelo in promovenda in suis ditionibus animarum cura, aliisque pro earum spirituali bono salubriter ordinandis præclara Nobis, et eidem Sedi apostolicæ specimina præbuerunt a Deo faveri conamur, utque ab ipsis ad hunc effectum optimo sapientique consilio disposita sunt protinus executioni demandare non hæsitemus.

Expositio precum porrectarum ac rege Bohemiæ, imperatore Romano.

§. 2. Quapropter cum sicut dilectus filius comes de Kevenkiiller charissimi in Christo filii Nostri Francisci hoc nomine secundi Romanorum regis in imperatorem electi, ac Bohemiæ, et Hungariæ etiam regis apostolici apud Nos, et Sedem apostolicam prædictam administer plenipotentiarius ejusdem Francisci imperatoris, et regis nomine

Nobis exposuit post repetitam bis Poloniæ regni divisionem sub dominio pariter Austriaco, partim Russico, et partim Borussico tanta illarum dioecesum, et jurisdictionum inordinatio, negotiorum quoque tam spiritualium, quam temporalium difficultas intercesserit, ut inde ad hujusmodi incommoda penitus arcenda territoria, quoad jurisdictionem episcopalem urgens aliter ordinandi necessitas oriatur, prætereaque prædictus comes de Kevenküller nomine prædicto Nobis humiliter supplicaverit, ut pro bono spirituali illorum populorum augendo et animarum cura uberiori fructu promovendam sedem episcopalem Chelmensem una cum illius capitulo ex oppido Crasnostaviæ ad civitatem Lublinii nunciatam, utpote sua celebritate satis conspicuam, incolisque refertam, ac plurimis ædificiis ornatam transferre, ibique residentiam venerabilis fratris Nostri Adalberti Skarzewski moderni episcopi Chelmensis ad id ultro consentientis, qui in posterum vigore infrascriptæ translationis, de sui persona, ut infra, faciens episcopus Lublinensis nuncupabitur designare, ac tandem novæ hujus episcopatus erigendi dioecesi nonnullas infrascriptas parochiales ecclesias, ad ripam dexteram fluvii Vistulæ positas ordinariæ Cuceoriensis et Posnaniensis et Plocensis respective episcoporum jurisdictioni in spiritualibus obnoxias, sub temporali tamen dominio Austriaco existentes, et ab eo respective dependentes perpetuo unire, et incorporare, sicque novis terminis episcopatum Lublinensem noviter erigendum præfinire dignaremur. Cumque ex processu a dilecto etiam filio Nostro, et Sedis apostolicæ prædictæ nuncio Viennæ Austriæ commorante desuper confecto, et ad urbem transmisso de hujusmodi translationis utilitate Nobis plane constiterit, perspectumque habuerimus, quod si prædicta cathedrali ecclesia Chelmensi per Nos ut infra perpetuo suppressa et extincta, prædicta Lublinii civitas, quæ ut etiam accepimus in Galicia Occidentali provincia hæreditaria augustissimæ domus Austriacæ sita reperitur, in civitatem episcopalem, nec non ecclesia sancti Joannis Baptistæ, et sancti Joannis Evangelistæ inibi existens olim ad clericos regulares suppressæ Societatis Jesu spectans, et pertinens in cathedralem ecclesiam etiam ut infra erigeretur, nec non sedes episcopalis cathedralis ecclesiæ Chelmensis, ut infra supprimendæ et extinguendæ, una cum prædicto moderno illius episcopo et capitulo ad prædictam sancti Joannis Baptistæ et sancti Joannis Evangelistæ ecclesiam, in cathedralem ecclesiam ut infra erigendam perpetuo quoque, ut infra transferretur, nec non a Cuceoriensi et Posnaniensi, et Plocensi respective dioecesibus, et ab ordinaria illarum respective episcoporum jurisdictione infrascripti decanatus, et in eis existentes infrascriptæ respective parochiales ecclesiæ ad ripam dexteram prædicti fluvii Vistulæ positæ itidem perpetuo ut infra dismembrarentur, dividerentur, et separarentur; ipsique decanatus, eædemque parochiales ecclesiæ sic dismembrati, divisi, et separati, ac dismembratæ, divisæ, et separatæ novæ cathedrali ecclesiæ Lublinensi, ut infra, erigendæ hujusmodi, illiusque præsuli pro suis civitate et dioecesi similiter perpetuo ut infra assignarentur, et respective supponerentur, et subjicerentur, aliaque infrascripta per Nos, et Sedem apostolicam prædictam etiam ut infra fierent, et ordinarentur, ex hoc profecto animarum cura sic provide ordinata expeditiori illarum regimini et guberuio, simulque populorum in Galicia prædicta existentium spirituali bono, plurimum prospiceretur.

§. 3. Nos igitur, his omnibus mature perpensis, tam pia ac laudabilia ipsius Francisci imperatoris, et regis vota apostolicæ Sedis favore prosequi, illisque in præmissis benigne annuere volentes, motu proprio et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, quatenus prædictam cathedralem ecclesiam Chelmensem, et in ea titulum, nomen, denominationem, naturam et essentiam cathedralitatis, nec non dignitatem episcopalem, illiusque capitulum prædictum apostolica tibi ad id specialiter et expresse delegata auctoritate perpetuo supprimas et extinguas. *Mandatum episcopo datum pro suppressione dioecesis Chelmensis.*

§. 4. Nec non prædictam Lublinii civitatem, in civitatem episcopalem Lublinensem cum omnibus juribus, honoribus, privilegiis, quibus aliæ in regnis Galiciæ prædictæ existentes civitates episcopali sede insi- *Erectio ecclesiæ cathedralis Lublinensis.*

gnitæ, et earum cives utuntur et gaudent; sicque pariter prædictam sancti Joannis Baptistæ et sancti Joannis Evangelistæ ecclesiam, in cathedralem ecclesiam sub eadem sancti Joannis Baptistæ, et sancti Joannis Evangelistæ invocatione nuncupandam tibi, ut præfertur moderno, et pro tempore existenti archiepiscopo Leopoliensi, suffraganeam, tibique et pro tempore existenti archiepiscopo Leopoliensi prædicto metropolitico jure subjectam extituram, et in ea sedem et dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo Lublinensi nuncupando, qui eidem ecclesiæ, ejusque civitati, et diœcesi ut infra constituendæ præsit, synodum convocet, ac omnia et singula jura, officia, et munera episcopalia habeat et exerceat, cum suis capitulo mensa episcopali, cæterisque cathedralibus et pontificalibus insigniis, juribus, jurisdictionibus, et privilegiis, jam episcopatui Chelmensi, ut præfertur, supprimendi, et extinguendi competentibus, et quibus aliæ cathedrales ecclesiæ in Galicia prædicta existentes, earum præsules (non tamen titulo oneroso aut privilegio particulari) utuntur, et gaudent, eadem apostolica tibi ut præfertur delegata auctoritate ad Dei omnipotentis gloriam et utriusque sancti Joannis honorem, nec non fidei catholicæ exaltationem etiam perpetuo erigas atque instituas.

Translatio sedis Chelmensis ad cathedralem Lublinensem.

§. 5. Ac respective ad cathedralem ecclesiam Lublinensem per te, ut præfertur, erigendam sedem episcopalem cathedralis ecclesiæ Chelmensis, per te etiam, ut præfertur, supprimendam, et extinguendam, illiusque capitulum, quod uno præposito, qui præposituram post pontificalem majorem, ac uno decano qui unum decanatum secundam, ac uno syndaco qui syndacatum tertiam inibi respective dignitates pariter extituras, aliisque quatuor canonicis, qui quatuor canonicatus, totidemque præbendas obtinebunt præter nonnullos beneficiatos, qui tot perpetua simplicia, personalem tamen residentiam requirentia beneficia ecclesiastica similiter obtinebunt, aliosque inibi inservientes constabit. Ita tamen ut præpositus prædictus iis omnibus præeminentiis sibi de jure competentibus gaudere, et tam ipse, quam decanus, et syndacus prædicti, et eorum quilibet summam millium et ducentorum florenorum Rhenensium; quilibet autem ex dictis quatuor canonicis summam millium florenorum hujusmodi percipere respective debeant, idemque præpositus, ac decanus, ac syndacus, et canonici prædicti una cum beneficiatis, aliisque inservientibus prædictis eidem cathedrali ecclesiæ Lublinensi per te, ut præfertur, erigendæ laudabiliter deservire, ibique horas canonicas diurnas, et nocturnas, cæteraque divina officia solita, et consueta cum debita mentis attentione, servataque ecclesiastica disciplina recitare, decantare, & psallere, cæterasque ecclesiasticas functiones persolvere teneantur, eadem apostolica tibi, ut præfertur, delegata auctoritate itidem perpetuo transferas, ibidemque respective constituas.

Descriptio ecclesiarum subjectarum novæ diœcesi.

§. 6. Præterea, ut prædictæ ecclesiæ Lublinensi, per te, ut præfertur, erigendæ clerus, et populus constitui valeat a Luceoriensi scilicet unum Janovicensem, et in eo respective consistentes, unam videlicet Janow, et aliam Pratulin, et aliam Biata, et aliam Malowagora, et aliam Koderi, et aliam Huszcza, et aliam Piszczac, et aliam Horbow, et aliam Burdzitowka, et reliquam respective parochiales ecclesias Cesna respective nunciatas. Ac alium Maderecensem, et in eo pariter respective consistentes, unam Astrowski, et aliam Wisznice, et aliam Stawatcze, et aliam Wtodawa, et aliam Opole, et aliam Komorowka, et reliquam respective etiam parochiales ecclesias Wohin respective nunciatas; ac alium Cosicensem, et in eo similiter consistentes: unam Krzychowck, ac aliam Paprothna, ac aliam Cosice, ac aliam Hadynow, ac aliamSkrzeszew, ac aliam Przesmyki, ac aliam Mordy, ac aliam Wyrozemby, ac aliam Ruskow, ac aliam Sarnaki, ac aliam Gorki, ac aliam Huszlew, ac reliquam respective quoque parochiales ecclesias Niemoyki respective nunciatas. Et reliquum respective decanatus Wægroviensem respective nunciatos, et in eo pariter respective consistentes unam Kostow, et aliam Cyranow, et aliam Wegrow, et aliam Rosbity Kamieri, ac aliam Czerwonka, ac aliam Wiszkow, et aliam Mokobody, ac aliam Kozuchowek, ac aliam Suchozebry, ac aliam Sokotow, ac aliam Nieczecz, ac aliam Miedzna, ac aliam Skibniew, ac aliam Sterdynia, ac aliam Zebrow, ac aliam Prostynia, et reliquam respe-

ctive etiam parochiales ecclesias Jabtonna respective nunciatas. Nec non a Posnaniensi unum Garrulinensem, et in eo etiam respective consistentes alias infrascriptas, videlicet unam Garwolin, ac aliam Jarnowek, ac aliam Wilga, ac aliam Gozlin, ac aliam Warzawice, ac aliam Ostrowek, ac aliam Karczew, ac aliam Wiæzowna, ac aliam Btaga, ac aliam Plinianka, ac aliam Sienna, ac aliam Rotviel, ac reliquam respective parochiales ecclesias Osiek respective nunciatas. Et alium Catovicensem, et in eo pariter consistentes alias infrascriptas, videlicet unam Borowie, ac aliam Jeruzal, ac aliam Kiezki, ac aliam Kuslew, ac aliam Catowiez, ac aliam Miastkow, et aliam Serveczyn, ac aliam Stoczek, ac aliam Wodinie, ac aliam Zocliszew, ac aliam Zwola, et reliquam respective quoque parochiales ecclesias Parissow respective nunciatas. Et reliquum respective decanatus Civensem respective nunciatos, et in eo similiter consistentes alias infrascriptas, unam scilicet Cegtow, ac aliam Czrwonka, ac aliam Græmkow, ac aliam Jakubow, ac aliam Katuszyn, ac aliam Kopcie, ac aliam Ciw, ac aliam Mirisko, ac aliam Niviska, ac aliam Olexin, ac aliam Wierzbno, et reliquam respective parochiales ecclesias Wiszniew respective nunciatas.

Idem ut supra.

§. 7. Ac tandem a Plocensi respective dioecesibus prædictis alios infrascriptos; unum nempe Camenecensem, et in eo pariter consistentes alias infrascriptas, videlicet unam Jadowo, et aliam Kamienczyk, ac aliam Korytnita, ac aliam Niegowo, ac aliam Podstoliska, ac aliam Sadowne, ac aliam Stoczek, ac aliam Sulejow, et reliquam respective parochiales ecclesias Kamionvlas respective etiam nunciatas.

Idem ut supra.

§. 8. Ac alium Stanistavoviensem, et in eo itidem consistentes alias infrascriptas, unam videlicet Cygowo, ac aliam Dobre, ac aliam Klembowo, ac aliam Kobytka, ac aliam Pastelnik, ac aliam Priciewnik, ac aliam Okuniewo, et reliquam respective parochiales ecclesias Slanistawow respective nunciatas. Nec non reliquum respective decanatus Radziminensem respective nunciatos, et in eo quoque respective etiam consistentes alias infrascriptas; unam videlicet Babroicka, et alteram respective parochiales ecclesias Radzyncin nunciatas eadem apostolica tibi, ut præfertur, delegata auctoritate similiter perpetuo respective dismembres, dividas, et separes. Eosdemque decanatus, et singulas parochiales ecclesias superius expressas, omnesque etiam, et singulas tum in decanatibus, tum in parochialibus ecclesiis prædictis pariter existentes, et existentia ecclesias, monasteria, præposituras, conventus, et alia quæcumque, et singula beneficia ecclesiastica sæcularia, et quorumvis ordinum regularia, omniumque pariter, et singularum a prædictis dioecesibus, ut præfertur, dismembrandis, dividendis, et separandis utriusque sexus personas, habitatores, et incolas tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, religiosos (non tamen exemptos) cujuscumque status, gradus, et ordinis existant ab ordinaria modernorum, et pro tempore respective existentium Cuceoriensium, et Posnaniensium, et Plocensium respective episcoporum jurisdictione, superioritate, et auctoritate, accedentibus tamen consensibus ab eisdem modernis Cuceoriensi, et Posnaniensi, et Plocensi respective episcopis, per te in forma valida, et authentica respective reportandis, auditisque per te aliis ad id interesse habentibus dicta apostolica tibi, ut præfertur, delegata auctoritate perpetuo quoque dismembres, et respective disjungas, et eximas.

§. 9. Et respective prædictam civitatem Lublinensem, nec non prædictos decanatus, singulasque parochiales ecclesias prædictas in dextera fluminis Vistulæ ripa, ut præfertur, positas, et in eis respective existentes, et existentia ecclesias, monasteria, præposituras, conventus, et alia sæcularia, et regularia beneficia hujusmodi, omnesque pariter, et singulas personas, habitatores, et incolas, sic, ut præfertur, dismembratos, divisos, et separatos novæ cathedrali ecclesiæ Lublinensi per te, ut præfertur, erigendæ, ejusque præsuli pro suis civitate, et dioecesi, in qua ipse semper residere debebit, ac clero, et populo apostolica tibi, ut præfertur, delegata auctoritate prædicta concedas, et assignes, ac ordinariæ futuri, et pro tempore existentis episcopi Lublinensis jurisdictioni, superioritati, et auctoritati perpetuo quoque supponas, et subjicias. Mensæ autem episcopali prædictæ ecclesiæ Lublinensis per te, ut præfertur, erigendæ pro illius dote, et ad hoc ut futurus, et pro tempore exi-

Subjectio prædictorum locorum, et ecclesiarum jurisdictioni novi episcopi.

stens episcopus Lublinensis præsulis dignitatem decenter tueri valeat, annuam summam duodecim millium florenorum Rhenensium hujusmodi ab eodem Francisco imperatore, et rege perpetuis futuris temporibus ab omni onere liberam, immunem, et exemptam pro ipsius futuri, et pro tempore existentis episcopi Lublinensis usibus assignatam, ita ut idem Franciscus imperator, et rex expensis pro expeditionibus ejusdem aliunde prospexerit, eadem apostolica tibi, ut præfertur, delegata auctoritate itidem perpetuo approbes, et respective constituas, et assignes.

Assignatio domus ab episcopo inhabitandæ.

§. 10. Ipsique futuro, et pro tempore existenti episcopo Lublinensi pro sui decenti habitatione partem collegii olim ad prædictam suppressam Societatem Jesu spectantis, quæ ad hunc effectum commode aptatur simili apostolica auctoritate tibi, ut præfertur, delegata perpetuo quoque adscribas, atque concedas. Nos enim postquam præmissa omnia per te rite fuerint expleta eisdem futuris, et pro tempore existentibus capitulo, et canonicis dictæ cathedralis Lublinensis ecclesiæ per te, ut præfertur, erigendæ, ut ipsi, eorumque officiales, et ministri res, bona, et proprietates omnibus, et singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, prærogativis, antelationibus, concessionibus, indultis, favoribus, et gratiis tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus aliæ cathedrales ecclesiæ in regno Galiciæ existentes, earumque capitula, canonici, et dignitates in eis obtinentes, ac officiales, et ministri bona, res, et proprietates hujusmodi de jure, usu, consuetudine, vel privilegio (non tamen ex indulto, vel privilegio particulari) utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac etiam uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum similiter, et pariformiter, et absque ulla prorsus differentia in omnibus, et per omnia, ac si illa eis principaliter, et in specie concessa essent, dummodo tamen sint in usu, et non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini decretis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis non repugnent, uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant apostolica auctoritate concedimus, et indulgemus.

Concessio juris condendi statuta favore capituli.

§. 11. Ac futuris pariter præposito decano, et syndaco, aliisque canonicis prædictis dictæ cathedralis ecclesiæ Lublinensis per te, ut præfertur, erigendæ, ut ipsi capitulariter congregati pro ejusdem cathedralis ecclesiæ Lublinensis, illiusque præpositi decani, et syndaci, et aliorum canonicorum, nec non beneficiatorum, aliorumque inserventium prædictorum mensæ capitularis sacrarii, illorumque omnium rerum, et bonorum tam spiritualium quam temporalium prospero, ac felici regimine, gubernio, et directione, onerumque eis respective incumbentium supportatione, divinorum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum, et aliorum suffragiorum celebratione, ac distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, perceptione, repartitione, divisione, poenarum per absentes, et divinis officiis hujusmodi non interessentes, seu onera, et munera his, et eorum cuilibet incumbentia subire negligentes incurrendarum incursu, singulorum præsentiis, et absentiis notandis, cæremoniis, et ritibus in dicta cathedrali ecclesia Lublinensi per te, ut præfertur, noviter erigendæ, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus hujusmodi servandis, officialibus, et ministris in dicta cathedrali ecclesia Lublinensi sic erigenda necessariis deputandis, et amovendis; servitiis, et ministeriis per ipsos obeundis, ac eis salariis, et stipendiis præstandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis, quæcumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta, licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, et decretis concilii Tridentini hujusmodi, ac prædictis constitutionibus apostolicis minime contraria per futurum episcopum Lublinensem prius examinanda, et approbanda edere, et edita prævia approbatione ejusdem episcopi Lublinensis declarari, et interpretari, et ad meliorem formam redigere, reformare, ac alia pro rerum, et temporum conditione, et qualitate, vel alias expediens videbitur de novo, ex integro, ac, ut præfertur, eisdem sacris canonibus, ac decretis concilii Tridentini hujusmodi, et constitutionibus apostolicis prædictis minime adversantia, et, ut præfertur, examinanda, et approbanda, et ab eis ad quos pro tempore spectabit

sub poenis in contravenientes statuendis observanda, et adimplenda condere etiam libere, et licite possint, et valeant licentiam, et facultatem apostolica auctoritate prædicta tenore præsentium concedimus, atque impertimur.

Jus patronatus reservatur imperatori, ejusque successoribus in infinitum.

§. 12. Et insuper prædicto Francisco imperatori, ac regi, ejusque in regimine successoribus jus nominandi, seu præsentandi infra tempus, a jure præfixum Nobis, ac Romano pontifice pro tempore existenti personam idoneam ad prædictam cathedralem ecclesiam Lublinensem, ut præfertur, noviter erigendam in episcopum per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem prædictum in illius vacationibus in primo, et pro tempore quomodolibet (non tamen apud Sedem apostolicam prædictam) occurrentibus, eisdem modo et forma quibus episcopi ecclesiarum in prædicto regno Galiciæ existentes ab eadem Sede apostolica hactenus præfici consueverunt, et similiter aliud quoque jus nominandi, seu præsentandi coram ordinario loci ad dignitates, atque canonicatus, et præbendas, cæteraque beneficia ecclesiastica in dicta cathedrali ecclesia Lublinensi per te, ut præfertur erigenda extitura, quoties illas, et illos, ac illa quovis modo vacare contigerit, personas itidem idoneas per eumdem ordinarium loci in eis respective instituendas, apostolica auctoritate prædicta perpetuo quoque reservamus, concedimus, atque assignamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 13. Decernentes præsentes Nostras literas apostolicas semper, et perpetuo validas, et efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus ad quos nunc spectat, et pro tempora quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore, ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legittima, ac etiam ex eo quod causæ propter quas eædem præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, vel quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, ac quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa rationabili, legittima, juridica, pia, privilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam et terminos juris, aut quodcumque juris vel facti, aut gratiæ vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, et scientia similibus concesso, et impetrato quempiam uti, seu se juvari in judicio, et extra illud posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem, etiam motu et scientia similibus, etiam consistorialibus ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque tenoribus, et formis verborum, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiam si in eis de eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendi; sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore et esse; sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, et alios quoscumque quavis auctoritate, potestate, fa-

cultate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio executoris apostolici.

§. 14. Nos enim tibi omnes, et singulas facultates necessarias, et opportunas pro earumdem præsentium Nostrarum literarum executionis effectu, tibique pariter facultatem, ut tu pro hujusmodi executionis effectu quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam subdelegare libere, et licite possis, et valeas, et tam tibi, quam personæ a te subdelegandæ hujusmodi facultatem quoque ut vos, et vestrum alter super quacumque oppositione, quæ adversus præmissa in actu executionis hujusmodi quomodolibet erit oritura, servatis tamen quæ fuerint de jure servanda, etiam definitive pronunciare similiter libere, et licite possitis, et vestrum alter respective possit eadem apostolica auctoritate ipsarum tenore præsentium concedimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 15. Non obstantibus Lateranensis concilii novissime celebrati, ab ecclesiis, earumque dioecesibus, membra dividi, atque distingui prohibentis; ac quibusvis aliis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac Chelmensis, et Cuceoriensis, et Posnaniensis, et Plocensis respective ecclesiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formulis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie pro tempore quomodolibet concessis, et concedendis: quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris latissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide ad præmissorum validissimum effectum motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus hac vice dumtaxat, harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Absolutio a vinculo favore episcopi Chelmensis.

§. 16. Et nihilominus prædictum Adalbertum episcopum Chelmensem a vinculo, quo eidem ecclesiæ Chelmensi per te, ut præfertur, supprimendæ, et extinguendæ, cui ad præsens præest tenetur, de venerabilium etiam fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio, et apostolicæ potestatis plenitudine absolventes eumdem Adalbertum episcopum, quem prædictus Franciscus imperator, et rex Nobis ad hoc per suas literas nominavit ad prædictam ecclesiam Lublinensem per te, ut præfertur, erigendam a primaeva illius erectione per te, ut præfertur, facienda hujusmodi tunc pastoris solatio destitutam de simili consilio apostolica auctoritate prædicta transferimus, ipsumque illi in episcopum præficimus, et pastoralem curam, regimen, et administrationem ipsius ecclesiæ Lublinensis ei in spiritualibus, et temporalibus plenarie committendo, liberamque sibi ad prædictam ecclesiam Lublinensem sic noviter erigendam hujusmodi transeundi licentiam tribuendo, firma spe fiduciaque conceptis, quod dextera Domini sibi assistente propitia prædicta ecclesia Lublinensis per suæ circumspectionis industriam, et studium fructuosum regetur utiliter, et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus, et temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca dilectis filiis capitulo, et vassallis dictæ ecclesiæ Lublinensis per te, ut præfertur, noviter erigendæ, ac clero, et populo civitatis, et dioecesis Lublinensis per apostolica scripta mandamus, ut capitulum eidem Adalberto episcopo tamquam patri, et pastori

animarum suarum humiliter intendentes exhibeant ei obedientiam, et reverentiam congruentes, et clerus ei pro Nostra, et dictæ Sedis reverentia benigne recipientes, et honorifice pertractantes, ejus salubria monita, et mandata suscipiant humiliter, et efficaciter adimplere procurent. Populus vero eumdem Adalbertum episcopum tamquam patrem, et pastorem animarum suarum devote recipientes, et debita honorificentia prosequentes ejus monitis, et mandatis salubribus humiliter intendant, ita quod dictus Adalbertus episcopus in eis devotionis filios, et ipsi in eo per consequens patrem benevolum invenisse respective gaudeant.

Præceptum de præstanda fidelitate novo episcopo a vassallis.

§. 17. Vassalli autem prædicti eumdem Adalbertum episcopum debito honore presequentes, ei fidelitatem debitam, ac consueta servitia, et jura illis ab eis debita integre exhibere studeant, alioquin sententiam, sive poenam, quam dictus Adalbertus episcopus rite tulerit, seu statuerit in rebelles ratam habebimus, et faciemus auctorante Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Rogamus, et hortamur attente prædictum Franciscum imperatorem, et regem, ac te, frater archiepiscope, tibi per eadem apostolica scripta mandantes, quatenus eumdem Adalbertum episcopum, et prædictam ecclesiam Lublinensem suffraganeam tuam extituram noviter erigendam hujusmodi habeatis pro Nostra, et ejusdem Sedis apostolicæ reverentia propensius commendatos in ampliandis, et conservandis juribus suis, sic eum vestri benigni favoris auxilio prosequamini, quod dictus Adalbertus episcopus vestrum fultus præsidio, in commisso sibi curæ pastoralis officio, possit Deo propitio prosperari, ac eidem Francisco imperatori, et regi perennis a Deo vitæ præmium, et a Nobis condigna proveniat actio gratiarum; tuque frater archiepiscope divinam misericordiam, ac Nostram, et dictæ Sedis benedictionem, et gratiam uberius valeas promereri.

Præceptum de inscribendis fructibus mensæ in libris cameræ apostolicæ.

§. 18. Volumus autem, quod prædicta cathedralis ecclesia Lublinensis per te, ut præfertur, erigenda juxta redditus, et, ut præfertur, assignatos ad florenos auri de camera tercentum, et septuaginta tres cum uno tertio alterius floreni similis ex gratia speciali de more taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ, et eorumdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium collegii describi debeat.

Præceptum de restauranda domo episcopali.

§. 19. Volumus etiam, quod dictus Adalbertus episcopus cardinalis ecclesiæ Lublinensis, ut præfertur, erigendæ reparationi, et domus episcopalis constructioni pro viribus incumbat, atque sacrarium sacris supellectilibus tam ad divina peragenda, quam pontificalia exercenda sufficienter instruat, nec non in dicta cathedrali ecclesia Lublinensi, ut præfertur, erigenda theologalem, et poenitentiariam respective præbendas ad præscriptum concilii Tridentini instruat, montemque Pietatis erigi curet, ejus conscientiam desuper onerantes.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quinto, nono Kalendas octobris, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXVI.

Dat. die 24 septembris 1805 anno VI.

Distributio locorum in variis dioecesibus regni Poloniæ Austriæ imperio unitis Premisliensis, et Cracoviensis.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Operosa atque indefessa christianorum principum regia dignitate fulgentium pro christifidelium spirituali bono huic exhibita Sedi apostolicæ studia excitant ultro cor Nostrum, ut postquam novæ cathedrales ecclesiæ per Nos fuerint erectæ, si quid adhuc in iis dioecesibus ordinandum, et disponendum supersit, ubi vel maxime ob diversas, et inter se dissitas pabulantium ditiones haud libere pastorale munus erga Dominicum gregem ab illius pastoribus expleri posse comperitur in id quoque operis regiis inhærendo curis ministerii Nostri partes impendere, et gregem illum dividere, vicisque alienis dioecesibus incorporare curemus, ut

per hoc spirituale animarum gubernium ab illarum præsulibus propius inspectum accuratius valeat exerceri.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque sicut ex parte dilecti filii comitis de Kevenkiiller charissimi in Christo filii Nostri Francisci hoc nomine secundi Romanorum regis in imperatorem electi, ac Bohemiæ, et Hungariæ etiam regis apostolici apud Nos, et Sedem apostolicam administri plenipotentiarii accepimus in postrema regni Poloniæ divisione quid districtus intra nonnullas dioeceses tam extraneas, quam internas in regno Galiciæ tali subjecti reperiantur nexui, ut earum respective episcopi spiritualem in eis jurisdictionem exercere; et omnia quæ eorum referunt pastoralem curam sedulo obire minime valeant, prætereaque dictus Franciscus imperator, et rex de animarum suorum subditorum salutis indemnitate, ac de prospero, felicique illarum gubernio, et regimine præcipuam gerens curam, ac sollicitudinem ad negotia in re tanti momenti facilius exequenda, et necessaria catholicæ religionis subsidia Christi fidelibus præstanda ne desinant, opus esse duxerit, ut Premisliensi scilicet præter territorium ad quod dioecesis illa actu extenditur, duo quidam Tarnoviensis scilicet, et Jassoensis circuli Cracoviensi vero respective dioecesibus quinque aliis, unus nempe Cracoviensis, et alius Slomnikensis, et alius Mislenicensis, et alius Bochniensis, et reliquus Sandecensis respective circuli, quorum tres postremi Polonia prædicta adhuc in sua integritate permanente, ab immemorabili tempore ad Cracoviensem episcopatum spectabant, prævia hujusmodi circulorum ab illorum respectivis dioecesibus ad quas ipsi pertinent respectiva dismembratione, ut infra facienda in perpetuo uniantur atque incorporentur. Cumque dictus comes de Kevenkiiller nomine ejusdem Francisci imperatoris, et regis Nobis humiliter supplicaverit, ut provide hanc prædicti Francisci imperatoris, et regis dispositionem apostolicæ Sedis patrocinio, et auctoritate ad effectum perducere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur, qui nuper jam præmissis ex causis ad ejusdem Francisci imperatoris et regis supplicationes, et preces Tarnoviensi, et Chelmensi respective cathedralibus ecclesiis, apostolica auctoritate perpetuo suppressis, et extinctis, unam scilicet Kielcensem, et alteram Lublinensem respective civitates episcopalium civitatum titulo, et honore decoravimus, ac sæcularem, et collegiatam ecclesiam Assumptionis in coelum beatæ Mariæ virginis in prædicta Kielcensi, prævia pariter illius collegialitatis, et in ea tunc existentis capituli perpetua suppressione, et extinctione eadem apostolica auctoritate facta, nec non ecclesia sancti Joannis Baptistæ, et sancti Joannis Evangelistæ in prædicta Lublinensi civitatibus hujusmodi respective existentes, in novas Kielcensem et Lublinensem respective cathedrales ecclesias, eadem apostolica auctoritate respective ereximus, et instituimus, nec non Tarnoviensis, et Chelmensis cathedralium ecclesiarum prædictarum, ut præfertur suppressarum, et extinctarum respective sedes episcopales, una cum earum respective capitulis, ad novas Kielcensem, et Lublinensem respective cathedrales ecclesias sic erectas hujusmodi, simili apostolica auctoritate respective etiam transtulimus, aliaque disposuimus, prout in diversis Nostris inde confectis literis, plenius respective continetur. Omnibus mature perpensis, ut pia ejusdem Francisci imperatoris, et regis vota in præmissis apprime expleantur illis benigne obsecundare volentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine prædictos septem finitimos circulos ab eorum respectivis dioecesibus, ad quas illi respective ad præsens pertinent, apostolica auctoritate prædicta perpetuo respective dismembramus, dividimus, et separamus, eosdemque septem circulos prædictos sic dismembratos, divisos, et separatos una cum omnibus, et singulis parochialibus, aliisque ecclesiasticis beneficiis, monasteriis, conventibus, clero, personis tam sæcularibus, quam regularibus inibi existentibus, et commorantibus ab ordinaria et spirituali respectivorum episcoporum jurisdictione, superioritate, et auctoritate quibus ad præsens respective subsunt consensibus ab infrascripto archiepiscopo Leopoliensi in executorem præsentium Nostrarum literarum apostolicarum, ut infra deputando, respective reportatis, auditisque omnibus

interesse habentibus eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo eximimus, et liberamus.

Assignatio novæ distributionis locorum.

§. 4. Et respective priores duos videlicet Tarnoviensem, et Jasloensem, Premisliensi, reliquos vero quinque Cracoviensem scilicet, et Slomnikensem (qui tamen in Cracoviensi dioecesi modo comprehenditur) et Mislevicensem, et Bochniensem, & Sandecensem respective circulos prædictos, una cum omnibus, et singulis pariter in eis contentis parochialibus, et aliis ecclesiasticis beneficiis, monasteriis, conventibus, clero, personis sæcularibus, et regularibus, ut præfertur, dismembratis, divisis, et separatis, Cracoviensi respective dioecesibus, dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus, ac ordinariæ respective modernorum, et pro tempore existentium Premisliensis, et Cracoviensis respective episcoporum jurisdictioni, superioritati, et auctoritati eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo adjungimus, et incorporamus, et respective supponimus.

Tollitur omne remedium juris, quod invocari posset pro deneganda executione harum literarum.

§. 5. Decernentes easdem præsentes semper, et perpetuo validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, et ex quacumque causa quantumvis juridica, et legittima, etiam ex eo quod causæ propter quas præmissa emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, vel alio quopiam quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel de facto, seu statuto, aut consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, legittima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu, et scientia similibus concesso, et impetrato quempiam uti, seu se juvari in judicio, vel extra illud posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ ad summi apostolatus apicem, etiam motu, et scientia similibus, etiam consistorialiter editas, et in posterum edendas comprehendi semper ab illis accipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore et esse.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Sicque, et non aliter per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, et quosvis alios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere; irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio executoris apostolici.

§. 7. Per præsentes autem venerabilem etiam fratrem Nostrum Cajetanum Ignatium de Kicki modernum archiepiscopum Leopoliensem, in executorem præsentium Nostrarum literarum apostolicarum constituimus, et deputamus; eidemque Cajetano Igna-

tio archiepiscopo facultatem, ut ipse quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam pro hujusmodi executionis effectu subdelegare possit, et valeat, et tam ipsi Cajetano Ignatio archiepiscopo, quam personæ ab eo subdelegandæ hujusmodi facultatem pariter, ut ipsi, et eorum alter super quacumque difficultate, et oppositione adversus præmissa in actu executionis hujusmodi quomodolibet oritura etiam definitive pronunciare respective libere, et licite possint, et valeant, seu possit, et valeat apostolica auctoritate prædicta concedimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstante Nostra, et cancellariæ apostolicæ prædictæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati ab ecclesiis et dioecesibus membra distingui ac dividi prohibentis, et quibusvis aliis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; nec non ecclesiarum, a quibus prædicti circuli dismembrantur etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roborata statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, quibusvis superioribus, et personis sub quisbuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, et scientia similibus concessis, et concedendis: quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et invidua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma, ad hoc servanda foret, illorumque omnium, et singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur eisdem præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum validissimum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide, hac vice dumtaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod prædictus Cajetanus Ignatius archiepiscopus dismembrationibus, et respectivis incorporationibus per Nos factis hujusmodi inhærendo, accuratius indicem, sive elenchum omnium parochialium ecclesiarum, et locorum in supradictis circulis consistentium conficiat, atque unum exemplar in actis per eum canonice exequendis inserere, alterum vero ad congregationem venerabilium etiam fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium rebus consistorialibus præpositæ Romæ transmittere diligenter curet.

Sanctio poenalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ dismembrationis, divisionis, separationis, exemptionis, liberationis, unionis, annexionis, incorporationis, adjunctionis, suppositionis, decreti, constitutionis, deputationis, facultatum concessionis, impartitionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quinto, octavo kalendas octobris, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXVII.

Dat. die 24 septembris 1805 anno VI.

Concessio officii proprii cum missa pro ecclesia cathedrali Popajanensi in Indiis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum sicut dilecti filii decanus, et capitulum cathedralis ecclesiæ Popajanensis in Indiis, Nobis nuper exponi fecerunt ipsi pro eo, quem erga s. Josephum beatae Mariae virginis sponsum afficiuntur devotionis affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere de-

siderent; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, referente dilecto filio magistro Julio de Carpineo sacrorum Rituum congregationis secretario, ut in posterum a clero cathedralis ecclesiæ Popajanensis officium proprium cum missa patrocinii s. Josephi beatæ Mariæ virginis sponsi, ritu tamen semiduplici, in quolibet die decima nona mensis, non impedito tamen officio novem lectionum, exceptis temporibus adventus, quadragesimæ, quatuor temporum, vigiliarum sive cum jejunio, sive absque jejunio, feria secunda rogationum, et illis feriis, in quibus juxta rubricas sit reponendum officium dominicæ, aut festi translati recitari possit, auctoritate apostolica, tenore præsentium indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta septembris millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXVIII.

Dat. die 24 septembris 1805 anno VI.

Confirmatio decreti editi a sacra congregatione Rituum super concessione officii, et missæ ritus duplicis majoris sancti Dominici de Val Martyris pro dioecesi Cæsaraugustana.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici metropolitanæ ecclesiæ Cæsaraugustanæ, quod ipsi ab infrascripta venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium congregatione decretum obtinuerunt tenoris sequentis, videlicet.

Rescriptum sacræ congregationis Rituum.

§. 2. Relatis in sac. Rituum congregatione per emum, et rmum dominum cardinalem de Somalia Smi Domini Nostri Pii VII. pontificis maximi in urbe vicarium, eidemque sac. congregationi præfectum humillimis precibus capituli metropolitanæ, ac utriusque cleri civitatis, et dioecesis Cæsaraugustanæ ab r. p. d. Dionysio Bardaxi, et Azara ejusdem metropolitanæ concanonico, et sacræ rotæ Romanæ auditore porrectis pro concessione iisdem supplicantibus officii, et missæ ritu dupl. maj. de comm. unius s. Martyris in honorem sancti Dominici de Val Martyris: eadem sac. congregatio, audito r. p. d. Hieronymo Napulionio fidei promotore benigne annuit pro gratia in die non impedito officio novem lectionum semel fixe ab ordinario destinando pro utroque clero civitatis Cæsaraugustanæ tantum. Die trigesima prima augusti millessimo octingentesimo quinto.

Julius M. card. de Somalia præfectus
J. De Carpineo S. R. C. sec.

Loco ✠ signi

Confirmatio apostolica.

§. 3. Cum autem, sicut in eadem expositione additum erat dicti exponentes, quo præinsertum decre-

tum firmius subsistat, et servetur exactius, apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent: Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati; idem decretum, et singula in eo contenta auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, ac omnes, et singulos juris, et facti, si qui desuper in eo intervenerint, defectus supplemus, et sanamus, illique inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robur adjicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta septembris, millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXIX.

Dat. die 24 septembris 1805 anno VI.

Prorogatio indulgentiarum assequendarum in ecclesiis fratrum ordinis beatæ Mariæ virginis de Mercede redemptionis captivorum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Procemium.

§. 1. Ex coelitus injunctæ Nobis dispensationis munere, spiritualium gratiarum largitiones, ad excitandam, fovendamque christifidelium pietatem a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris pia, prudentique liberalitate ad certum tempus factas, eas interdum extendimus, prout in Domino salutariter expedire arbitramur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Emmanuel Antonius Davila fratrum ordinis beatæ Mariæ virginis de Mercede redemptionis captivorum calceatorum nuncupati procurator generalis, quod dudum eidem ordini sub certis modo, et forma tunc expressis, ab hac sancta Sede specialis concessa fuit facultas dispensandi in dicti ordinis ecclesiis omnibus christifidelibus confessis, et sacra communione refectis, benedictionem quamdam, absolutionem generalem vulgo dictam; atque ita ipsis christifidelibus communicandi indulgentias, et peccatorum remissiones, itemque participandi orationes, jejunia, missarum sacrificia, peregrinationes, et labores pro captivis redimendis susceptos a fratribus dicti ordinis et congregationis, ac reliqua bona opera, ab ipsis peracta, juxta formulam ab eadem apostolica Sede præscriptam: quæ quia communicatio fit septies in anno, in festis nempe bmæ Mariæ virginis de Mercede, sanctorum Petri Nolasci, Laurentii martyris, Antonii abbatis, et sanctæ Catharinæ virginis et martyris, necnon feria quarta cinerum, et quinta majoris hebdomadæ: successive autem per fel. rec. Pium pp. VI. prædecessorem Nostrum die 22 januarii 1785 eadem facultas ad alienas quoque ecclesias, etiam monialium, et ad privata domorum auctoritate apostolica erecta oratoria ad decennium tunc proximum tantum extensa, et ampliata fuit eodem modo, quo gratiam

hujusmodi rec. mem. Clemens pp. XIII. prædecessor itidem Noster fratribus ordinis Ssmæ Trinitatis redemptionis captivorum concesserat, et successive ad aliud decennium prorogata, prout ex apostolicis desuper expeditis indultis, quorum omnium tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis dicitur contineri. Cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, ultimum ex decenniis prædictis jam expiraverit, seu brevi expiraturum sit, ipse vero exponens ad spiritualem christiani populi utilitatem, majoremque Dei gloriam facultatem hujusmodi ad alienas ecclesias ampliatam, in perpetuum quoque extendi plurimum desideret.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos piis ejusdem exponentis votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuere, ac dictum ordinem, ejusque alumnos amplioris gratiæ favoribus prosequi volentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, facultatem prædictam impertiendi benedictionem, seu absolutionem, et communicandi ut supra indulgentias etiam in alienis ecclesiis, et oratoriis per decennium a memorato Pio prædecessore concessam, ad perpetua futura tempora auctoritate apostolica tenore præsentium extendimus, et ampliamus, et quatenus opus sit, denuo concedimus, et impertimur; servata tamen in reliquis præcedentium apostolicorum indultorum forma, et dispositione.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstante Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta septembris millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXC.

Dat. die 27 septembris 1805 anno VI.

Concessio novarum vestium, et insignium pro canonicis ecclesiæ cathedralis Pisciensis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Romanorum pontificum prædecessorum Nostrum vestigiis inhærentes illud interdum concedendum esse ducimus, ut viri Altissimo in templis magis conspicuis famulantes, atque almæ Sionis æmuli divinas laudes ibidem quotidie persolventes peculiaribus, et ad eorum munus exprimendum aptis utantur indumentis, quo ipsi vel per externas hasce vestes excitati internarum virtutum splendore in domo Domini prælucere conentur.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nuper dilecti filii dignitates et canonici ecclesiæ cathedralis Pisciensis exponi fecerunt, ecclesia ipsa antiquitatis laude, sacrarum supellectilium copia, sacerdotum probitate, et doctrina, populi frequentia, ac devotione valde floreat, multum splendoris ad ipsam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora ibi incrementa susciperet, si ejusdem cathedralis dignitates, et canonici nova aliqua honorificentia per Nos, et hanc sanctam Sedem donentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis cathedralis ecclesiæ prædictæ, ut, depositis pellibus armellinis, quas adhuc cum cappa magna a prima adventus dominica usque ad sabatum sanctum deferre solent, eamdem cappam magnam

violaceam cum tela serica cremisini coloris ante pectus loco prædictarum pellium per reliquum anni tempus ad instar aliarum cathedralium regni Hetrusci tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare; nec non palmari, vulgo bugia, in sacris privatim, et solemniter faciendis, ac in aliis quibusve presbyteralibus functionibus ad episcoporum instar uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque dignitates et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus costitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et contuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima septembris millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXCI.

Dat. die 27 septembris 1805 anno VI.

Applicatio bonorum ecclesiæ beatæ Mariæ virginis nuncupatæ de Ponte Eburneo Civitatis Castelli sacro monti Pietatis illius civitatis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper est nomine dilectorum filiorum publice repræsentantium populi et communitatis Nostræ Civitatis Castelli, montem Pietatis ibi jamdiu erectum, ac de multitudine pauperum, quibus magna jugiter ope in necessitatibus præsto fuit, optime meritum, adeo in nupera rerum publicarum perturbatione expoliatum, exhaustumque fuisse, ut ad consueta agentibus suppeditanda auxilia, maximo cum eorum mœrore ac detrimento, prorsus impar evaserit. Se tamen dum miseram ingemiscunt pauperum sortem, bona etiam recreari spe fore, ut mons suas possit paulatim reficere vires, si cuncta ei adjudicentur bona ad ecclesiam beatæ Mariæ virginis, quam vulgo Pontis Eburnei vocant, spectantia.

Ratio concessionis.

§. 2. Bona etenim ista, quemadmodum ex probationibus Nobis exhibitis constat, communitatem civitatis, reservato sibi super iis jure dominii, concessisse in administrationem universitati Sutorum, eo nempe consilio, eoque etiam expresso sub onere, ut et de nominata ecclesia, et de hospitali Peregrinorum apud eam servando, assidua eidem universitati cura esse deberet. Sed peregrinos, ac peregrinationes admodum olim frequentes jam pluribus ab hinc annis penitus defecisse, ipsamque universitatem prædictam vi cedulæ motus proprii quam die decima sexta decembris millesimo octingentesimo primo per Nos firmatam in universis Nostræ Sedis apostolicæ ditionis temporalis locis evulgari mandavimus, omnino cessasse, nec ullo amplius modo, tam in toto, quam in parte, post suppressionem ejus solemnem posse subsistere. Duplici itaque titulo exponentes reclamare memorata bona communitatis, primo enim inoletis peregrinationibus, inolevit et usus bonorum constitutus pro peregrinis: se-

cundo sublata universitate Sutorum, per quam eadem bona administrabantur, eo ipso jus omne legitime administrandi de manu ejus evanuit. At vero se hac in reclamatione nihil intendere, nihilque aliud optare, quam quod bona hujusmodi prædicto Pietatis monti ad necessarium ejus subsidium, publicamque pauperum utilitatem, commodumque applicentur; Nobisque propterea humiliter supplicari fecisse, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur egenos, et pauperes adeo cunctis a Domino commendatos omni, quo possumus, mentis studio, et cordis affectu sublevare cupientes, ac prædictos repræsentantes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, audito hac super re venerabili fratre Paulo episcopo Civitatis Castelli, auctoritate apostolica tenore præsentium omnia, et singula bona memoratæ ecclesiæ, ut præfertur, addicta, Pietatis monti dicta in civitate existenti perpetuo assignamus, eorumque administrationem ipsius montis provisoribus præsentibus et futuris in beneficium pauperum, ac firma semper manente in eis obligatione tum conservandi dictam ecclesiam, tum faciendi in illa fideliter celebrari functiones omnes pro divino cultu hactenus ibidem fieri solitas, plenarie transferimus, atque attribuimus, ac eidem episcopo has Nostras literas specialiter committimus; ipsique plenam, et amplam facultatem debitæ executioni, etiam juris et facti remediis, eas mandandi tribuimus, atque impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem literas Nostras firmas, validas, efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac iis ad quos spectat, ac spectabit in posterum plenissime suffragari, et ab omnibus inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac præsertim, quatenus opus sit, felicis recordationis Benedicti XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, nec non regula cancellariæ Nostræ apostolicæ de jure quæsito non tollendo, tum et prædictarum sive ecclesiæ, sive communitatis, sive universitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima septembris millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXCII.

Dat. die 1. octobris 1805 anno VI.

Confirmatio decreti editi a sacra congregatione Rituum pro assumptione s. Patricii in protectorem principalem villæ de Albuñol dioecesis Granatensis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§ 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii clerus, magistratus, ac populus villæ de Albuñol Granatensis dioecesis, quod ipsi pro eo singulari, quo in sanctum Patritium episcopum

afficiuntur devotionis affectu illum in patronum principalem elegerunt, atque ab infrascripta venerabilium fratrum Nostrorum congregatione decretum obtinuerunt, sequentis tenoris videlicet.

Tenor decreti confirmandi.

§. 2. Humillimis precibus cleri, magistratus, et populi villæ vulgo de Albuñol Granatensis dioecesis sacrorum Rituum congregationi porrectis, quibus supplicatum fuit pro confirmatione electionis factæ, accedente consensu ordinarii, s. Patritii episcopi in patronum principalem dictæ villæ: sacra eadem congregatio, ad relationem eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis de Somalia SSmi Domini Nostri Pii VII. pontificis maximi in urbe vicarii, ipsique sac. congregationi præfecti, noscens, quod hujusmodi electio servatis servandis, et juxta præscriptum in decreto sa. me. Urbani papæ VIII. die vicesima tertia martii millesimo sexagesimo trigesimo edito legitime facta fuerit, eamdem confirmavit, et approbavit, prædictique s. Patritii sic in patronum principalem electi festivitati prærogativas omnes sanctorum patronorum principalium festis competentes attribuit, atque concessit. Die trigesima prima augusti millesimo octingentesimo quinto.

Loco ✠ signi.

Julius Maria card. De Somalia præfectus.
J. de Carpineo S. R. C. secretarius.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, quo præinsertum decretum firmius subsistat, et servetur exactius, apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent, Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, decretum præinsertum, ac omnia, et singula in eo contenta, et expressa auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robur adjicimus, et omnes, ac singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictæ villæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus,et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima octobris, millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 15 novembris 1805 anno VI.

CCCXCIII.

Prorogatio indulti concessi monialibus monasterii nuncupati de Gratia ordinis sancti Francisci civitatis Panormitanæ, quater in anno egrediendi e monasterio, ut aeris beneficio frui valeant.

Venerabili fratri archiepiscopo Panormitano.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater

Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Nuper exponi Nobis fecerunt dilectæ in Christo filiæ abbatissa, et moniales monasterii dicti de Gratia, ordinis sancti Francisci, civitatis Panormitanæ, quod ipsæ ob rationes, et causas jam alias Sedi huic apostolicæ expositas bis ab eadem favorabile impetrarunt indultum, cujus vigore ad quinquennium possent quater in anno e sui monasterii claustris egredi, et aliquo aeris, ac levaminis beneficio frui. Quoniam vero causæ, et rationes, quarum intuitu prædictum indultum fuit ipsis concessum, adhuc vigent, ac permanent, ideo indultum hujusmodi per Nos sibi ampliari, atque perpetuari summopere cupiunt; eo vel magis, quod isthic non desunt moniales aliorum monasteriorum, quæ simili gaudent indulto perpetuo. Hinc Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Gratiæ prorogatio episcopi prudentia conceditur.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut constito tibi de narratis, monialibus monasterii prædicti, nunc et pro tempore existentibus memoratum indultum egrediendi quatuor tantum vicibus in quolibet anno, ac firmis semper manentibus clausulis, et conditionibus omnibus in primo indulto injunctis, atque expressis, auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et conscientia gratis in perpetuum amplies, atque extendas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti monasterii, ejusque ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta novembris, millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 17 novembris 1805 anno VI.

CCCXCIV.

Dispensatio indicendi concursum pro essecutione trium dignitatum in capitulo ecclesiæ sancti Jacobi apostoli Caltagironæ Syracusanæ dioecesis canonicis dicti capituli conferendarum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Romani pontificis est, utpote a Deo, et Salvatore Nostro æqui bonique assertoris gregi suo præpositi, ea interdum, etiam per apostolicam Sedem præstituta, prudentiæ legibus temperare, quæ rerum experientia docet statui illorum, qui in sortem Domini vocati sunt, ob varias temporum vicissitudines salubrius expedire.

Expositio precum.

§. 2. Nobis siquidem exponi nuper fecerunt dilecti filii dignitates, atque canonici insignis sicut asseritur, collegiatæ, et parochialis ecclesiæ sancti Jacobi apostoli Caltagironæ Syracusanæ dioecesis, constare ecclesiæ ejusdem capitulum quatuor dignitatibus, et octo canonicis, qui omnes, ac singuli juxta apostolicas felicis recordationis Clementis pp. XII. prædecessoris Nostri, die vicesima septima januarii millesimo septingentesimo trigesimo nono, sub plumbo expeditas literas per synodalem concursum, paritque penitus modo, quo Tridentinum concilium fieri mandat in parochorum electione, debent vacationis tempore eligi, ac provideri. Sed quod initio fuit, et sapienti consilio præscriptum, et felici quoque successu perdiu observatum, postremis hisce temporibus germen quoddam zizaniæ animis capitularium injecisse videtur. Dum enim ex supradictis dignitatibus, sive archidiaconatum, cui et animarum cura adnexa est, sive cantoratum, vel illam thesaurarii, aut eam decani, (his scilicet nominibus dignitates istæ quatuor recensentur), vacare contingit, tunc collegiatæ canonici, quibus vel ætas provecta, vel valetudo infirma impedimento esse eveniat, quominus se novo concursui possint committere, juniorem aliquem de clero vacantem præripere dignitatem, primoque ingressu in capitulum statim senioribus anteire, coguntur perpeti haud sine molestia, et mœrore, quum id paci, et bono capituli minime profuturum prænoscant. Quamobrem de communi ipsorum decore, multoque magis de unanimi, atque perpetua, quam aliter assequi se neutiquam posse arbitrantur, mentium conjunctione solliciti enixis humiliter precibus postulare fecerunt, ut Nos sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac singulares ipsorum personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovismodo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, audito super expositis venerabile fratre episcopo Syracusano, ut posthac perpetuis futuris temporibus, firma tantum remanente, quoad archidiaconum, cui adjuncta est, ut præfertur, cura animarum, memorati concursus obligatione, ad reliquas tres dignitates, nempe cantoris, thesaurarii, et decani, quandocumque dignitates hujusmodi vacaturæ fuerint, aliquis semper canonicus de gremio capituli, quem ordinarius pro tempore, pro sui prudentia, et conscentia magis ad eas idoneum duxerit, eligi, assumique ab eodem ordinario libere ac licite sine concursu novo possit et valeat, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, atque a lege concursus hujusmodi canonicos ad recensitas dignitates eligendos plenarie dispensamus, servata tamen in reliquo forma, et dispositione prædictarum literarum.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus iisdem literis, ac recolendæ memoriæ Benedicti pp. XIV. prædecessoris itidem Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non prædictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superio-

ribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die decima quinta novembris, millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 17 novembris 1805 anno VI.

CCCXCV.

Segregatio domus *saint Pater* nuncupatæ in civitate Aleonensi a dioecesi Cenomanensi, illiusque subjectio dioecesi Sagiensi.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. E sublimi hujus sanctæ Sedis specula, ad ecclesias omnes, pastoralis vigilantiæ Nostræ oculos jugiter convertentes, ea identidem immutare, quæ pro spirituali animarum salute magis accomodata esse dignoscantur, minime dubitamus, ut impositum Nobis per ineffabilem divinæ bonitatis abbundantiam, apostolicum ministerium hac in re impleamus.

Memorantur præcedentes literæ ad rem expeditæ.

§. 2. Hinc est quod cum Nos per alias apostolicas sub plumbo expeditas literas tertio kalendas decembris datas anno secundo pontificatus Nostri, prævia omnium tam archiepiscopalium, quam episcopalium ecclesiarum in Gallicano dominio existentium respectiva suppressione, et extinctione novas archiepiscopales et episcopales ecclesias erexerimus, nova juxta rerum, et locorum opportunitates dioecesium exinde facta circumscriptione; cumque modo pro parte charissimi in Christo filij Nostri Naupoleonis Galliarum imperatoris Nobis fuerit significatum, quod ob peculiares circumstantias opportunum foret si domus in communi vulgo *saint Pater* prope suburbium oppidi civitatis nuncupati Alençon una cum illarum dependentiis in dioecesi Cenomanensi existentes, a dioecesi prædicta abdicarentur, et separarentur, ac spirituali regimini pro tempore existentis episcopi Sagiensis subjicerentur, eidemque dioecesi perpetuis futuris temporibus unirentur, et incorporarentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos votis ejusdem Naupoleonis imperatoris obsecundantes, ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine dilecto filio Nostro Joanni Baptistæ tituli sancti Onuphrii, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Caprara nuncupato Nostro, et Sedis apostolicæ ad imperatorem prædictum de latere legato, ut ipse, quando ita justis de causis expedire in Domino judicaverit, prævio consensu venerabilis fratris Nostri episcopi Cenomanensis, omnes et singulas domos prædictas cum suis dependentiis insuper expressa communi existentes, antea spirituali regimini, et jurisdictioni pro tempore existentis episcopi Cenomanensis subjecta, auctoritate Nostra delegata, abdicare, sejungere, et separare, easque una cum suis utriusque sexus habitatoribus, et incolis, tam laicis, quam ecclesiasticis, episcopali ecclesiæ et dioecesi Sagiensi, apostolica pari auctoritate adjungere, et incorporare, ac omnimodæ jurisdictioni, superioritati, visitationi, et correctioni moderni, et pro tempore existentis episcopis Sagiensis, ita quod liceat ei per se, vel alium, seu alios ejus nomine super expressarum domorum veram, realem, actualem et corporalem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris dioecesani propria auctoritate libere apprehendere, vigore præsentium perpetuo subjicere, atque supponere possit, et valeat, earumdem præsentium tenore facultatem concedimus; atque impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes abdicationem, et unionem prædictas per supradictum Joannem Baptistam cardinalem legatum vigore præsentium apostolica delegata auctoritate, ut præfertur, factas, semper et perpetuo validas et

efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere; Nostrasque præsentes literas ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit inviolabiliter observari; in contrarium forsan facientibus licet expressa, et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque.

Sanctio pœnalis.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ concessionis, decreti, et facultatis impertitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem, hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quinto, quartodecimo kalendas decembris, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 22 novembris 1805 anno VI.

CCCXCVI.

Declaratio insignitatis ecclesiæ collegiatæ sanctæ Christinæ civitatis Eugubinæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes peculiaria interdum privilegia ecclesiasticis illis viris concedimus, qui in sacris templis, veluti almæ Sionis æmuli, divinas laudes concinunt, ut ipsi per hujusmodi titulos, et honorificentias excitati, virtutum splendore in domo Domini prælucere magis magisque conentur.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii prior, et canonici collegiatæ ecclesiæ s. Christinæ civitatis Eugubinæ, ad præsens in aliam s. Mariæ Novæ ejusdem civitatis ecclesiam translatæ, ibique authoritate Nostra apostolica confirmatæ, jamdiu eorum capitulum, et ecclesiam per fel. record. Urbanum pp. VIII. prædecessorem Nostrum, in collegiatam, ut asseritur, erecta reperiantur, cumque ad majorem Dei gloriam, et beatæ Mariæ virginis, cujus miraculosam imaginem in dicta moderna eorum ecclesia fideles devotissime venerantur in collegiatam insignem per Nos, et hanc sanctam Sedem evehi, et declarari, ac alia, ut infra, privilegia concedi summopere desiderent.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, collegiatam prædictam olim s. Christinæ, nunc s. Mariæ Novæ nuncupatam, in collegiatam ecclesiam insignem, auctoritate apostolica, tenore præsentium, extollimus, et declaramus, eidemque ecclesiæ s. Mariæ Novæ, ac modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus ejus priori, canonicis, et capitularibus, ut ipsi omnibus, et singulis gratiis, privilegiis, honoribus, exemptionibus, et præeminentiis, quibus aliæ insignes collegiatæ, eorumque capitulares de jure, usu, et consuedine utuntur, potiuntur, et gaudent, vel uti, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, eodem modo uti, et potiri, ac præsertim s. Crucis vexillum in capitularibus processionibus elatum præseferre, capitularium extincta corpora in dicta eorum ecclesia tumulare, atque omnis parochialis jurisdictionis, et parochi jurium, et functionum exemptione gaudere libere, et licite possint, ac valeant, firma tamen in omnibus remanente ordinarii jurisdictione, auctoritate, et tenore præsentis concedimus, et indulgemus.

Clausulæ sublatæ, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpetrandi facultate, et authoritate judicari, et definiri debe-

re, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictæ s. Mariæ Novæ, et ejus parochialis ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima secunda novembris millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 29 novembris 1805 anno VI.

CCCXCVII.

Facultas concessa dignitatibus, et canonicis metropolitanæ ecclesiæ Florentinæ gestandi crucem auream alligatam fasciola serica violacea.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti, sacris ministris in templis magis conspicuis Altissimo famulantibus peculiaria interdum insignia deferenda concedimus, ut ipsi per externas quoque honorificentias excitati, magis magisque studeant in dies conformes fieri immagini filii Dei, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque sicut dilecti filii dignitates, et canonici metropolitanæ ecclesiæ Florentinæ Nobis nuper exponi fecerunt, eorum capitulum probitate, doctrina, et religionis zelo ita floreat, atque a remotissimis temporibus floruerit, ut insignes pietate viri, ac sacrarum literarum scientia, et dignitatibus præstantes ex ejus gremio prodierint, præsertim vero felicis recordationis Leo pp. X. prædecessor Noster, qui ejusdem metropolitanæ dignitates, et canonicos tunc, et pro tempore existentes hujus sanctæ Sedis notarios instituit; ac successive privilegium hujusmodi recolendæ memoriæ Clemens pp. XII. prædecessor itidem Noster per suas in simili forma brevis die secunda januarii millesimo septingentesimo trigesimo primo expeditas literas confirmavit, multum quidem ad augendam illorum devotionem, ac Dominicæ passionis memoriam jugiter ipsis refricandam conferret, si nova infrascripta prærogativa iidem per Nos, et hanc sanctam Sedem decorentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt; ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur, qui capitulum prædictum peculiari quodam benevolentia complectimur, dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis, et pro tempore existentibus dignitatibus, et canonicis dictæ metropolitanæ ecclesiæ Florentinæ, ut crucem auream fasciola serica violacea alligatam ante pectus ex habitus ocellis, seu asulis pendentem juxta Nobis exhibitum exemplar a venerabili fratre Antonio archiepiscopo Florentino, nisi fuerit adprobatum, adprobandum, palam ubique locorum gestare libere, et licite possint, ac valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, ac dignitates, et canonicos prædictos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis genera-

libus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non, quatenus opus sit, ejusdem metropolitanæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, cæterisque in contrarium quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona novembris millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 10 decembris 1805 anno VI.

CCCXCVIII.

Confirmatio decreti editi ab ordinario civitatis Bracharensis super unione confraternitatum beati Petri principis apostolorum, et beati Thomæ de Aquino ejusdem civitatis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit nomine dilectorum filiorum officialium, et sodalium tum confraternitatis beati Petri apostolorum principis, tum confraternitatis beati Thomæ de Aquino, ambas confraternitates hujusmodi canonice, ut asserunt, in Bracharensi civitate institutas, sed primum alteram ab altera separatam, nunc vero utramque simul unitam esse per ordinarii decretum, quod de Lusitano idiomate in Italicum translatum continet, prout sequitur.

Tenor decreti confirmandi.

§. 2. Michele Giuseppe de Carvalho notaro apostolico attesto, che dai fratelli della confraternita dei santi Pietro apostolo, e Tommaso d'Aquino di questa città Bracharen mi fu presentato un decreto dell'ordinario della medesima del tenore seguente.

Essendoci noto, che la confraternita di san Pietro di questa nostra città è in procinto di estinguersi affatto, proviamo un gran rincrescimento, che all' istesso tempo, che simili corporazioni si accrescono, e fioriscono in alcuni luoghi poco considerabili, questa all' opposto perda il suo antico splendore in una città, dove abitano tanti ecclesiastici dotati di virtù, scienza, ed altre ragguardevoli qualità, che la potrebbero rendere superiore a tutte le altre. Costandoci parimenti, che quella di s. Tommaso di questa stessa città è decaduta dallo stato, in cui non è gran tempo si trovava, essendo stato necessario, per evitare la totale rovina, scemare di molto i suffragj, che si applicavano per ciascuno dei fedeli defonti; non potendo noi soffrire, che due corporazioni istituite per il culto, e venerazione di due gran santi, quali sono il Principe degli Apostoli, ed il dottore Angelico, che nella religione, cha abbiamo la sorte di professare, meritano di essere specialmente riguardati, in vece di accrescersi, vadano in decadenza, risolviamo di procurare per tutti i mezzi possibili la loro ristaurazione per gloria di Dio, culto di santi così insigni, e bene pubblico. E siccome uno dei mezzi più proprj per conseguire detto fine, è l' unione di queste due confraternite in una sola senza estinzione, nè soggezione dell' una all' altra, perchè uniti i loro fondi, ed esattamente amministrati dai fratelli, dalla cui capacità molto confidiamo nel Signore, resterà molto più ferma, e stabile, e si potranno esercitare altre molte opere di pietà; perciò uniamo, ed incorporiamo le suddette due confraternite in una sola, che sarà intitolata la confraternita del Principe degli Apostoli, e del dottore Angelico, e tutti i fondi, e mobili, che appartengono all' una, ed all' altra saranno proprj della nuova corporazione unita, ed incorporata. E perchè la cappella della Madonna detta da Lapa, dove presentemente si trova la confraternita di s. Tommaso ha la capacità necessaria per potersi collocare in essa la nuova incorporazione, concediamo, che si possa conservare nella medesima, e nella stessa cappella saranno sepolti i fratelli defonti, che vi si vorranno seppellire. Riguardo poi all' amministrazione di detta cappella, ed alle elemosine si osserverà quanto viene prescritto nella scrittura dei 2. novembre 1774. fatta in virtù della determinazione del signor d. Gasparo nostro antecessore delli 31. ottobre 1774., che in tutto si osserverà. Ordiniamo, che per ciascun fratello della confraternita di s. Tommaso, che morrà, si manderanno dire dieci messe di più oltre di quelle, che presentemente si sogliono dire. Confermiamo l' inser-

zione della giurisdizione parrochiale, che il detto signor d. Gasparo concesse alla mentovata cappella nella riferita scrittura; e se è necessario nuovamente l'esentiamo in tutte le funzioni di qualunque qualità esse siano, che la confraternita farà nella stessa cappella. Non è però nostra intenzione privare i reverendi parrochi degli emolumenti, che loro appartengono tanto nell' associazione, o trasporto del cadavere, quanto nella tumulazione, ed esposizione in chiesa, quali emolumenti riceveranno come se fossero seppelliti nelle loro rispettive chiese, e così dichiariamo, e ordiniamo, che gli stessi reverendi parrochi osservino quanto si troverà a questo rispetto legittimamente stabilito secondo l' uso, e costume delle loro chiese rapporto a quelli, che muojono con testamento, o ab intestato. E per dimostrare l' efficace desiderio, che abbiamo, dell' aumento di questa confraternita ci dichiariamo di lei protettore, e per tale ordiniamo di essere trattati in tutte le elezioni, che si faranno, e preghiamo i nostri successori vogliano onorare la medesima confraternita annoverandosi tra i di lei confrati, e conservando il titolo di protettore, che prendiamo, per gloria di Dio, e venerazione di così rispettabili santi; ed esortiamo tutti i reverendi sacerdoti, principalmente i dimoranti in questa nostra città, e sue adjacenze, che risvegliando il zelo, e divozione propria del loro stato, entrino nella suddetta incorporazione, e con esemplare fervore si dimostrino animati di quello spirito, che dev' essere il distintivo di quelli, che il Signore ha scelti per ministri del suo culto pubblico, lo che dai medesimi speriamo anche in corrispondenza del paterno affetto, con cui li amiamo, e desideriamo ad essi le più solide felicità in Gesù Cristo. E siccome tutte le incorporazioni costumano ne' loro atti usare di un distintivo lor proprio, la confraternita del Principe degli Apostoli, e dottore Angelico di questa nostra città, oltre l'ornato comune a tutti gli ecclesiastici, avrà per distintivo una mozzetta, vulgo *capotilho* di lana nera sopra la cotta, foderata di bianco senz' asole e senza bottoni, avendo da un lato in decente recamo le chiavi, e nell'altro il sole, e di questo distintivo potranno usare in tutti gli atti della confraternità, e con il medesimo saranno seppelliti, se non determineranno altrimenti, portandovi sopra la stola, o manipolo, secondo l'ordine, di cui saranno insigniti.

Domandiamo al nostro reverendo vicario generale, al giudice dei residui, ed al procuratore generale della mitra, che senza perder tempo si affrettino ad eseguire l' unione, che abbiamo fatta, facendo formare le necessarie scritture, per le quali, e per tutte le altre clausule, e condizioni opportune, loro concediamo le facoltà necessarie e si assegnarà il giorno per venire a nuova elezione nella quale voteranno i fratelli dell' una, e dell' altra confraternita indistintamente, e presiederà il reverendo giudice de' residui, e alli deputati della mensa, vulgo *mesarios* nuovamente eletti si farà la consegna, facendo render conto agli antecedenti, e si farà inventario di quanto apparteneva a ciascuna delle suddette confraternite. Nella stessa elezione saranno deputati tre fratelli, che abbiano maggior conoscenza delle stesse confraternite, i quali dovranno formare nuovi statuti col consiglio di persone prudenti, pie, e zelanti del servizio divino, e coll'approvazione della mensa, e sottoscritti, che saranno dagli uni, e dagli altri, ci saranno presentati per riportare la nostra approvazione. Braga 6, giugno 1805.

C. arcivescovo di Braga.

§. 3. Ut autem decretum hujusmodi firmiter subsistat, perpetuoque observetur, illud exponentes per Nos approbari, et confirmari summopere desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum Confirmatio apostolica.

decretum cum omnibus, et singulis in eo contentis auctoritate apostolica tenore præsentium ratum, validumque habemus, et declaramus, illique perpetuum, ac inviolabile apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, et singulos sive facti, sive juris defectus, si quos desuper quomodolibet intervenisse contigerit, plenarie sanamus, atque supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem has Nostras literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac prædictis exponentibus, aliisque, ad quos spectat, et spectabit in posterum plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac prædictarum confraternitatum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima decembris millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXCIX.

Dat. die 10 decembris 1805 anno VI.

Approbatio præmiorum concedendorum magistris novitiorum laudabiliter exercentibus tyrocinium in monasterio sanctæ Crucis fratrum ordinis sancti Augustini in Lusitania.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Nuper Nobis exponi fecit dilectus frater modernus præpositus generalis congregationis canonicorum regularium sancti Augustini in Lusitania, quod capitulum generale ejusdem congregationis habitum in monasterio sanctæ Crucis Coimbriæ anno millesimo octingentesimo secundo, mature perpensa tum utilitate, tum etiam necessitate aliquem retinendi in suo collegio Sapientiæ nuncupato, qui recens professis ad scholam tyrocinii adhuc pertinentibus præsit cum obligatione eos regularis observantiæ, et religiosæ vitæ præceptis imbuendi, et cum auctoritate a recto abberrantes tramite efficaciter coercendi; sed visa simul difficultate cum ex capitularibus in collegio degentibus ad onus hujusmodi deputandi, censuit valde ad id posse conferre, si illi, qui tale munus obiret, certa daretur sponsio præmiorum, videlicet quod ipse libera gaudeat applicatione omnium missarum, quas celebraverit, cunctisque fruatur immunitatibus, et privilegiis, quæ gauderi solent a magistris novitiorum monasterii sanctæ Crucis, jure tantum excepto ferendi suffragium in generalibus comitiis: quodque si tali in officio per duodecim perstiterit annos, eoque bene functum esse constiterit, capitulum generale ei concedet pro præmio quoad vixerit libertatem applicandi, prout lectores emeriti, omnes quas celebraverit, et cuicumque voluerit, missas pro lubitu, nec non exemptionem ab officiis hebdomadalibus vulgo dictis de Pauta, exemptionemque etiam a choro, exceptis diebus et horis, quibus vel lectores emeriti, dum alicujus sunt monasterii habitatores, tenentur eum adire, ac demum facultatem rusticandi quotannis rusticatione, quam Brevia vocant vulgari nomine, dies quadraginta ubicumque voluerit. Cavit vero idem ca-

pitulum neminem præficiendum officio prædicto nisi qui in congregatione jam sit canonicus concionator et confessarius, et pietate insignis, et pari ad id ponderis sustinendi virtute præditus, quique de recto gerendo munere, priusquam illud suscipiat, juramentum præstet, et quum illud susceperit, supra omnes collegiales ad tyrocinii scholam spectantes et jurisdictionem habeat, et obligationem, æque ac magister novitiorum supra sibi subjectos in sanctæ Crucis monasterio: ac licet singulis trienniis renovanda foret electio ad munus hujusmodi, nihilominus semel electus eligi denuo ac confirmari possit, et debeat, si apprime aptus, ac utilis in exercitio muneris dignoscatur. Propterea idem generale capitulum experientia doctum, quam difficile sit quolibet novo triennio novum reperire novitiorum magistrum, uti par est, idoneum ad tyrocinium monasterii sanctæ Crucis regendum, duxit pro hoc quoque munere proponi præmia, quibus ad illud facile obeundum allicerentur viri in congregatione præstantes, scilicet pollicendo, et magistris hujusmodi liberam omnium missarum applicationem, bonumque judicando eosdem ipsos post lapsum triennii iterum ad munus idem eligi posse, pluriesque in eo confirmari, eosdemque rependendo iisdem gratiis, quæ superius enunciatæ sunt, ac promissæ magistris scholæ collegii Sapientiæ, si et postquam duodecim annos in magisterio novitiorum ibi permanserint, et de illo bene per eos gesto exploratum fuerit. Postremo aliud generale capitulum celebratum in eodem Sanctæ Crucis monasterio labenti anno millesimo octingentesimo quinto, quo alumni totius congregationis aliquid nanciscantur otii, viribusque simul et animis ad munia alacriores evadant, opportunum fore putavit copiam fieri canonicis omnium monasteriorum, nullo prorsus excepto, se recreandi in aliqua ex villis seu prædiis, quæ ad eadem monasteria pertinent, idque singulis annis per dies triginta, tempore accessus, et recessus minime computato; ac insuper facultatem iisdem concedi libere applicandi pro suo lubito missas, quæ celebraturæ per eos fuerint omnibus diebus dictis de Brevia. Verum enim vero quia his omnibus huc usque expositis, quominus rite, recteque statui, adimplerique valeant, dictæ congregationis obstant constitutiones, hinc idem præpositus generalis suo simul et prædictorum capitulorum, ut asseritur, nomine Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, eidem præposito generali omnia, et singula, quæ in recensitis generalibus comitiis proposita sunt, ut præfertur, tam pro magistro scholæ collegii Sapientiæ, quam pro magistro novitiorum monasterii Sanctæ Crucis, nec non pro cæteris alumnis congregationis, etiamsi iis adversentur ejusdem congregationis constitutiones per apostolicam Sedem approbatæ, auctoritate Nostra apostolica statuendi, decernendi, ac liberæ exequutioni mandandi, dummodo tamen prædictorum magistrorum electiones, reelectionesque alias semper canonice fiant, ac dummodo etiam facultas prædictarum applicationum nullo prorsus futura unquam sit præjudicio legatis, oneribusque missarum, si quibus et quomodolibet satisfaciendis monasteria tenentur, necessarias, et opportunas facultates eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, et impertimur juxta superius expressa, atque petita. Tenor concessionis.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non congregationis præmemoratæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et suf- Derogatio contrariorum.

ficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima decembris, millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 14 decembris 1805 anno VI.

CCCC.

Damnatio electionis pseudo-suffraganei Gisberti de Jong factæ a pseudo archiepiscopo Ultrajectino.

Dilectis filiis universis catholicis in Batava republica commorantibus.

Pius PP. VII.

Dilecti filii salutem, et apostolicam benedictionem.

Pessima pseudo-archiepiscopi agendi ratio exponitur.

§. 1. Perlatæ ad Nos sunt isthinc literæ Joannis Jacobi Rhyn pseudo-archiepiscopi Ultrajectensis, qui significavit Nobis, se, vacante propter obitum Nicolai Nelleman pseudo-suffraganei sui Daventriensi sede, Gisbertum de Jong elegisse, atque a Nobis petiit, ut non solum hanc electionem apostolica auctoritate confirmemus, sed etiam ut electum ab se consecrari, uno tantum assistente episcopo, permittamus. Ita scilicet dum magis magisque demonstrat, omnem se excussisse subjectionem Sedi apostolicæ, vafra hac, nimisque jam nota, et detestabili officii simulatione pergit tegere pervicaciam suam. Nam idem ille est Joannes Jacobus Rhyn, quem Pius VI. fel. rec. decessor Noster per apostolicas literas datas die XXVI. augusti anno MDCCXCVII. canonicis poenis obnoxium sacris interdixit, atque Ecclesiæ communione privatum, vitandumque declaravit, quod nullo jure, contra hujus apostolicæ Sedis decreta eligi, et consecrari voluerit pseudo-episcopus Ultrajectensis; in quem præterea Nos ipsi apostolicis literis datis die 1. octobris anno MDCCCII. easdem poenas renovavimus, cum Joannem Nieuwenhuis pseudo-episcopum Harlemensem contra omne jus, fasque eligere, et consecrare ausus est. Vix ad Nos pervenerant hujus hominis literæ, cum alias accepimus ab ipso pseudo-episcopo Daventriensi non dissimiles superiorum, quibus et is verbis simulata ea Ecclesiæ subjectione, quam facto ipso nullam se habere demonstrat, ab Joanne Jacobo Rhyn pseudo-archiepiscopo Ultrajectensi se non solum consecratum fuisse narrat, sed etiam uno tantum pseudo-episcopo præsente, contra ea, quæ in pontificali Romano juxta sacros canones statuta sunt, consecrationem fuisse absolutam. Atque ut culpam in culpa deprehendamus, narrat præterea se fidei professionem juxta formulam a Pio IV. prædecessore Nostro præscriptam emisisse, in quo etiam huic sanctæ Sedi vel illudere voluit, vel se imponere posse credidit. Nam in exemplo professionis a se pronunciatæ, quod ad Nos misit, omissum deprehenditur verbum juro, quod bis in eadem formula occurrit.

Tenor damnationis nefariæ electionis.

§. 2. Facile est judicare, dilecti filii, quo animo ex his duabus literis affecti simus. Dum enim pro pastorali officio Nostro, totiusque Dominici gregis sollicitudine omni Nos ope, et opera eniti oporteat, ut catholicæ Ecclesiæ unitas firma, et incolumis conservetur, atque illud vehementissime optamus, ut qui ab ea discesserunt errorem agnoscant suum, ad eamdemque redeant, illud contra evenisse deprehendimus, ut luctuosum schisma adhuc perseveret, in eoque fovendo, ac tuendo sit illorum voluntas obstinatior. Itaque ut eorum, quos sanare non possumus, contagionem saltem ab aliis arceamus, uti postulat officii Nostri ratio, vestigiis insistentes prædecessorum Nostrorum Benedicti XIII., Clementis XII., Benedicti XIV., Clementis XIII., Pii VI., qui paria omnes judicia in has electiones, aliosque similes nefarios ausus ediderunt, hujusmodi literas posthabentes, ac penitus reijcientes electionem Gisberti de Jong in pseudo-episcopum Daventriensem a pseudo-archiepiscopo Joanne Jacobo Rhyn peractam nullam, inanem, nefariam, irritam, ejus vero consecrationem illegitimam, sacrilegam, et contra sanctissimas Romanæ Ecclesiæ leges fa-

ctam apostolica auctoritate declaramus.

Poenæ contra fautores, et alios qui ordines ab electo suscipere auderent.

§. 3. Ac proinde tam Joannem Jacobum Rhyn electorem, quam Gisbertum de Jong, cæterosque omnes, qui partem aliquam in sacrilega hac electione, et consecratione habuerunt, iisque opem, operam, consensum, consilium quovis modo dederunt, excommunicamus, anathematizamus, atque ab Ecclesiæ communione segregatos, et tamquam schismaticos habendos, et vitandos esse pronunciamus, constituimus, et mandamus, eumdemque Gisbertum Jong temere, nulloque jure electum, illicite, ac sacrilege consecratum, omni ecclesiastica, et spirituali jurisdictione ad animarum regimen carere declaramus. Edicimus præterea sub poena excommunicationis ipso facto, ac sine ulla declaratione incurrendæ, ne is audeat jurisdictionem ullam sibi arrogare, vel dimissoriales literas pro suscipiendis ordinibus dare, pastores, missionarios, ministros, aut alios quocumque nomine nuncupatos ad animarum curam, et sacramentorum administrationem, quovis etiam necessitatis prætextu, constituere, ac deputare; declarantes præterea omnes, et singulas horum officiorum deputationes pro animarum regimine quocumque nomine jam factas, aut fortasse faciendas cum omnibus inde secutis prorsus irritas esse, et nullius roboris, ac momenti. Item eidem Gisberto Jong præcipimus sub simili excommunicationis poena, ne unquam audeat chrisma conficere, virgines consecrare, confirmationis sacramentum, aut ordines conferre, aut ullo modo ordinem episcopalem, a quo suspensus est, exercere. Declarantes insuper illicitos, nefarios, sacrilegos omnes, et singulos alios actus ordinis, quos attentare præsumpserit. Qui vero ab eo ecclesiasticis ordinibus initiati fuerint, noverint se obstrictos vinculo suspensionis, fierique irregulares, si ab eo susceptos ordines exercuerint.

Monitum ad universos catholicos episcopos in Batava commorantes.

§. 4. Hæc ad vos præsertim scribimus, dilecti filii, ut per Nos ipsos, quibus Deus Optimus Maximus universi sui gregis curam, et gubernationem commisit, vobis exploratum fiat, quos cavere debeatis. Cæterum magno Nobis solatio est vestra pietas, ac religio, et studium, quo vos valde inflammatos esse intelligimus, conservandæ unitatis, et huic ejusdem centro Sedis apostolicæ subjectioni, quo in proposito ut permaneatis, nullis vos hortationibus indigere agnoscimus, et gaudemus quam maxime. Nihilo tamen minus hortamur vos, atque ad ipsum excitamus, quod christiana charitas erga ipsos fratres, qui a vobis tantopere dissident, postulare maxime videtur, ut prece, et obsecratione humili misericordiarum, ac luminum patrem exoretis Deum, ut eorum mentes illustret, avertat ab errore, in viam revocet veritatis, unde misere discesserunt. Nos certe quantum efficere possumus, tantum efficiemus, ut dispersæ oves ad Christi ovile revocentur, eoque Nostræ, quas ad Deum assidue mittimus, preces spectant, ut divina ope omni demum sublato, ac perempto schismate, et errore deposito, ejusque petita, atque impetrata venia resipiscentes, seque in sinum Sanctæ Matris Catholicæ, et Apostolicæ Ecclesiæ recipientes filios cum incredibili gaudio vobiscum complecti possimus. Quam spem in Dei bonitate positam animo foventes, vobis interim, dilecti filii, quos ob veram pietatem, sinceramque in beatissimi Patri sacratissimam Sedem obedientiam, et fidem vestram præcipua charitate complectimur, apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta decembris millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCCI.

Dat. die 17 decembris 1805 anno VI.

Elevatio a duplici minori ad duplex secundæ classis ritus officii sancti Augustini pro diœcesi Guadixensi.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum

§. 1. Quum sicut venerabilis frater modernus episcopus Guadixensis Nobis nuper exponi fecit, pro eo, quem erga s. Augustinum episcopum gerit devotionis affectu, ipse ritum officii ejusdem sancti per Nos sua in dioecesi elevari cupiat, enixisque precibus humiliter poscat.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos eumdem episcopum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si qua forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, qui congregationi sacrorum Rituum præsunt, consilio, ut in posterum ab universo clero sæculari, et regulari civitatis et dioecesis Guadixensis officium s. Augustini episcopi sub ritu duplici dumtaxat secundæ classis recitari possit et valeat, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus et indulgemus, ritumque officii hujusmodi a duplici minori ad duplex secundæ classis pro utroque clero prædicto elevamus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; nec non civitatis, et dioecesis prædictæ, earumque cleri etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum dorogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima decembris millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCCII.

Dat. die 20 decembris 1805 anno VI.

Canonicis ecclesiæ Gallesii dioecesis Civitatis Castellanæ conceditur usus insignium ad instar capituli, et canonicorum ecclesiæ cathedralis Civitatis Castellanæ cum titulo cathedralitatis pro eorum ecclesia.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum vestigia prementes, ecclesiasticis viris, qui almæ veluti Sionis æmuli divinas laudes in domo Domini quotidie persolvunt peculiaria interdum ornamento deferendo concedimus, ut ipsi per externas quoque honorificentias excitati internarum virtutum splendore magis magisque in die prælucere student.

Expositio precum.

§. 2. Exponi quidem Nobis nuper fecerunt dignitates, et canonici ecclesiæ Gallesii dioecesis Civitatis Castellanæ, quod ecclesia ipsa, in qua duæ dignitates, et duodecim canonici existunt antiquitatis laude novi templi funditus nuper erecti structura, atque sacerdotum probitate, et doctrina ita floret, ut primatum inter alias dictæ dioecesis ecclesias obtineat, acceditque loci ipsius antiquitas, ubi duo Romani pontifices Romanus primus, et Marinus primus prædecessores Nostri nati esse dicuntur, ac propterea per plura sæcula propriam episcopalem ecclesiam sedem habuisse constat, quæ quamquam fuerit legitime abrogata, aboleri tamen nequit antiquitatis gloria, ideoque multum splendoris; tum ad ecclesiam, tum ad Gallesiam ipsam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora ibi incrementa susciperet, si dicti dignitates, et canonici novis decorationibus, et titulo per Nos, et hanc apostolicam Sedem donentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor rescripti.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, modernis et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis dictæ ecclesiæ, ut ipsi loco almutiæ, quam adhuc deferre consueverunt, alia canonicalia insignia ad instar capituli, et canonicorum ecclesiæ cathedralis Civitatis Castellanæ tam in ecclesia, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; dictosque dignitates, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, aut perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Præterea eidem Gallesinæ ecclesiæ titulum cathedralis dumtaxat sine ullo concathedralis jure, ita tamen ut in posterum venerabilis frater nunc, et pro tempore episcopus Civitatis Castellanæ, et Hortanæ, Gallesinus etiam episcopus inscribi, et denominari possit, ac debeat sine ulla residentiæ obligatione, auctoritate, et tenore prædictis restituimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam scienter pariter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta decembris millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCCIII.

Dat. die 3 januarii 1806 anno VI.

Concessio officii, et missæ propriæ, cum lectione s. Hippolyti martyris pro clero villæ de Tamara dioecesis Palentinæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum sicut dilecti filii clerus, et magistratus villæ de Tamara Palentinæ dioecesis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo quem erga s. Hippolytum martyrem Romanum patronum principalem ejusdem villæ devotionis præseferunt affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, audito etiam venerabili fra-

tre episcopo Palentino, et dilecto filio magistro Julio De Carpineo sac. Rituum congregationis secretario referente, ut a dictæ villæ clero officium proprium cum missa jam a dicta sacra Rituum congregatione die x. julii MDCCCII. pro clero Arcis Rasæ Sulmonensis dioecesis adprobatum, facta potestate legendi brevem additionem ad sextam lectionem a dilecto filio Nostro Julio Maria Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali de Somalia nuncupato ejusdem sacrorum Rituum congregationis præfecto, et dilecto filio magistro Hieronymo Napulionio fidei promotore revisam, sequentis videlicet tenoris.

Tenor lectionis adprobatæ a promotore fidei.

§. 3. Singularis vero pietas, ac veneratio erga sanctum martyrem Hippolytum in pervetusto Tamaræ oppido Palentinæ dioecesis elucet: nam et ecclesia parochialis in ejusdem sancti martyris honorem magnificentissime constructa extat, pia catholicorum regum liberalitate, et munificentia amplissimis privilegiis munita, pretiosisque muneribus locupletata, et cives ab antiquissimo tempore eum tamquam principalem patronum celebrant, ac venerantur, cujus reliquiis gaudent, precibus se se assidue commendant, atque intercessione plurima, ac mirabilia a Deo beneficia sæpe consequuti sunt, et deinceps se consequuturos sperant, quotannis in die festo ejusdem s. Hippolyti recitari possit auctoritate apostolica, tenore præsentium, indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ villæ consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia januarii millesimo octingentesimo sexto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCCIV.

Dat. die 3 januarii 1806 anno VI.

Concessio officii proprii ritus duplicis majoris in honorem ss. Corporis Jesu pro monialibus asceterii de Belen civitatis Hispalensis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut dilectæ in Christo filiæ moniales asceterii de Belen nuncupati Hispalensis civitatis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsæ ad nimiam Christi Domini patientis, et pro humani generis redemptione morientis charitatem ferventius recolendam sacratissimi Cordis Jesu cultum, et venerationem in dies augeri summopere cupiant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, referente Julio de Carpineo sac. Rituum congregationis secretario, ut quotannis ab iisdem monialibus in feria sexta post octavam solemnitatis ssmi Corporis Christi officium proprium ritu dup. maj. in honorem sacratissimi Cordis Jesu, jam a felicis recordationis Pio pp. VI. prædecessore Nostro pro regnis Portugalliæ, et Algarbiorum adprobatum recitari: nec non a sacerdotibus cunctis in earumdem monialium ecclesia sacrum facientibus missam præfato officio conformem celebrari libere, et licite possit et valeat, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti monasterii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia januarii millesimo octingentesimo sexto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 14 januarii 1806 anno VI.

CCCCV.

Guardianis sancti Sepulchri Terræ Sanctæ conceditur facultas conferendi sacramentum confirmationis catholicis latini ritus, cæteris omnibus penitus exclusis.

Dilecto filio Bonaventuræ a Nola ord. fr. min. Observant. sancti Francisci professori, et sancti Sepulchri Domini Nostri Jesu Christi custodi, et guardiano.

Pius PP. VII.

Dilecte fili

Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis. §. 1. Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, super quibus apud Nos fide dignis commendaris testimoniis Nos adducunt, ut te specialibus favoribus, et gratiis prosequamur liberales.

Tenor concessionis. §. 2. Christi itaque fidelium latini ritus catholici, qui in locis degunt Terræ Sanctæ, ubi tu s. Sepulchri Domini Nostri Jesu Christi custos, et guardianus existis, spiritualibus indigentiis opportune consulere, teque, de cujus fide, zelo, et virtute plurimum in Domino confidimus, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium congregationi de Propaganda Fide præpositorum consilio tibi extraordinariam facultatem conferendi sacramentum confirmationis auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, et impertimur, sub lege tamen atque declaratione, quod tu sacramentum hujusmodi nec administres, nec administrare valeas, nisi prædicto tuo durante munere, nisique catholicis latini ritus dumtaxat in Terra Sancta, ejusque districtu habitantibus, nullatenus vero catholicis aliorum rituum, pro quibus confirmandis nullam tibi potestatem conferre intendimus, immo eam, si forte alias custodibus et guardianis pro tempore sancti Sepulchri concessa extiterit, expresse adimimus, & in hac parte quibuscumque apostolicis literis Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, ac præsertim constitutioni sanctæ memoriæ Benedicti XIV. Nostri itidem prædecessoris, quæ incipit *Demandatam*, penitus derogamus; quodque tu hujusmodi facultate utaris, utique debeas in omnibus, et per omnia semper ad normam istructionis per memoratam congregationem die quarta maii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto editæ, tibi injungimus atque præcipimus: salva in præmissis auctoritate eorumdem cardinalium.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalidus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Ma-

riam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta januarii millesimo octingentesimo sexto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 21 januarii 1806 anno VI.

CCCCVI.

Facultas concessa administratoribus montis Pietatis Civitatis Castelli alienandi certis legibus, & conditionibus nonnulla bona, ut ex pretio retrahendo augeri valeat peculium erogandum in solamen pauperum.

Venerabili fratri episcopo Civitatis Castelli

Pius PP. VII.

Venerabilis frater Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Nuper exponi Nobis fecerunt dilecti filii rector, et administratores montis Pietatis istius Civitatis Castelli, bona prius ad ecclesiam B. M. V. vulgo isthic dictæ Pontis Eburnei pertinentia, postmodum vero per apostolicas Nostras in simili forma brevis die vicesima septima septembris millesimo, octingentesimo quinto, expeditas literas eidem monti applicata, haud levi oneri manere monti propter expensas, quæ pro bonorum administratione sunt opus, nulli vero prope utilitati pauperibus, quorum intuitu applicatio hujusmodi ordinata potissimum fuit, quum bona tanta non sint, nec tantam in fructum annuum pecuniam afferant, quanta egenis aliquid in dies pignore postulantibus commodari oportet. Quapropter, ut major confletur copia numeratæ pecuniæ, qua satius mons flagitationibus pauperum præsto esse valeat, videri exponentibus illud in hanc rem valde posse conferre, nimirum si de dictæ ecclesiæ bonis tum ædes, seu ædificia quæcumque (non tamen ecclesia ipsa, nec domus usui cappellani assignata) tum prædia, quæ a publicis agrorum peritis consulto ad id demandatis æstimata jam sunt pretio scutatorum termille centum quinquaginta duorum, ac obul. sexaginta, vendentur, et venditio fiat prævia affixione edictorum, et cum accensione candelæ, liberaque auctione vigesimæ, et sextæ; excipiendo tantum favore seminarii dioecesani duo terrena, quæ in peritorum cathalogo numero octavo, et nono recensentur, et ab ipsis peritis ibi in summa scutorum quingentorum viginti quinque æstimantur, quæque si ii, qui seminarii præsunt administrationi, emere pro seminario optaverint, enunciatis cauthelis atque formalitatibus in cæterorum venditione bonorum omnino adhibendis, possint seminarii gratia licite non submitti, eique soluto dictæ æxtimationis pretio libere tradi; rogare idcirco exponentes, humiliterque exorare, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur bono, et commodo pauperum magis magisque consulere, ac ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ipsorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut constito tibi prius de narratis, et quatenus majori pauperum emolumento id fore cessurum in Domino judicaveris, eisdem exponentibus supradictæ ecclesiæ bona tam in ædibus, ædificiis, quam in prædiis consistentia vendendi sub cauthelis, et conditionibus superius expressis, excepto ab his tantum seminario quoad duo terrena præmemorata, extimatisque ante venditionem ædibus per peritos, uti æstimata sunt prædia, licentiam et facultatem auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et conscientia gratis impertiaris, ita tamen ut ab hac ædium, seu ædificiorum venditione sarta, tectaque prorsus sit ipsa ecclesia, serveturque cum ea etiam domus pro cappellano, ac proviso per te, quod firmæ semper maneant, vigeantque forma, ac dispositio prædictarum Nostrarum literarum quoad eamdem ecclesiam; quodque pecunia ex bonis venditis retrahenda in montis capsa ad pauperum pignorationes fideliter et custodiatur, et erogetur. Non obstantibus apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis

Tenor concessionis.

editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque etiam speciali mentione, ac derogatione dignis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima januarii millesimo octingentesimo sexto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 24 januarii 1806 anno VI.

CCCCVII.

Canonicis, et dignitatibus ecclesiæ collegiatæ civitatis Liburni diœcesis Pisanæ conceditur facultas utendi palmari, vulgo bugia.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes peculiaria interdum privilegia ecclesiasticis viris, qui almæ veluti Sionis æmuli divinas laudes in templis magis conspicuis quotidie concinunt, concedimus, ut ipsi per externas quoque hujusmodi honorificentias excitati, internarum virtutum splendore prælucere satagant in domo Domini.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut dilecti filii dignitates, et canonici insignis collegiatæ ecclesiæ oppidi civitatis nuncupati Liburni Pisanæ dioecesis, Nobis nuper exponi fecerunt, collegiata ipsa, templi amplitudine, sacrarum supellectilium copia, sacerdotum probitate, et doctrina, populique frequentia, ac devotione non mediocriter inter alias illius regionis ecclesias floreat, multum splendoris ad eam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora ibi incrementa susciperet, si dignitates, et canonici prædicti aliqua nova prærogativa jam alias sibi a Nobis pro solemnioribus tantum functionibus concessa, etiam pro reliquis presbyteralibus functionibus per Nos, et hanc s. Sedem decorentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis, opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dictæ collegiatæ ecclesiæ dignitatibus, et canonicis, ut ipsi in sacris solemniter, et privatim faciendis, ac aliis quibuscumque presbyteralibus functionibus tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in aliis quibuslibet ecclesiis, et oratoriis, seu capitulis in eodem oppido, ejusque territorio, dumtaxat existentibus, palmari, vulgo bugia uti libere, et licite possint, ac valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, ipsosque desuper a quoquam impediri, molestari, aut perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictæ collegiatæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta januarij millesimo octingentesimo sexto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 24 januarii 1806 anno VI.

CCCCVIII.

Confirmatio regularum reformatarum pro monialibus tertii ordinis sancti Francisci de Assisio urbis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Nuper Nobis dilectæ in Christo filiæ superiorissa, ac moniales expressæ tertii ordinis sancti Francisci de Assisio, translatæ a monasterio sanctæ Claræ de urbe in novum monasterium reformationis auctoritate Nostra in via, quæ dicitur gratiosa, apud sanctam Mariam Majorem recens erectum, aliæque simul moniales, quæ post erectionem monasterii hujusmodi ibidem pariter professæ sunt, exponi fecerunt, conditas, perscriptasque nunc esse pro ultimo hujus reformationis implemento constitutiones, seu regulam modo, forma, et tenore, prout hic e vestigio sequitur, videlicet.

REGOLA

Della riforma delle monache del terz'ordine di san Francesco.

Cap. I.

Della clausura.

I.

De clausura.

§. 2. Le monache di questo santo istituto tanto coriste, quanto converse in tutto il tempo della vita loro sieno obbligate a vivere in perpetua clausura secondo i canoni della Chiesa, e i decreti de' sommi pontefici.

II.

Le porte, tanto quella del monastero, quanto quella dell'orto, e le grate sieno ben custodite.

III.

Non si permette giammai di andare a parlare alla porta, e molto meno d' ivi mettersi a sedere a porte aperte.

IV.

Non sarà lecito di andare alle grate del parlatorio senza il permesso della madre superiora, e senza l'ascoltatrice.

Cap. II.

Delle rendite, e vita comune.

I.

§. 3. Il monastero dovrà avere le sue rendite, con cui si possano sostenere le religiose, corrispondenti al numero di queste.

De redditibus, et vita communi.

II.

Di queste rendite si terrà esatto conto, e saranno esattamente amministrate sotto la vigilanza de' superiori.

III.

Resta in perpetuo proibita ogni particolarità in tutti i monasteri di questo sacro istituto; ma tutte le religiose dovranno vivere in vita perfettissimamente comune delle rendite suddette, e con lavori delle loro mani, il prezzo de' quali si dovrà sempre mettere in comune per minimo che sia.

IV.

Tutte egualmente averanno il medesimo vestiario, il medesimo vitto sufficiente, qual si conviene alle vere poverelle di Gesù Cristo.

Cap. III.

Dell'ammissione, vestizione, e professione.

I.

§. 4. Niuna sia ammessa dal secolo all'abito santo di quest' istituto, se prima non sia ben provata la sua vocazione, ed a cui non sieno state dette le cose dure, per le quali si cammina a Dio, e che in quest' ordine, di necessità si debbono osservare in-

De admissione, vestitione, et professione monialium.

teramente, ed essa non le abbracci volentieri.

II.

Niuna si riceva di molta età (eccettuate le religiose, che da qualche altro monastero di vita particolare volessero passare a questo) niuna secolare inferma, niuna, che o per la poca attitudine, o per mancanza d'intendimento sia giudicata insufficiente ad osservare questa vita e regola. Ognuna dovrà essere accettata in capitolo almeno colla maggior parte de' voti, che superi la metà, premessa sempre l'orazione comune, e l' informazione da farsi dalla superiora.

III.

Entrata la zitella, sia subito consegnata alla maestra delle novizie; e sia provata per sei mesi almeno prima di vestire l'abito religioso.

IV.

Terminata la prova, si terrà capitolo, ed in esso si prendano i voti segreti. Se la postulante avrà la pluralità de' voti, che superi almeno la metà a suo favore, s'intenderà ammessa; altrimente s'intenda esclusa.

V.

La vestizione si farà per le mani del cardinal vicario, o di chi sarà da lui destinato a far le sue veci, e vestita che sia la novizia, sarà subito consegnata alla maestra per attendere con ogni studio, e fervore all'acquisto delle sante virtù per divenire una perfetta religiosa.

VI.

Sia il noviziato in luogo appartato. Ivi le novizie saranno in prova per un anno prima di essere ammesse alla professione, sotto la direzione e disciplina della maestra, la quale tutta s' impiegherà in coltivare lo spirito delle novizie, istruendole in tutto quello, che appartiene a questa regola, e modo di vivere, ed all'acquisto di quella perfezione, alla quale le religiose di quest' ordine sono chiamate da Dio.

VII.

Quindici giorni prima, che sia compito l'anno del noviziato coll' intelligenza e facoltà del superiore maggiore sarà la novizia proposta in capitolo per essere ammessa alla professione. Se nel capitolo avrà la maggior parte de' voti, che almeno superi la metà a suo favore, s' intenderà ammessa; altrimenti s' intenderà esclusa.

VIII.

La superiora e le religiose qualora abbiano un giusto e ragionevole motivo di dubitare della presente idoneità della novizia, possono prolungare il noviziato per giorni, e fino anche a tre mesi, o ancora, se in tal tempo la novizia non si trovasse idonea, di negarle la professione, ed in tutto si regoleranno secondo che reputeranno convenirsi al servizio di Dio, e del monastero, guardandosi da ogni rispetto umano.

IX.

La solenne professione dovrà farsi in mano del cardinal vicario, o di chi sarà da lui destinato a fare le sue veci pronunziando la novizia ad alta voce, e distintamente le seguenti parole: = Io N. N. prometto a Dio, ed alla beata vergine Maria, ed al padre san Francesco, e alla madre santa Chiara, ed a tutti i santi, ed all' eminentissimo signor cardinal vicario nostro superiore (nelle diocesi al vescovo diocesano), ed a lei madre abbadessa di vivere tutto il tempo della mia vita secondo la regola del terz' ordine del padre san Francesco riformata, ed approvata dal Nosto sommo pontefice Pio VII., vivendo in povertà senza proprietà, ed in castità, ed obbedienza, ed anche in perpetua clausura.

X.

Le novizie professe restino un altr'anno dopo la professione loro nel noviziato nei medesimi esercizj, e sotto la disciplina della maestra, come nell'anno antecedente, nè abbiano voce in capitolo, se non quando le vocali sieno poche, cioè meno del numero di nove.

CAP. IV.

Del coro e degli esercizj di pietà.

I.

De choro, et exercitiis pietatis.

§. 5. Le religiose professe da coro restano perpetuamente obbligate alla recita dell' uffizio divino intero, secondo il rito approvato dalla santa Chiesa per i frati minori. Quelle però, che sono sorelle serventi diranno venti quattro volte il *Pater Noster* a mattutino, alle laudi cinque, a tutte le ore minori sette per ciascuna, a vespero dodici, ed a compieta sette; e lo stesso modo si osservi nell'uffizio de' morti con questo però, che si aggiunga ad ogni *Pater Noster* un *Requiem æternam etc.*

II.

Si farà parimente in comune in coro almeno un' ora e mezza d'orazione mentale in ciascun giorno ripartitamente, cioè un'ora la mattina, e mezz' ora il giorno dopo vespero, o compieta, secondo la varietà delle stagioni.

III.

Ogni giorno similmente in comune si farà in loro l'esame di coscienza, e prima di cena si farà la disciplina, eccettuati i giorni più solenni.

IV.

Tutte le sorelle sieno obbligate ad intervenire a tutti gli atti comuni, eccettuate quelle, che saranno legittimamente impedite.

CAP. V.

Del confessore, e dei sagramenti della confessione, e comunione.

I.

De confessario, et sacramentis poenitentiæ, et eucharistiæ.

§. 6. Sarà confessore ordinario del monastero un sacerdote secolare, dotato di tutte le qualità, che si richiedono ad un tanto uffizio, a cui saranno obbligate tutte le sorelle di presentarsi una volta la settimana.

II.

Vi sia due volte all' anno lo straordinario, uno in un tempo degli esercizj spirituali, che si debbono fare ogni anno, e sia questo l'istesso direttore degli esercizj, e l' altro in altro tempo opportuno.

III.

Niun confessore avrà la minima autorità di alterar questa regola.

IV.

E' permesso il fare la comunione ogni mattina a chi il confessore crederà bene di accordarla; ma la comunione di regola sarà in tutte le feste di precetto, dei santi, e beati dell'ordine, per cui vi sia indulgenza, e in tutti i mercoldì, e venerdì dell'anno. Le inferme, che stessero in letto, si comunicheranno ogni otto giorni durante la loro infermità, previo però sempre il consiglio del confessore e del medico.

CAP. VI.

Del cibo, e dell'astinenza.

I.

§. 7. Il cibo delle sorelle sarà grossolano, e non delicato, parco, ma sufficiente anche di carne fuori del tempo, e de' giorni eccettuati dalla Chiesa, e le due quaresime, l'una da incominciarsi il dì della commemorazione de' fedeli defonti fino al santo Natale, e l'altra otto giorni prima del mercoldì delle ceneri fino a Pasqua.

De cibo, et abstinentia.

II.

Nelle due quaresime, ed in tutti i venerdì, e sabbati dell'anno, ed in tutte le vigilie della Chiesa non sarà lecito cibarsi neppure de' latticini.

III.

Nelle vigilie del padre s. Francesco, e della madre s. Chiara il digiuno di obbligo; nei sabati dell'anno, e nella vigilia dell' immacolata

Concezione di Maria ssma, è di consiglio.

IV.

In tutto il tempo della refezione si farà la lezione spirituale tanto a pranzo, quanto a cena, e questa non si dovrà giammai in nessun caso dispensare.

Cap. VII.

Della ricreazione, del riposo, del ritiro, del silenzio, e delle occupazioni delle sorelle.

I.

De solatiis, silentio, aliisque curis sororum.

§. 8. Dopo la refezione comune, vi sarà un'ora di ricreazione parimente in comune. Potrà la superiora accordarne qualcun altra fra l'anno in tempo conveniente.

II.

Si proibisce nel carnevale qualunque rallentamento, anzi si prescrive di stare in tal tempo più ritirate, e di essere più assidue all'orazione.

III.

Nelle ricreazioni si guardi ognuna da discorsi vani, e di mondo, da critiche, e mormorazioni, e si rammentino sempre della modestia, e moderazione religiosa.

IV.

La sera al segno del ritiro, ciascuna si ritiri nella sua camera, dalla quale non sarà lecito di più uscire fino all'ora del matutino, se non per qualche urgente necessità.

V.

Nell'estate si permette il riposo il dopo pranzo.

VI.

Le sorelle dovranno amare la santa solitudine. Fuggano per quanto possono il parlatorio, e si guardino dal conversare tra di loro ancora, e di contrarre amicizia particolare con alcuna.

VII.

Nel tempo del ritiro sarà rigoroso silenzio. Questo si osserverà dal ritiro della sera fino alla mattina terminato il coro un'ora dopo la santa comunione, ed ogni venerdì fino alla ricreazione del dopo pranzo. In coro, e in refettorio sarà silenzio perpetuo. In infermeria si potrà parlare per sollievo delle inferme. Fuori del tempo del silenzio si parli con voce bassa e moderata; e tutte le sorelle sieno amanti del poco parlare, ed amino anzi di vero cuore il silenzio tanto proprio di quest'istituto.

VIII.

Sieno ancora nemicissime dell'ozio, e perciò nei giorni di lavoro sieno intente a questo.

IX.

Si proibiscono i lavori curiosi, e di grande attenzione, eccettuati quelli, che servono al culto del Signore.

X.

Si lavori in comune, ed anche in tempo di ricreazione; in questa però si facciano soltanto lavori, che richiedono minore attenzione.

Cap. VIII.

Delle sorelle inferme, e defonte.

I.

De sororibus infirmis, et de functis.

§. 9. Vi sia l'infermeria appartata, che sia ben pulita, e si procuri, che i letti sieno buoni, e ben corredati.

II.

Si abbia somma diligenza, e cura per le inferme, e queste sieno proviste di tutto il bisognevole, ancorchè per provederle bisognasse levare qualche cosa alle sane.

III.

Vi sia una sorella infermiera, ed una compagna, con due converse destinate al servizio delle inferme; e la superiora dovrà visitare spesso le inferme, informandosi, se nell'infermeria van tutte le cose con buon ordine, se l'infermiera, e le serventi fanno il loro dovere, e se tutte le inferme stanno soggette, ed obbedienti a quanto dall'infermiera, e dal medico loro si prescrive.

IV.

Per ogni religiosa, che muoja, si facciano i suffragj seguenti. Si reciteranno tre offizj de' morti, si faranno celebrare cinquanta messe private, e due solenni: ciascuna farà due comunioni, e cinque visite al ssmo Sagramento.

V.

Vi sia un libro, ove si registrino i nomi delle sorelle defonte in questa casa colle circostanze della morte di ciascuna.

Cap. IX.

Degli uffizj.

I.

De diversis muneribus conferendis, et administrandis.

§. 10. L'elezione dell' abbadessa si farà dalle religiose alla presenza del superior maggiore, o d'altro da lui destinato a far le sue veci.

II.

All' elezione si premetteranno ferventi orazioni, e nel dare il voto si guardi ognuna dalle proprie passioni, e dai riguardi umani, avendo sempre innanzi agli occhi la giustizia, il bene del monastero, e la gloria di Dio.

III.

Si farà l'elezione a voti segreti nelle mani del superiore suddetto, o di altro da lui destinato a quest'effetto, e quella, che di tre parti de' voti ne avrà due, sia dichiarata eletta superiora del monastero. Il suo uffizio non potrà durare più di tre anni, terminati i quali cessa, e ne farà la dimissione, come per formalità si costuma nei monasterj, in mano del superiore; nè potrà di nuovo essere eletta, se non passato un triennio, senza l'indulto apostolico.

IV.

La superiora non avrà mai autorità veruna di fare qualunque novità, o di alterare in minima parte la regola; ma suo dovere sarà di farla esattamente osservare da tutte, ed in ogni sua parte.

V.

A lei si appartiene l'esercitare tutte le funzioni proprie del suo uffizio, e di presiedere con ogni sollecitudine, e diligenza, avendo sempre a cuore l'onore di Dio, ed il profitto spirituale delle sue figlie. Sia dunque la superiora spoglia d'ogni affetto particolare, onde non mostri la minima predilezione, da cui possa nascere in alcuna, o scandalo, o invidia, o altro qualunque disturbo. Consoli le afflitte, sia il rifugio delle tribolate, onde non prevalga mai nelle deboli, per mancanza di consolazioni, il morbo della disperazione: corregga con modestia, e con materna carità le sue figlie e sorelle; e non comandi mai loro cosa alcuna, che sia contro la forma della professione, e lo spirito dell' istituto, nè mai sia precipitosa nel commandare, cosicchè per la indiscretezza dei precetti non si venga a porre alle anime qualche laccio di peccato.

VI.

Tutte le monache del monastero debbano essere soggette all'abbadessa, e diligentemente obbedirla.

VII.

Eletta l'abbadessa, e prestatale da tutte l'obbedienza, si proceda subito all'elezione di una vicaria, e di una maestra di novizie nel modo, che si è detto di sopra dell'abbadessa; con questa differenza, che per l'ele-

zione di questa basta la maggior parte de' voti.

VIII.

L' uffizio della vicaria sarà di stare negli atti della comunità presso all' abbadessa, ed in sua assenza tenere il suo luogo, precedere a tutti in ogni atto comune, in cui potrà ammonire, riprendere, correggere, ascoltar colpe, imporre penitenze, e fare tutto ciò che può fare l' abbadessa, e finalmente accompagnare tutti gli uomini, che dovranno entrare nel monastero.

IX.

La vicaria non potrà fare novità alcuna, ma se vedesse qualche inosservanza in monastero, ne dee subito fare avvertita la superiora, e non rimediandoci questa ne faccia subito ricorso ai superiori maggiori.

X.

Nell' elezione della maestra delle novizie in modo specialissimo procurino le religiose, che si scelga quella, che si conosce più spirituale, e ritirata, esemplare, prudente, zelante, distaccata, imparziale, tale in somma, che colle parole, e coll' esempio dia luce, e possa così santificare le sue discepole; e se il soggetto eletto per maestra si conoscesse manifestamente non essere a proposito, il superiore potrà dichiarare nulla l' elezione.

XI.

L' uffizio della maestra sarà di invigilare, d' istruire, e di correggere con ispirito di carità le sue novizie, ed in assenza della vicaria tenere il suo luogo nel refettorio, e nella ricreazione.

XII.

Si eleggeranno, dopo elette la superiora, vicaria, e maestra di novizie, tre discrete le più mature, e prudenti tra le religiose, parimente a voti segreti, e nel modo poco anzi detto, e queste saranno come consigliere dell' abbadessa in tutte le cose di qualche ponderazione, e specialmente negli affari di economia.

XIII.

Tutte le altre uffiziali, quali sono la ruotara, sagrestana, infermiera, pannara, portinara, dispensiera, e canevara si eleggeranno dalla superiora in ciascun anno; e non riuscendo alcuna di queste nell' uffizio, la madre abbadessa col parere della vicaria, e delle discrete potrà rimuoverla, e sostituirne un altra, che si giudicherà a proposito.

XIV.

Gli uffizi di settimana sieno fatti da tutte indifferentemente, ed in quelli di maggiore umiltà si eserciti la superiora, quanto può, per dare in tutte le cose il buon esempio. Da questi uffizi s' intende eccettuata la maestra, quando ciò avesse da recar pregiudizio all' assistenza necessaria alle novizie.

XV.

Finalmente sia regola generale da osservarsi sempre inviolabilmente, e costantemente in quest' istituto, che giammai non diasi uffizio alcuno, a chi mostri di desiderarlo.

Capo X.

Della correzione

I.

§. 11. Tre giorni alla settimana, cioè lunedì, mercoldì, e venerdì tutte le novizie prostrate a terra si accusino de' proprj, e publici mancamenti in refettorio prima di pranzare, e la superiora correggerà, e darà convenienti penitenze. De correctione adhibenda.

II.

Tutte le religiose in tutte le vigilie di Maria santissima, ed in altre diranno la loro colpa genuflesse in coro prima di andare al riposo.

III.

Ogni ultimo venerdì del mese, e in altro giorno dell' ultima settima-

na la superiora terrà capitolo alle sorelle per la correzione delle pubbliche negligenze, e mancamenti, e ciò si farà in coro, dal qual capitolo niuna sarà esentata.

IV.

In questo capitolo la superiora farà una breve esortazione. Le religiose per ordine diranno la loro colpa, ascolteranno umilmente la correzione, riceveranno la penitenza, e gli avvisi che la madre superiora darà in comune per mantener l'osservanza.

Capo XI.

De' voti, e delle promesse

I.

De votis, aliisque promissionibus.

§. 12. Le religiose, che professano questo s. istituto, come spose del figlio di Dio, e come figlie dell' immacolata Vergine sua madre, e del suo padre nutrizio s. Giuseppe, e del patriarca de' poveri s. Francesco, e della lor madre s. Chiara hanno particolar obbligo di amare, e di osservare i santi voti.

II.

Non basta secondo la speciale vocazione a questo santo istituto l'osservanza qualunque de' voti, ma procureranno le sorelle di osservarli con tutta la perfezione; onde spicchi in tali spose di Gesù Cristo una povertà effettiva, e cordiale, ed effettiva senza proprietà, una purità angelica, ed eminente, un obbedienza in ogni parte perfetta.

III.

Mostrando l' infelice esperienza, che ancora gli istituti più santi vanno a poco a poco in decadenza, e non sono di lunga durata nella primiera bell' osservanza; per quanto umanamente si può, per ovviare ad un sì luttuoso disordine, oltre le cautele prescritte di sopra, per maggiore e sicura stabilità e durazione dell'osservanza esatta della presente regola, tutte le sorelle dopo aver fatta la loro professione, faranno ancora la promessa avanti la madre superiora di osservare, e mantenere l' osservanza, quant' è dal canto loro, di questa regola, e di non alterarla giammai.

Capo XII.

Del protettore, e visitatore

I.

§. 13. Per assicurarsi sempre più dell' esatta osservanza della presente regola, vi sarà sempre un protettore, che invigili su di essa, quale sarà il cardinal vicario nella città di Roma, e fuori di essa, ove si fondassero monasterj di quest' istituto, sia sempre il proprio vescovo, nè mai le religiose di questo terz' ordine si cerchino altro protettore. De protectore, et visitatore.

II.

Sarà cura del protettore d' invigilare sull' esatta osservanza della regola, e di promuovere il bene del monastero specialmente col destinare sacerdoti idonei per confessori e predicatori.

III.

Ad effetto di certificarsi, se tutte le cose in monastero vanno in buon' ordine, non si astenga dal visitare, ed ascoltare le religiose qualche volta, e conoscendone il bisogno, corregga, e riformi, come crederà opportuno.

IV.

Oltre il protettore, vi sarà un visitatore, il quale sarà un sacerdote secolare maturo d' esperienza, e di irreprensibili costumi, approvato dal superiore maggiore.

V.

Subito fatto il visitatore, gli sia consegnata la regola, letta la quale, egli cerchi con gran diligenza di sapere con verità la condotta dell'abbadessa, e delle monache tanto in generale, quanto in particolare di ciascuna; onde conosca bene le sue pecorelle, per ben governarle, come pure di venire in cognizione dell'osservan-

za della regola per ripararne le trasgressioni.

VI.

I monasterj di questo terz' ordine sieno visitati almeno una volta all'anno, ed il parlatorio sia visitato frequentemente, e talora segretamente, e all' improviso parimente dal padre visitatore.

VII.

Si proibisce severamente sotto gravi castighi sì all' abbadessa, che alle altre religiose il celare al visitatore cosa alcuna dello stato del monastero; anzi si comanda, che tutte quelle cose, le quali avranno bisogno di essere stabilite, o corrette secondo la formola della regola, e vita loro, sieno scoperte, e conosciute in publico, od in segreto al visitatore, come si conoscerà meglio, al quale in tutte le cose, che all' uffizio di visitatore appartengono, o alla visita, sieno tutte obbligate ad obbedire interamente senza eccezione veruna, neppure dell' abbadessa.

VIII.

Al visitatore ancora appartiene d' invigilare, e vedere se il confessore, e tutti gl' inservienti al monastero fanno il loro dovere; ed egli riformi, ed emendi tutto ciò, che crederà aver bisogno di riforma, e di emendazione.

IX.

Finalmente si dichiara, che la presente regola per se stessa non obbliga a peccato, prescindendo dal disprezzo della medesima; e quando non concorra altra obbligazione, che astringa a peccato. Si rammentino però le religiose, che ogni volontaria trasgressione della medesima, anche nella minima sua parte, ella è una imperfezione, la quale se vogliono essere perfette, come debbono volere, hanno ad evitare a tutto potere; e che dalla perfetta osservanza della regola dipende la loro santificazione.

Cardinalis vicarius regulas probavit.

§. 14. Hanc regulam pro monialibus reformatis tertii ordinis sancti Francisci Assisiensis a nobis jussu sanctissimi Domini Nostri Pii pp. VII. diligenter perlectam, et consideratam approbamus, quantum in nobis est, et si ita placuerit eidem Sanctitati Suæ.

Datum ex ædibus nostris feria sexta die decima septima januarii millesimo octingentesimo sexto, qui die sacer est sancto Antonio abbati.

Loco ✠ signi.

Julius Maria card. De Somalia
Sanctissimi Domini Nostri in urbe vicarius generalis etc.

Preces porrectæ pro obtinenda confirmatione apostolica.

§. 15. Ut autem hæ constitutiones, seu regula firmius subsistant, exactiusque ab omnibus monialibus, quæ reformationem prædictam amplexatæ jam sunt, quæque tam in eodem monasterio, quam in aliis amplexaturæ postmodum fuerint, perpetuis futuris temporibus observentur, apostolicæ approbationis, et confirmationis Nostræ munimine eas roborari summopere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor confirmationis.

§. 16. Nos igitur easdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: præinsertas constitutiones, seu regulam cum omnibus, et singulis ibi contentis auctoritate apostolica tenore præsentium ratas, validas, probatasque habemus, et declaramus, ac plenarie confirmamus, perpetuumque, ac inviolabile apostolicæ firmitatis robur illis adiicimus; ac omnes, et singulos sive facti, sive juris defectus, si quos desuper quomodolibet intervenisse contigerit, sanamus atque supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 17. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac monialibus præmissæ reformationis plenissime suffragari, et ab omnibus ad quos spectat, ac spectabit pro tempore in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis

respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 18. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta januarij millesimo octingentesimo sexto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 24 januarii 1806 anno VI.

CCCCIX.

Ampliatio privilegiorum ecclesiæ beatæ Mariæ virginis ab Angelo salutatæ in cœnobio fratrum ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis Florentiæ, illiusque erectio in basilicam, cum concessione pœnitentiarii ad instar basilicæ Lauretanæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Quod divino afflata spiritu beatissima, ac gloriosa Dei genitrix virgo Maria de se ipsa prænuntiavit; generationes omnes beatam illam nuncupaturas, id sane non modo prioribus Ecclesiæ sæculis impletum novimus, quum toto terrarum orbe ad ejus honorem templa ædificata fuerint, atque aræ erectæ; verum etiam aucta quotidie magis fidelium pietate erga amantissimam parentem Nostram, ac gratiarum omnium dispensatricem majori semper devotionis ardore, alia aliis successerint monumenta pietatis, et quædam præsertim loca, inscrutabili Dei consilio, constituta sint, in quibus peculiari beatæ Virginis intercessione quædam mira eveniunt, quæ in aliis haud æque contigisse novimus. Siquidem omnipotens Deus, qui in spiritu, et veritate ubique gentium est adorandus, vult tamen promptius, atque abundantius exaudire clamantes filios in uno potius, quam in alio loco, ut, quemadmodum sua dona divisit, atque ubi vult spirat; ita quoque plane admirando providentiæ genere, ampliora suæ gratiæ munera identidem largiatur iis, qui Deiparæ intercessionem ante unam potius, quam alteram imaginem, in uno præsertim, quam in alio templo ferventius, ac prolixius implorant.

Descriptio templi, illiusque præstantia.

§. 2. Extat Florentiæ coenobium fratrum ordinis Servorum beatæ Mariæ virginis, eique adjacet templum quinque, et ultra ab hinc sæculis excitatum in honorem ejusdem beatæ Mariæ Virginis, ibique colitur veneranda ejusdem imago sub invocatione mysterii, dum fuit ab angelo salutata, et divini partus vaticinio præmonita, quæ non modo ab illius urbis, ac finitimarum Etruriæ civitatum incolis, sed ab exteris etiam Italiæ, ac remotarum regionum populis ad eamdem urbem accedentibus magno pietatis ardore invisitur, et frequentatur. Nec frustra: nam præter innumeras spirituales gratias, quas rite patrocinio virginis confidentibus largitur Deus, sæpe etiam manifestis signis, ac miraculorum gloria coruscat.

Portenta, et spirituales gratiæ quibus coruscat recensentur.

§. 3. In hac sacra æde, atque ante dictam beatæ virginis iconem, sanctus Philippus Benitius cœlesti ejusdem beatæ Mariæ visione recreatus in familiam ejus servorum cooptari meruit, et sanctæ Julianæ Falconeriæ ordinis monialium Mantellatarum nuncupatarum institutricis solemnia vota recepit. Sic etiam sanctus Aloisius Gonzaga ante eamdem beatæ virginis imaginem procumbens virginitatis voto sese obstrinxit, et sanctus Carolus Borromæus tanta in eamdem imaginem devotione exarsit, ut ejus exemplar affabre depictum in metropolitana Mediolanensi ecclesia publico fidelium cultui exposuerit. Multi etiam ex Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris eodem pietatis ardore in beatam virginem, ejusque sacram imaginem inflammati non solum Florentiam accedentes ad eamdem beatæ virginis ædem ejus imaginem veneraturi se contulere; sed eam præcipuis etiam honoribus, gratiis, ac privilegiis ornare nunquam destiterunt.

Laudes reginæ Etruriæ, et populi Florentini.

§. 4. Præclare autem accidit Nobis in Galliam profecturis, quod charissima in Christo filia nostra Maria Aloisia Etruriæ regina Nos invitavit ut penes ipsam hospitaturi, iter per Florentiam capesseremus, et sacramentum confirmationis Ludovico regi

ejus filio præclaræ indolis, summæque expectationis puero impertiremur. Itaque gratissima Nobis, ac jucundissima oblata est occasio testificandæ charitatis ac benevolentiæ erga pientissimam reginam, atque etiam declarandi animi Nostri sensum erga dilectissimos Etruriæ populos, ac Florentinos præsertim, quorum pietas ac religio jam a primis Ecclesiæ sæculis a divo Ambrosio laudata, quum basilicam sancti Laurentii dedicaret, in Nostro adventu maxime enituit. Nam præeunte ipsa regina tota fere civitas suis quasi convulsa sedibus ad Nos excipiendos procedere visa est, et in templum Sancti Spiritus deduxit, ac deinde ad regale palatium, in quo magnificentissime, ac regio cultu excepti fuimus, comitata est. Uno dumtaxat die Florentiæ morati sumus, quoniam maturare iter in Galliam oportebat. Quod quidem tam breve temporis spatium multis in expediendis negotiis in sanctimonialium sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis asceterio visitando, ut ejusdem virginis, ac beatæ Mariæ Bagnesiæ sacras exuvias in eo reconditas veneraremur, ac earumdem sanctimonialium pietati, quam ipsa regina sua præsentia auget et promovet satisfaceremus, ac demum in explendis maximo cum apparatu, ac pompa cæremoniis pro administrando Ludovico regi sacramento confirmationis, quasi brevis hora transvolavit, nec publicum aliquod studii Nostri signum erga ædem virgini sacram edere, in tanta temporis angustia permissum fuit.

Idem ut supra.

§. 5. Quod cum non leviter ac perfunctorie præstandum esse jure, meritoque arbitraremur, jam tunc præconcepimus animo in reditu ad eamdem urbem Nostræ huic devotioni in Deiparam plenissime satisfacturos. Itaque quum e Gallia reduces Florentiam venimus, ibique eodem, atque etiam splendidiore apparatu, confertissimaque populi frequentia ab eadem regina excepti fuimus, præcipua statim Nobis cura fuit, cum solemni pompa ad templum beatæ Mariæ virginis accedere, ibique palam, ac publice sacris operari. Indicta igitur die feria quinta, nona maii pridie festum sancti Antonini archiepiscopi Florentini ad templum illud solemni pompa accessimus, et a cardinalibus qui Nostri itineris socii erant, a cardinali Zondadario archiepiscopo Senarum, aliisque episcopis, qui ad eam urbem declarandi obsequii erga Nos sui causa ex tota Etruria convenerant, ad majorem portam recepti fuimus; dehinc ad aram principem procedentes sacras induimus vestes, et sacrosanctum missæ sacrificium Deo obtulimus pro incolumitate reginæ, ejusque sobolis, pro salute populi Florentini, tota interim ecclesia hymnis et canticis mirifice personante. At quod omnium admirationem maxime excitavit, fuit ipsamet regina: anteverterat Nos illa in templum, et effusa in preces, ac toto corporis habitu ad modestiam composito, ac pietatem in Deum præseferente, et sacrificio interfuit, et eucharisticum panem Nobis illi porrigentibus sumpsit. Quanta intimos animi Nostri sensus consolatione, ac gaudio perfuderit tanta fidei, ac devotionis testificatio, vix, ac ne vix quidem verbis persequi posse credimus. Confectis in ara templi principe solemnibus sacris, ad sacellum beatæ Mariæ virginis perreximus, atque ante ejus imaginem flexo genu procubuimus, recitatisque cum cantu litaniis Lauretanis Dei genitricis opem, ac patrocinium pro universa Ecclesia, pro summorum principum, ac totius catholici gregis Nobis immerentibus ex alto commissi salute, ac prosperitate imploravimus. Inde ad palatium redivimus; et valde optantes tam lætum, ac faustum diem nova, ac grati animi Nostri erga reginam, suamque Florentinam urbem significatione concludere, pontificalibus ornamentis contecti podium, quod despectat amplissimum forum, conscendimus, benedictionem cum indulgentia plenaria innumerabili fere hominum multitudini ex tota Etruria congregatæ solemniter impertivimus.

Ratio concessionum.

§. 6. Præclarissimæ hujus rei gestæ memoriam interire minime volumus, quæ non modo confert ad augendam illius templi celebritatem, sed etiam ad prædicandam tam illustris reginæ pietatem, totiusque Florentinæ urbis religionem confirmandam. Scimus quidem nonnullos Romanos pontifices prædecessores Nostros illic sacrificium Corporis, et Sanguinis Christi obtulisse. At nec veterum annalium monumentis proditum est, nec novimus transactis temporibus cum tanto decore, ac pompa in con-

spectu totius Florentinæ urbis, ipsaque regia majestate tanta pietatis, ac religionis documenta exhibente, festum ullum diem fuisse celebratum. Quamobrem primum, ut devotioni Nostræ erga imaginem beatæ Mariæ virginis in eo templo asservatam satisfaciamus; et ut magis, magisque ejusdem Dei genitricis tutelæ, ac patrocinio pientissimam Etruriæ reginam, ejusque egregiæ indolis, summæque spei sobolem, populumque fidelissimum, atque amantissimum sibi subjectum commendantes, luculentum prolixæ, ac propensæ in illam, totamque Etruriam voluntatis, et studii Nostri testimonium præbeamus; ac demum ut festi illius diei grata a posteris recolatur memoria, amplioribus gratiis, honoribus, indultis, ac privilegiis templum illud in honorem Deiparæ ab angelo salutatæ dicatum perpetuo ornare, ac decorare decrevimus.

Confirmantur veteres concessiones, et concessio indulgentiæ plenariæ pro iis qui templum visitaverint die nona mensis *maii*.

§. 7. Nos igitur motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione, deque apostolicæ potestatis plenitudine omnia, et singula indulta, ac spiritualia privilegia a Nicolao IV., Martino V., Eugenio IV., Leone X., aliisque Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris prædictæ ecclesiæ beatæ Mariæ virginis ab angelo salutatæ, concessa, dummodo non sint actu revocata, seu sub aliqua generali revocatione comprehensa, sed in viridi sint observantia, apostolica auctoritate approbamus, confirmamus, et innovamus; ac præterea omnibus, et singulis utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui eamdem ecclesiam ab ortu usque ad occasum solis diei nonæ mensis maii singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino perpetuo concedimus, et impertimur.

Erectio in basilicam.

§. 8. Præterea præfatam ecclesiam in basilicam minorem cum omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, præeminentiis, exemptionibus, et indultis, quibus aliæ basilicæ minores quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere consueverunt, auctoritate, et tenore præsentium erigimus, et talem ex nunc et in futurum etiam perpetuo esse, et fore, eamque ecclesiam basilicam nuncupari, et haberi præcipimus, et mandamus.

Concessio poenitentiariorum.

§. 9. Ac demum ut christifidelium ad eamdem ecclesiam confluentium, et peccata sua sacramentaliter confiteri cupientium spirituali saluti consulamus, inhærentes apostolicis literis sub annulo piscatoris datis Tusculi die vicesima quinta octobris anni MDCXXIV. a fel. rec. Urbano VIII. prædecessore Nostro, dilecto filio moderno, et pro tempore existenti priori coenobii ejusdem sanctissimæ virginis Mariæ ab angelo salutatæ, ut quatuor ejusdem domus fratres, quos ad id idoneos, vitaque et moribus conspicuos cognoverit, in dicta ecclesia poenitentiarios constituere, et deputare possit, et valeat, concedimus, et indulgemus, dummodo ab ordinario examinati, et probati fuerint: ipsis vero poenitentiariis sic constitutis, et deputatis, ut omnibus, et singulis facultatibus, quibus poenitentiarii almæ domus Lauretanæ utuntur, potiuntur, et gaudent, similiter uti, potiri, et gaudere libere, et licite respective possint, et valeant simili apostolica auctoritate tenore præsentium facultatem tribuimus, et impertimur; ita tamen ut singuli, sicuti præfertur, a priore coenobii nominati, et ab ordinario approbati priusquam poenitentiarii munere fungantur, literas patentales cum elencho suarum facultatum a Nostro cardinali majori poenitentiario petere, et impetrare teneantur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque perpetuo validas, et efficaces esse, suosque integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quas nunc spectat, et pro tempore spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari; sicque, et non alias, in præmissis per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales de latere legatos, vice legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judican-

di, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus quibusvis in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet facientibus: quibus omnibus, et singulis scientia, et potestatis plenitudine paribus tenore præsentium specialiter, et expresse ad præmissorum validissimum effectum derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta januarii, millesimo octingentesimo sexto, pontificatus Nostri anno sexto.

Inscriptio ad rei memoriam in templo servandam exculpta.

§. 12.

ISCRIZIONE

PIO. VII. PONT. MAX.

QVI . AEDEM . B. M. V. AB . ANGELO . SALVTATAE

PRO . PONTIFICIA . MAIESTATE . INTROGRESSVS

VII. ID. MAIAS . cIↃIↃcccV

SACRIS . IBIDEM . FACTIS . DEQVE . IIS . MEMORABILI . EXEMPLO

M.ALOISIAE.TVSCORVM.REGINAE.PIENTISSIMAE.LIBAMENTO DATO

ET . COLLEGIO . PP. SERVORVM . DEIPARAE . AD . PEDIS . OSCVLVM

PERAMANTER . ADMISSO

HAEC . EI . ROGATV . ETIAM . PRINCIPIS . CLEMENTISSIMAE

PRIVILEGIA . IN . PERPETVVM . IRROGAVIT

VTI . HAEC . AEDES . BASILICAE . NOMINE . ET IVRE . AVGEATVR

VTIQVE . POENITENTIARII . IV. AB VRBANO . VIII. PONT. MAX. INDVLTI

IIS . LEGIBVS . QVAE . LAVRETANAE . DICTAE . SVNT

AMPLIATIS . ETIAM . FACVLTATIBVS . ADPROBATIONE . SVA . IN . EA . PERSTENT

DIE . VERO . VII . IDVS . MAIAS

VT . SI . QVI . INTRA . EIVS . SEPTA . RITE . ADORAVERINT

IIS . POENAE . ADMISSORVM . STATAE . OMNES . RELAXENTVR

PARENTI . PVBLICO . OPTIMO . INDVLGENTISSIMO

COLLEGIVM . SVP. SCR. TABVLAM . MARMOREAM . INSCVLPTAM

OB . PRAECLARA . ATQVE . IMMORTALIA . ERGA . HVNC . LOCVM

MERITA .

Dat. die 31 januarii 1806 anno VI.

CCCCX.

Confirmatio contractus initi a R.C.A. cum eximio sculptore equite Antonio Canova, super concessione latifundii nuncupati la Farnesina.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio contractus.

§. 1. Pro parte dilecti filii equitis Antonii Canova, egregii in alma urbe Nostra sculptoris, expositum Nobis nuper fuit, quod, prævio Nostro die XXII. maij anni superioris edito rescripto, publicum instrumentum per acta dilecti filii notarii cameralis Toschi die XXVIII. ejusdem mensis, et anni inter ipsum, et dilectum filium magistrum Alexandrum Lanti, Nostrum, et cameræ apostolicæ thesaurarium confectum fuit, cujus vigore latifundium vulgo la Farnesina, seu Torrevergata in agro Romano extra portam Flaminiam existens, atque ad dictam cameram pertinens eidem Antonio pro nunc quoad utilitatem, statim vero, ac emphiteusis actualis cum familia masculina Sicurani expirasset, in plenum quoque dominium concessum, et assignatum fuit, ea lege, ut pro pretio ipsius latifundii summam septem decim mille, et quingentorum quinquaginta scutorum monetæ Romanæ, sibi pro quibusdam eximiis statuis eidem cameræ venditis debitam relaxaret, itemque annuum stipendium quadragentorum scutatorum monetæ similis pro suo inspectoris artium liberalium officio compensaret, ac ipsorum contractuum per dictum instrumentum initorum adprobationem, et confirmationem per literas apostolicas intra tres tunc proximos menses procurare deberet, et alias, prout ex eodem instrumento, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus, asseritur contineri.

Preces porrectæ pro confirmatione contractus.

§. 2. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, memorato Antonio intra dictum spatium temporis hujusmodi in Germaniam proficiscendum fuerit nunc in urbem reversus pro majore dicti instrumenti robore, dictæque conditionis adimplemento instrumentum ipsum per Nos confirmari summopere desiderat; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor confirmationis apostolicæ.

§. 3. Nos igitur, qui ipsum Antonium pro summa ejus in arte excellentia, cum summa morum integritate conjuncta peculiari quodam benevolentiæ affectu complectimur, eumdem exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, prævia etiam, quatenus opus sit, quacumque necessaria, et opportuna super præfixione dicti termini, et lapsu temporis prædicti sanatione; memoratum instrumentum concessionis, et translationis dicti latifundii præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, et de verbo ad verbum pro inserto habentes, idem instrumentum cum Nostro thesaurario prædicto ab eodem Antonio initum, et peractum una cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis conditionibus auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dicto Antonio, aliisque ad quos spectat, et pro tempore spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, etiam illis de rebus ad cameram prædictam spectantibus non alienandis; atque urbis Nostræ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis

firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima januarij, millesimo octingentesimo sexto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCCXI.

Dat. die 1 februarii 1806 anno VI.

Confirmatio superiorum monasterii Clarævallensis ordinis Cisterciensis, et derogationes speciales ad sumptus parcendos in solamen ejusdem monasterii.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Pro debito pastoralis officii, quo catholicæ Ecclesiæ divina dispositione præsidemus, illorum præsertim Christi fidelium statui, et regimini consulendum Nobis esse arbitramur, qui relictis omnibus, sequuti sunt Redemptorem Dominum.

Ratio concessionis.

§. 2. Cum itaque sicut accepimus, monachis ordinis Cisterciensis tempus instet convocandi generale capitulum, ad formam dicti ordinis constitutionum auctoritate apostolica confirmatarum; cumque monasterium Clarævallense ob notissimas temporum circumstantias tanto ære alieno gravatum sit, ut idem monasterium vocalibus impar omnino reperiatur suppeditandis de more alimentis, et alia monasteria imparia sint subministrandis sumptibus pro itineribus faciendis, cumque præterea nonnulla in dicto ordine immutari debeant, quæ ad formam earumdem constitutionum a capitulo prædicto immutari possunt dumtaxat.

Confirmatio superiorum absque convocatione capituli generalis.

§. 3. Nos eidem ordini, seu congregationi, quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, ac de infrascriptorum fide, prudentia, pietate, vigilantia, ac religionis zelo plurimum in Domino confisi, et ipsorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, dilectum filium Raymundum Giovannini jam alias per Nostras in simili forma brevis die XXI. julii MDCCCI. expeditas literas in præsidentem generalem ordinis prædicti electum, ad aliud proximum quinquennium a die cessati primi quinquennii computandum pro ejusdem generalis præsidentiæ munere exercendo cum omnibus, et singulis juribus, et facultatibus ad officium adnexis constituimus, et deputamus; eidemque Raymundo in virtute sanctæ obedientiæ, ut in hujusmodi muneris exercitio plane perseveret, præcipimus: nec non ipsum Raymundum, et itidem dilectos filios Joannem Columbinum Fatteschi procuratorem generalem, Sixtum Benigni comprocuratorem generalem, et s. Bernardi ad thermas abbatem, Bernardum Salvoni abbatem regiminis, Andream Bongiovanni abbatem etiam regiminis, Josephum Fontana s. Pudentianæ abbatem, et Amadeum Mariam Taloni s. Mariæ Vallis Pontis abbatem in ejusdem congregationis definitores generales cum omnibus pariter, et singulis juribus, et facultatibus peragendi, et immutandi, constituendi, et præcipiendi ea omnia, quæ pro temporum opportunitate ab eodem generali capitulo constitui, præcipi, et definiri solerent, cum facultate etiam confirmandi in officio non plures quam sex inter actuales abbates, motu, et

potestate similibus eligimus, et deputamus.

Translatio definitorum a prædicto monasterio Claræ vallis.

§. 4. Quoniam vero impensas ejusdem monasterii Claræ vallis levare oportet, ut pro hac vice tantum definitores prædicti in monasterio s. Bernandi ad thermas Diocletianas urbis, vel in alio per ipsum præsidentem designando monasterio congregari, atque ut imposterum abbates regiminis in monasterio Montis s. Viti, cui abbas visitator major in qualitate abbatis regiminis præsit, residere debeant: durantibus necessitatibus dicti monasterij Claræ vallis, atque ad Nostrum, et Sedis apostolicæ beneplacitum auctoritate apostolica constituimus, atque mandamus.

Revocantur nonnulla quæ fuerant statuta pro monasteriis extantibus in ditione Parmensi.

§. 5. Itemque quoniam tria monasteria ditionis Parmensis a fel. rec. Pio pp. Sexto prædecessores Nostro per suas in simili forma brevis die XXIII. septembris MDCCLXXXVI. expeditas literas provinciæ Romanæ incorporata, et adjuncta cum una voce in regimine fuere, idque a Nobis per dictas Nostras literas confirmatum, nunc temporum procellis pene obruta reperiuntur; idcirco attributam vocem, ac reliqua omnia, et singula, quæ pro dictis monasteriis Parmensibus tantum tuno per Nos sancita, et constituta fuerant, auctoritate, et tenore prædictis, revocamus, et abolemus.

Clausula sublata; et decretum irritans.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac supradictis Raymundo, Joanni Columbino, Sixto, Bernardo, Andreæ, Josepho, et Amadeo plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis, seu congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita, observata, exprimerentur et insererentur, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis etiam impressis, et manu procuratoris generalis, vel alicujus notarij publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima februarii, millesimo octingentesimo sexto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCCXII.

Dat. die 4 februarii 1806 anno VI.

Erectio novæ cathedræ artis Veterinariæ in archigymnasio Romano.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Inter multiplices curas, quibus in supremo pontificatus solio pro rebus temporalibus premimur, dum animo revolveremus quot et quanta sunt commoda, quæ ad necessitates, et usus prope innumeros hominibus præbent bruta animantia, quantoque simul cum humanæ reipublicæ detrimento dira sæpe morborum vis in animalium greges insæviat, eo statim intendimus, nt veterinariam artem, qua scilicet variis

animalium morbis per rectas, probatasque regulas obviam itur, ibi aliquis ex juvenibus medicis Nostris ingenio præstans, ac medicinæ lauream jam adeptus edisceret, ubi ex celebratiori laudis fama studia disciplinæ hujus magis florerent; ut optimis ibidem edoctus magistris, talis et ipse evaderet, quem aliis eamdem artem docendis postea præficeremus.

Expositio precum.

§. 2. Quum itaque dilectus filius Joseph Oddi artis Veterinariæ tum præceptis, tum usibus, quorum gratia Lutetiam Parisiorum mitti curavimus, sat probe, sicut accepimus, imbutus jam sit, et in almam hanc urbem Nostram proxime rediturus, cupiantque propterea dilecti filii collegium advocatorum concistorialium, prout Nobis nuper ab eis expositum est, hujusmodi artis cathedram in archigymnasio Romano Sapientiæ ad augendam scholarum palestram, et utilitatem publicam promovendam per Nos erigi, atque institui.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos in exponentium precibus vota quoque Nostra spectantes, eosque, ac eorum singulos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, auctoritate apostolica tenore præsentium cathedram Veterinariæ artis in eodem archigymnasio prædicto erigimus, et constituimus, et in lectorem publicum hujus cathedræ prænominatum Josephum Oddi pro hac prima vice eligimus, designamus, et facimus, eique annuum stipendium scutatorum biscentum, quæ super proventu affictus, qui vulgo dicitur *dello scortico*, per rescriptum ex audientia Nostra jam alias editum, suoque semper in robore permansurum reservari, et pro hac cathedra impendi mandavimus, nunc etiam de novo, quatenus opus sit, super eodem proventu præfigimus, et assignamus; nec non omnes, et singulos honores, prærogativas, gratias, et indulta jam cæteris dicti archigymnasii lectoribus concessa, ac per eosdem quomodolibet haberi, et gauderi solita, et consueta concedimus, atque tribuimus, onusque pariter sedulo incumbendi dictæ artis lectionibus, easque publice in archigymnasio habendi per totum annum scholasticum, ac illa præcipue dierum hora, quam ipsi prædictorum advocatorum collegium præscripserit, imponimus, stricteque injungimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac iis omnibus, ad quos spectat, ac spectabit pro tempore plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non supradicti archigymnasii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut si, et quando lecturam cathedræ hujusmodi in posterum vacare contigerit, tunc quoad novum eligendum lectorem adamussim servetur in omnibus, et per omnia felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri constitutio, quæ incipit » *Inter conspicuos ordines* «.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta februarii, millesimo octingentesimo sexto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 25 februarii 1806 anno VI.

CCCCXIII.

Confirmatio privilegii concessi collegio advocatorum consistorialium compellendi more camerali debitores, et inquilinos archigymnasii Romani.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti, illud præsertim curandum Nobis esse arbitramur, ut literariæ universitates, ex quibus religio catholica illustratur, et supremi numinis cultus augetur magis in dies floreant, ac privilegia ipsis concessa sarta tecta, sincera, et integra semper remaneant.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque sicut dilecti filii collegium advocatorum Nostrorum consistorialium Nobis nuper exponi fecerunt, felicis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster per suum chirographum die decima quarta octobris millesimo septingentesimo quadragesimo octavo editum, atque archigymnasii de urbe rectori transmissum, concesserit facultates necessarias, et opportunas ad effectum per se compellendi summarie, et more camerali ad solutionem omnes, et singulos inquilinos, et debitores eidem archigymnasio, ac alias prout ex eodem chirographo, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur: successive ex audientia recolendæ memoriæ Pii pp. VI. prædecessoris itidem Nostri die decima tertia julii millesimo septingentesimo octuagesimo secundo per auditorem suum habita, ad preces dicti collegii ipsum chirographum per rescriptum extendit, et ampliavit, prout ex eodem rescripto, cujus pariter tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius continetur. Quoniam vero, sicut in eadem expositione additum erat, nonnulli dubitant eadem privilegia per Nostram constitutionem, quæ incipit = *Post diuturnas* = abrogata fuisse, Nobis propterea dicti exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor confirmationis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes, et rectorem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, jurisdictionem civilem, criminalem, et mixtam, præsertim vero totius archigymnasii ambitus, inquilinorum, ministrorum, et personarum omnium ab eodem rectore, et archigymnasio dependentium alias concessam, et tam memoratum Benedicti prædecessoris chirographum, quam Pii similiter prædecessoris rescriptum, et omnia, et singula in ipsis contenta, et expressa auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, et quatenus opus sit, denuo concedimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus memorata Nostra, aliisque apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta februarii millesimo octingentesimo sexto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 7 martii 1806 anno VI.

CCCCXIV.

Confirmatio literarum apostolicarum expeditarum a s. m. Gregorio XV. super exemptione sacræ congregationis Propagandæ Fidei ab omnibus datiis, gabellis, aliisque solutionibus pro literis, chirographis, instrumentis, testamentis, et similibus.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Procemium.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti, illud præcipue curandum Nobis esse arbitramur, ut gratiæ, et privilegia per Romanos pontifices prædecessores Nostros congregationibus pro catholicæ religionis præsidio, et incremento institutis concessa, sarta tecta, sincera, et integra semper remaneant.

Memoratur tenor literarum apostolicarum confirmandarum.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, felicis recordationis Gregorius pp. XV. prædecessor Noster congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum motu suo proprio, deque apostolicæ potestatis plenitudine concesserit, ut perpetuis ex tunc futuris temporibus quæcumque patentes, seu alio quovis nomine nuncupentur literæ, chirographa, instrumenta, testamenta, et aliæ quæcumque scripturæ quolibet nomine censeantur, nec non quæcumque literæ apostolicæ tam sub plumbo, quam in simili forma brevis, earumdemque literarum apostolicarum supplicationes super quibuscumque negotiis, rebusque, et bonis tam mobilibus, quam immobilibus ad ipsam congregationem spectantibus, et pertinentibus, ac demum quodcumque interesse eamdem congregationem quovis modo, et ex quavis causa concernente pro tempore conficiendæ, et registrandæ, ac similiter quæcumque literæ, quas ex omnibus mundi partibus eidem congregationi scribentur, itemque illæ, quæ ejusdem congregationis nomine extra urbem mitterentur, gratis omnino, et sine ulla mercede, aut alicujus rei quantumvis minimæ, solutione expediri, confici, registrari, relaxari, tradi, et mitti deberent: ideoque in virtute sanctæ obedientiæ, et aliis Romani pontificis arbitrio poenis idem Gregorius præcepit, et mandavit jam ex eo tempore existentibus rescribendario, et computatori literarum apostolicarum, nec non secretariis apostolicis, et brevium apostolicorum, atque scriptoribus, et regenti montium, notariis, tabellionibus, postarum magistris, aliisque officialibus, et ministris quocumque nomine nuncupatis, etiamsi officia titulo, et causa mere onerosis obtinerent, ut literas prædictas, chirographa, instrumenta, et alias scripturas hujusmodi super præmissis omnibus, et singulis tam conjunctim, quam divisim, gratis de mandato suo ubique in omnibus etiam abbreviatorum, solicitatorum, secretariorum, plumbique, et registri, ac aliis quibusque officiis absque aliqua pecuniarum exactione, etiam quantumvis minima, et per viam compositionis faciendæ, omni contradictione, et dilatione cessantibus, signarent, expedirent, describerent, mitterent, et relaxarent, ac signari, expediri, describi, mitti, et relaxari facerent realiter, et cum effectu, ac alias prout ex memoratis ipsius Gregorii prædecessoris die XIV. decembris MDCXXII. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur.

Tenor confirmationis.

§. 3. Nos eamdem congregationem de catholicæ religionis semper optime meritam specialibus favoribus, et gratiis prosequi cupientes, atque dictas literas de verbo ad verbum præsentibus pro insertis habentes, quo eædem literæ firmius adversus temporis lapsum subsistant, et serventur exactius, apostolicæ Nostræ confirmationis præsidio communiri volentes, motu proprio, et ex certa scientia, atque matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine easdem literas, et tam præmissa, quam reliqua omnia in eis contenta, et præcepta confirmamus, et quatenus opus sit, denuo indulgemus, atque, ut supra, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro, et Romanorum pontificum successorum Nostrorum infligendis poenis omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, omnimodam præmissorum observantiam præcipimus, atque jubemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus felicis recordationis Pii pp. IV. prædecessoris Nostri de gratiis qualecumque interesse cameræ apostolicæ quomodolibet concernentibus, in eadem camera infra certum tempus tunc expressum præstandis, et registrandis, nec non quibuslibet constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac omnibus, et singulis illis, quæ memoratus Gregorius prædecessor in dictis suis literis non obstare voluit, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima martii, millesimo octingentesimo sexto, pontificatus Nostri anno sexto.

FINIS TOMI DECIMI SECUNDI

INDEX MATERIARUM

PRÆCIPUARUM

QUÆ

IN HOC DECIMO SECUNDO VOLUMINE

CONTINENTUR



A

ABBAS

ALLOCUTIO

ALTARE

APPROBATIO

BEATIFICATIO

BONA

CARDINALIS

CANONICI

CONVENTIO

CONFIRMATIO

D

DAMNATIO

DIGNITAS

E

ECCLESIA

ERECTIO

FACULTAS

FESTUM

FISCUS

G

GYMNASIUM

H

HOSPITALE

I

INCORPORATIO

INDULGENTIA

J

JUS NOMINANDI

L

LEX

M

MISSA

N

NUNDINÆ

O

ONUS

OFFICIUM

P

PRIVILEGIUM

PROTECTOR

S

STATUTUM

SUPPRESSIO

T

TAXA

U

UNIO

UNIVERSITAS

INDEX TITULORUM

OMNIUM MATERIARUM

QUÆ

IN GENERALI INDICE HUJUS VOLUMINIS

CONTINENTUR



IMPRIMATUR

Fr. Dominicus Buttaoni Ord. Præd. M. S. P. A.

IMPRIMATUR

Joseph Canali Patriarcha Constantinop. Vicesger.